
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 G
18



IO. MARIAE NOVARII
I. C. LVCANI

PRAXIS, SEV TRACTATVS ABSOLVTISSIMVS ELECTIONIS, ET VARIATIONIS FORI,

Qui loco commentariorum esse potest ad l. vnic. C. quand. Imperator inter pupill. & vid. & Constit. Regni statuimus sub tit. de Mag. Iustit.

OPVS SANE AVREVM, NVNC PRIMVM PRODIT, *omnibus, & pracipuè in foro versantibus apprimè necessarium.*

EXCVSSAE SVNT AD CALCEM PRO CORONIDE integræ decisiones in hac materia à diuersis Orbis Curijs emanatæ; & in hoc opere citatæ.

ADIECIMVS PRAETEREA DVPLICEM INDICEM *locupletissimum, quorum vnus quæstiones, seu capita, alter verba, & materias continet.*

CVM PRIVILEGIO.



ET SVPERIORVM PERMISSV.

NEAPOLI. Apud Hæredes Tarquinij Longi M. DC. XXI.

Sumptibus Stephani Monleuerij Bibliop. Neapol.



Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Domino

D. PETRO CAMPOREO

S.R.E. Cardinali Ampliſsimo.



Ioannes Maria Nouarius S. P. D.



QVEMADMODVM lucida Cœli lampas, mundi ornamentum (Cardinalis Ampliſſime) Sol inquam, radijs ſuis, vel abdita Montium antra, vel inferiora Vallium loca, vel ipſa terræ viſcera permeat, ita, vt nulla detur tam remota Regio, tam latens ſpelunca, tam profunda vorago, quo lucis phębęę acies non pertingat. Eodem planè modo nominis tui ampliſſimi celebritas quò terrarum non penetrauit? norunt omnes humanitatem tanto Principe non indignã, celebrant vniuerſi Prudentiam in dan-

dis consilijs, solertiam, ac dexteritatem in rebus agendis, ac præcipuè protectionem singularem inclientes, ac seruos. Inter quos locum se non infimum obtinere profitetur Aloysius Riccius Patritius Neapolitanus, & Ecclesiæ Metropolitanæ Canonicus. Cuius ego hortatu, ac suasu, hanc Praxim Electionis fori tenuem ingenioli mei partum, partem esse volui seruitutis meę in tam excelsum Principem, à quo si hæc benigno cernentur oculo, dabitur timenti vis, animusque, vt maior sub tanti nominis clypeo prodeat in lucem. Neque vero hic Illustrissimæ Familię tuæ seriem texere, ne potius obscurem dicendo, audeo, cum ad id opus volumina exigantur, non breuis epistola. Interim te Deus Optimus Maximus fortunet, & diù nobis seruet. Vale. Neapoli nonis Nouembris 1620.

Ad Illustriss. ac Reuerendissimum Cardinalem Camporeum.

Pro Opere Io. Mariæ Nouarij.



Prosperi Antonij Zizzæ Academici Otiosi Neapolitani Ode.

SIS licet in terris sol, Illustrissima Princeps
Purpura quem decorat,
Nec maiora tuæ superaddi lumina luci
Nobilitasuè queat.
Ipse tamen sol clarus Equos vbi iungit eoos
Vt ferat axe diem.
Non indignatur quos garrula sæpè voluens
Promit ab ore modos.
Tu neque legales nunc indignabere libros;
Quos tibi Nouarius
Consecrat, & si cardineo sol alter Olympoes;
Hæc noua plaudat auis.



Perillustri Domino Ioanni Mariæ Nouario V. I. Peritissimo, atque solertissimo.

FRANCISCVS DE BELLIS.

QVod sparsum latuit per multa volumina legum,
Iam patet in libro docta, Nouare, tuo.
Quem nemo est ausus placuit superare laborem,
Vtile causidicis nil magis esse puto.
Qui variare forum quærit per dogmata Iuris,
Peruolitet librum noctè, dieq; tuum.
O fœlix iuuenis, totum celebrandi per orbem
Aetas ingenij fertilitate minor.
Nec mirum in te tanti Doctoris alumno,
Arbore de tali talia poma fluunt.

Doctissimi viri Notarij Petri Chirullæ.

HEXASTICÓN.

EN noua, nec cuiusuis iam nota Nouarius affert,
Admiranda canens ordine cuncta suo.
Sanctarum legum, necnon penetralia Iuris
Scire cupis manibus ne cadat iste liber.
Fœminæ fatales deducant longa sorores,
Hæc primis annis dehinc potiora dabit.

Dysthichon Eiusdem.

MIror, quid? Iuuenem tot tantaq; posse docere.
Desine, cur? sensus mensque senilis adest.

D. Ioanni

D. Ioanni Mariæ Nouario V. I. P. ſolertiſſimo.

Ioannes Antonius Nouarius frater S. P. D.



ON poſſum non, mi frater, mihi gratulari, quin te, & eruditione, & ætate reuerear ſuperiorem; & omnem hanc laudem, quæ ex tuis litterarij laboris fructibus percipienda tibi abſq; dubio eſt, in me. meoſq; omnes deriuandam cenſeam; qui tuus, qui tui ſunt, præſertim, qui tibi, vt in propinquitate, in amore coniunctiorem me prædico: gratulor, inquam, mihi, cui, & tu nomine deuinctiorem facilè confiteris: & vt enim amor, qui fratrum pectora, ſuauibus charitatis vinculis ſtrictè obligat, omnium audit maximus; ita, & ille, qui inter nos, tam propinquitatis, quam neceſſitudinis compagibus ſtrictiſſimus intercedit; omnium, cum ſit maximus, maximo etiam maior meritiſſimo audiat, neceſsè eſt. Parenti etiam noſtro (dicam nè Doctori?) lubens gratulor, cuius in nos exanclatis laboribus à tè, vt natu, ſic doctrina maiori gratia grata, quia non tarda, tam copiosè reddatur. Exemplar ille nobis ad eruditionem, & virtutem ſemper fuit: mihi iam, non ille ſolùm, ſed etiam tù; qui vberiori gloriæ meſſe, & illius laboribus, & optatis reſpondiſti, meritò eris, meritò ſequor; & ſi iniquis paſſibus, animo tamen æquo illum te incitantem, ad honeſtam vadentem imitabor illud ſeperatus, non te, non illum mihi vnquam ad altiora gradienti defuturos: & ſicuti lapſus fuero, cui innitar leuaturo propriùs fidam. Benè olim Stamander apud Homerum, ab Achille obſeſſum Simoentem aduocat.

Frater amice, hominis pariter compeſcere vires ambo huius ſtudeamus inclamans: Benè Hector iam iam impar congreſſus Achilli, vt ſibi ſuppetiatum veniat,

Dei-

Deiphobum fratrem intento clamore vocabat,

à quo destitutus sibi iam conclamatum illicò, fatisq; cedendum iniquis persuasit. Sic apud Platonem Adimantus Glaucones aduersus Socratem differentis causam excipiens, nondum, ait, Socrates satis hac de re dissertum. Cur ita? nempè quia id nondum est dictum, quod maximè dictum opportuit: cui Socrates: igitur, addit, frater adesto viro; vt habet prouerbium: quare tu, si quid hic prætermisit, adiua. Idem ego, arctiori tamen causa, frater fratri adesto, ac suppetias fert, mi frater, qui, & amicus: vicissim vellem, & si possem ego; potero pater, non exemplo, fraterno auxilio; multumq; mihi me consequutum credam; cùm è sapientis monitu sciam, fratrem, qui adiuuatur à fratre, ciuitate munita longè esse potentiorem: nam melius est duos esse simul, quam vnum, (idem ait) habent enim æmolumentum societatis suæ, si vnus ceciderit ab altero fulcietur. Procul illi sint, quos, cùm natura coniunxit prouida, imprudens dissociauit simultas, nam profectò, vt cum Euripide dicam.

Res dira verbis inuicem altercarier,
Dictisq; fratres dimicare mutuis,
Si quando lis inciderit, aut contentio.

Cui enim Caini cum Abele, Iacobi cum Esaù, Romuli cum Remo, Etheoclis cum Polinyce, Antonini cum Geta diffidia non mirabitur? quis non stupebit? quis non abhominabitur? si qui gente, cognatione, affectu coniuncti sunt (in sacris literis) fratris nomine condecorantur; qui natura sumus, nonnè melius fraternis inuicem operibus, mutuisuè beneficijs de nobis oportebit benemereri? præsertim, cum frater, & fidelis in ijsdem prò eodem vsurpentur: si enim, vt Terentius in Adelphis ex Philosophorum veterum disciplina ait, vetus quidem hoc verbum, amicorum inter se, communia esse omnia:

& ami-

& amicitiam æqualitatem Pythagoras apud Agellium vocabat; qui, & æquales sumus, & natura, & amore: quare non amicorum, quare non fratrum, & laudibus, & virtute fruemur? communis ergo tua hæc laus, mi frater, & mihi est. Itaque hanc augeas vtinam, & Deus tuorum iuuenantium annorum seriem augeat; in generis nostri gloriam, in nostrorum maleuolorum admirationem. O vtinam, &

Dÿ tibi dent animos, continuentq; tuos.
Præcor è communi vtriq; nostrum Musa.



Author

Author ad Lectorem.





RODIT iam è tenebris in lucem hæc nostra Praxis Electionis, & Variationis fori, ad tui commodum beneuole Lector, desiderabatur enim tractatus aliquis super hac materia, sic quotidiana, & in tribunalibus tam versata, quod ipse prospiciens, non quod plus alijs potui, sed quia plus alijs volui vtilitati publicæ mentem figendo iam adimpleui; Tu igitur quisquis es benigne, & candide Lector, æquo id animo excipe, & mecum Deo Optimo Maximo gratias referas, & præcare, vt incolumem me seruet, quia dum manus calamum reget semper me tibi debere profitebor. Interim (Deo dante) expecta in singulas huius Regni Neapolitani Pragmaticeas Sanctiones, Collectanea, siue luculenta Decisionum reportata. Opus curiosum, vtile, & cunctis Reipublicæ Christianæ magistratibus Aduocatis, causarum Patronis, cæterisque in iudiciali foro egregia cum laude, & ex vsu tam suo, quam clientulorum versari desiderantibus apprime necessarium, præsertim in hoc Nostro Regno Neapolitano.

Cœterum quia mecum ipse considero permultos non defuturos maleuolos inuidosque vane per plura, ac maligna alloquuturos, ne dum tristissima ista minime vexor, aut conficior curam, at summo quidem afficior gaudio, tum quia huius est seculi labes quædam, & macula virtuti inuidere: tum præterea quod non ignor ab eis tantum mihi inuideri, qui communi consensu, aut beneficij obtrectatores, aut virtutis hostes iudicantur, atq; ideò malo mihi alios, quam me alijs inuidere, præstat enim inuidiosum esse potius, quam miserabilem, aut in doctum ipsorumque libenter miserebor, illisque ex corde remittam, nec irascar peccantibus, sed peccatis, nam pusilli hominis, & miseri est repetere mordentem, vt mures, & formicæ, ad quas si manus admoueris ora conuertunt, imbecilla, siquidem putant se lædi, si tangantur teste Seneca cap. 33. de ira, curabo tamen, vt eis loquendi ansam subtraham, sicque viuam, tamquam spectet aliquis, sic cogitabo, tamquam possit aliquis in pectus intimum aspicere homo, quemadmodum, & Deus inspicit, vt pro-

vt propterea mihi fas sit læta fronte canere Ouidiana illa carmina libr. 8. fastor.

Conscia mens recti famæ mendacia ridet
Sed nos in vitium credula turba sumus.

Quod igitur ore canto corde credam, quodq; corde credo operibus comprobare nitor sequutus verba Concil. Chartag. cap. 10. relata in cap. psalmista 23. dist. Tandem te latere nolo me licet inuitu, multa vel tacuisse, vel mutila scripsisse, vel deleuisse, locaq; poteris inuestigare causamq; meditari.

Inuidus aut taceat nostri detractor honoris
Aut aliud melius (si sciat) edat opus.

Vos enim quis estis operum censores, & zoili edite in lucem aliquid simile, vt vestra appareat doctrina; quo mea manifestatur inscitia sufficit hæc laborasse.

Nec momum, nec mimum timeo.



Ad Le-

Ad Lectorem eiusdem Authoris.

EPIGRAMMA.

Perlege Lector opus quamuis doctissimus adsis,
Est etenim sapiens discere concupiens.
Ingenium paruum valuit quandoque referre.
Occultum doctis luce iuuante Dei.
Reddita tu inuenies antiquis dogmata doctis.
Quæ immerito à nostris nunc reprobata manent.
Authoris sensus non rectos corrige quæso,
Sat tibi sit dictis velle fauere suis.
Proderet, & causam præstans meliora docendi,
Nam posito aduerso lucida cuncta patent.



Benigne Lector vale, & interim expecta Deo dante semper in dies meliora è nostro Museo Neapolitano, sub die 15. Ianuarij 1620.





ELENCHVS

Quæstionum omnium,

DE QVIBVS IN PRIMA SECTIONE Aureæ Praxis Electionis, & Variationis fori D. Io. Mariæ Nouarij agitur.

Taliter dispositus vt litera P. paginam demonstret, litera C. columnam significet.

Quæ-

Quæ-

IN SECVNDA SECTIONE.

ctionis

IN TERTIA SECTIONE.

Quæ-

Finis quæstionum omnium de quibus in tota Praxi Electionis, & variationis Fori D.Ioannis Mariæ Nouarij agitur.





INDEX

LOCVPLETISSIMVS,

Et fideliſſimus Rerum, Materiarum, ac omnium Verborum Notabilium, & Memorabilium.

Quæ in hac Praxi Electionis, & Variationis fori continentur.

Alphabetica ſerie digeſtus, & taliter diſpoſitus, vt litera Q. Quæſtionem ſignificet, litera S. Sectionem, & litera P. paginam; ab eodem Authore ordinatus, & congeſtus.

a *Abeſſe*

Admi-

Ciui-

Ciuitas, & Ciuis.

Clausula.

e nam

mera

Ele-

Filius

Ma-

Mor-


Nea-

Spu-

Vxor

FINIS TABVLAE.

Diuini Nominis inuocatio pro Operis perfectione, & comendatione ab Authore facta.



PTIME præclarè; & omninò Diuinæ *Synesius* scribit in *Epistolis*, Deum cuiusuis operis, & sermonis, auspicem esse debere, nam vt ex *Pindaro Aristides in Panegirico* refert Deo monstrante initium expedita est via inueniendi, id quod propositum est, adeò quod, vt (vetus verbum habet) præsente Deo omne impeditum fit expeditum.

Quamobrem etiam antiquitus receptũ fuisse ex *Pausaniæ* authoritate confirmat *Eustatius*, vt in cuiusque rei auspicio Deus semper proclamaretur, quod & in ipsum non emmerito obseruasse videtur *Plato in principio de legibus*, apud quem cum Atheniensis quidam ambiguè leges à Deo, aut homine, quopiam inuentas esse disputaret, respondit *Clinias*, Deũ solum esse Authorem legum, sed & Pindarus alicubi compendio sermonis à Iouis exordio dixit perindè, vt *Aratus*, quod *Virgilius poeta noster* imitatus, ita canit. *A Ioue principium*.

Idem quoque posterioribus temporibus secuti Principes, & Imperatores Christiani, vt & Pontifices, ac præcipuè Imperator noster *Iustinianus*, passim libros suos auspicantur ab inuocatione diuini Nominis, vt patet ex *prohemio institution. & in l. 2. C. de offic. præfect.*

præfect.prætor. vbi *Iustinianus* hæc verba in principio ponit *In nomine Domini Nostri IESV CHRISTI, ad omnia consilia omnesque actus semper progredimur*. Idem facere se testatur, idem *Imperator in auth. de quæstor. & in auth. de armis*. Extatque simile exemplum in *Canon 1 distinct. 27.* & passim alibi, quod, & eum primis ita faciendum monet *Apostolus* in signo illo dicto, omnia quę facitis, aut verbo, aut opere facite *in Nomine Domini Nostri IESV CHRISTI*, vt est in *cap. non liceat 26. quæst. 5. & in cap. non obseruetis 26. quæst. 7.*

Sic, & Principes hodie sua rescripta, & decreta exordiri solent: Dei gratia, omne quod faciunt facere se protestantes, vt testatur *Brisson. lib. 1. de formul. & sollemn. Popul. Roman. per text. in cap. terra, & cap. cum vniuersas, ibi Spiritus Sancti inuocata gratia de elect. clement. 1. de iur. iur.*

Planè enim sperandum est, quod vbi *Christus* fundamentum est, ex eo boni operis sequatur super edificium *cap. cum paulus 1. quæst. 1.* cum inuocatio diuini Nominis in omni opere tria operetur, scilicet bonum principium, melius medium, & optimum finem *in princip. auth. quomod. oport. Episcopos, glos. in prohem. institut. in verbo item Iason. in rubric. ff. de noui oper. nunciat. Specul. in tit. de Aduocat. §. 6. versic. suppositis, & in tit de instrument. edit. §. 2. versic. ante omnia.*

Quare ego *Ioannes Maria Nouarius* ingenio, ac do-

ctrina

ctrina me alijs inferiorem agnoscens, qui neque Velius acumine, neque literarum scientia sum, cum doctissimis, & eloquentissimis vllo modo comparandus, cum huius operis prouinciam tentare ausus sim *Deo optimo Maximo, & iudicio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ*, hoc opus meque ipsum totum do, dedo, trado, adscribo atque subijcio.



Verba l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid.

SI contra pupillos, vel viduas, vel morbo diuturno fatigatos, & debiles impetratum fuerit lenitatis nostræ iudicium memorati à nullo nostrorum Iudicum compellantur Comitatui nostro sui copiam facere, quinimò intra Prouinciam, in qua litigator, & testes, vel instrumenta sunt experiantur iurgandi fortunam, atque omnis cautela seruetur, nè terminos Prouinciarum suarum cogantur excedere.

Quod si pupilli, vel viduæ, alijque fortunæ iniuria miserabiles iudicium nostræ serenitatis orauerint, præsertim cum alicuius potentiam perhorrescunt cogantur eorum aduersarij examini nostro sui copiam facere. Datum 15. Kalend. Iulij Constantinopol. Optato, & Paulino Coss. 334.

Verba Constitutionis Regni statuimus de Magistro Iustitiario.

STatuimus, vt Magnæ Curiæ nostræ Magister Iustitiarius nobiscum in Curia commoretur, cui quatuor Iudices volumus assidere, Magister Iustitiarius Curiæ nostræ supradictus de crimine lęlæ Maiestatis nostræ, & de feudis quaternatis, & de quota parte ipsorum feudorum, & de appellationibus ordinariorum, seù delegatorum nostrorum ad nostram Curiam interiectis, & de quæstionibus nostrorum Curialium, qui immediatè nobis assistunt de speciali conscientia nostra, in Curia commorantium, qui de Curia nostra sine speciali mandato nostro non possunt recedere, necnon, & miserabilium personarum, quarum est priuilegium forum eligere (corporali præstito Sacramento,)

h quod

quod aduersariorum suorum fortè potētiam perhorrescunt causas audiat, & iustitiā mediante decidat.

Consultationes inferiorum, Iudicum pro sua iurisdictione recipiat de Iure consulentibus responsurus.

In alijs autem nulli liceat aduersarium suum in nostra Curia euocare.

Sed apud ciuiles, &criminales Iudices, prout eorum quilibet de causa cognoscere ex officio suo potest aduersarios suos citandi licentia concedatur.

Hoc addito quòd de crimine lęsæ Maiestatis nostræ apud Iustitiarios Regionum, (si hoc accusator elegerit) causas audiri volumus, & decidi.

Aduenientibus etiam ad Curiam nostram pro quærenda iustitia, seu literis impetrandis, primum inquiri præcipimus, si ad ciuiles Iudices in ciuilibus causis, vel de maioribus ad maiores primum recursum habuerunt.

Quod si fortè negauerint ad ipsos, cum robore, & expensarum factarum dispendio sine literis remitti iubemus.

Cæterum si per eos denegatam, aut detractam fore libri iustitiam sibi præstito Sacramento firmauerint nomine supplicantis, & Iudicis cum adiectione dicti rescripti concessi in memorabilibus actis, quæ super his specialiter fieri mandauimus, annotato tandem infrascripta forma literas obtinebunt.

Quæ talis est talis iuratus ad te remittitur, quòd desuper inter clusο negotio à te petitam iustitiam nequierit obtinere, expediundus infra statuti temporis spatium per nouas nostræ magnificentiæ sanctiones.

Is autem ad quem huiusmodi literæ transmittuntur, omnes quodquod in forma præscripta officio suo durante acceperit ab administratione remotus infra mensem continuum Curiæ nostræ Iudicibus, apud quos gesta de talibus residebunt, prius quam ad alterius ratiocinij calculum admittatur per se, non per procuratorem præsentare debebit red-

ditūrus

diturus de quolibet examine iudicij rationem, vt quilibet, vel de negligentia redargutus pœnam legitimam, quam non formidauit accipia; vel de negligentia comprobetur in præsentia aduersorium, vel contumaciter fugitiuorum, qui per successorem suum ad instantem requisitionem ipsius peremptoriè citari debebuot cum ipso nostræ Curiæ se debebunt præsentare periurij pœnam probabili ratione refundat. Sanè si postquam inferiorum Iudicum quæstionem ad se forte delatam ad iurisdictionem suam dubitat probabiliter pertinere dubitationis suæ causam literis suis, non per partes ad Curiam transmittendo, sed certum infra quem responsionem expectet partibus termino præfigendo Curiæ nostræ securè rescribat iuri, & qualitati negotio à nostra Curia responsum idoneum recepturus.

Verba textus Ritus Magn. Curiæ Vicáriæ 228.

ITem quod nullus priuilegiatus trahat alium priuilegiatum ad Curiam ipsam, nisi sit Curialis, sed cum priuilegiatus trahit, non priuilegiatum ad Curiam ipsam priuilegiatus curat, quod perhorrescit exceptio Curiali, qui non iurat, & priuilegiatus trahit ad Curiam ipsam in iure cesso, ex causa tamen necessaria, non lucratiua excepto Curiali, qui ad Curiam ipsam de iure cesso non trahit, sed nullus priuilegiatus trahit, ex pœna sibi cessa conuentionali, siue legali.

Verba textus Ritus Magn. Curiæ Vicariæ 229.

ITem si Clerici de rebus Ecclesiasticis cum iuramento dixerunt, quod perhorrescunt trahunt ad Magnam Curiam,

acc

nec autem de rebus eorum priuilegio Clericorum, item qui sunt in Magna Curia ad gagiam ipsius trahunt ad ipsam Curiam priuilegio Curialium.

Verba textus Ritus Magn. Curiæ Vicariæ 230.

ITem quod si qua mulier vidua, seu pupillus citatus de mandato dictæ Curiæ pro aliquo criminali voluerit declinare forum ipsius Curiæ ad alium Iudicem competentem comparere debet personaliter in dicta Curia Vicariæ allegatura, vel allegaturus in eadem Curia, quicquid sibi de iure competit super declinatione fori prædicti.





IO. MARIAE NOVARII
AVREA
PRAXIS ELECTIONIS, & variationis fori fęliciter incipit.

SVMMARIVM.

1 *Scientia abſcondita, & Teſaurus inuiſus nullam affert vtilitatem.*
2 *Ordo eſt firmamentum omnium rerum.*
3 *Ordo vbi non eſt, ibi dicitur eſſe confuſio.*
4 *Sapienti eſt ordinare.*
5 *Diuiſio quid operetur.*

PRÆLVDIVM.

MEmor cum ſemper fuerim præcepti Plinij ſecundi, qui ad Caninium Ruphum ſcribens, ipſum hortatur, vt aliquid efficiat, & excudat, quod ſit perpetuò ſuum, quia (inquit.) Reliqua rerum tuarum poſt te alium, atque alium dominium ſortientur; Et quia
1 habetur *Eccleſiaſtici cap.21.in fine, & cap.41.* quod ſcientia abſcondita, & theſaurus inuiſus nullam affert vtilitatem, nemo enim accēdit lucernam, & ponit ſub modio, ſed ſuper Candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt *Matt. cap.5.*vnde *Bal.in probem.Decret.colum.2.* non minus benè, quam eleganter dicit, quod quemadmodum triſtè eſt diuiti decedere abſque hærede; ita miſerrimum eſt habenti gratiam intellectus, poſteris ſuis, & ſic ſtudioſis nil ſcriptum, tanquam hæreditarium relinquere,

quere, ideò amice lector hac exortatione ductus hoc meum opusculum, prout meum tulit ingeniolum typis ad communem vtilitatem mãdare volui.

2 Cumque autem ordo, sit firmum, rerumq; omnium Rectũ fundamentum, sine quo nihil super ædificari põt, atq; omne bonum in eo consistat, teste *Luc. de Pen in l. 2. C. de proxim. Sacror. Scrin lib* 12. & ipse dicatur parium, dispariumque rerum sua cuique loco tribuens dispositio iuxta tradita per eundem *Luc. de Pen. in l. is quidem col 2 C qui milit. esse poss. lib.* 12. adeò quod, si ea quæ gerimus initio caruerint, omnis noster actus inanis

3 efficietur *l. quecumq; gerimus ff de act. & obligat* & vbi is nõ est dicitur esse confusio, vt dicit *text. cum glos in auth. de hæred. & falcid. §. inordinatã* verò, vndè est quod ex his, quæ inordinatè acta sunt, non potest, quid ordinabiliter agi *e. qualiter in l. 1. de accusat.* cum in eo consistat omnis operis perfectio, etiam scire quid facias; & ignorare quo ordine facias non sit perfectæ cogni-

4 tionis vndè sapientis est ordinare, vt tradit *Aretin. in cons.* 67. ex diuisione enim, & partitione quæstionum negotium semper fit clarius *cap. super literis extra de rescriptis l. 1. cũ glos ff de dol. except. §. sed ne in primis Instit. de legat.* & diui-

5 sio operatur illa tria, quia animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiosè reformat *l. in princip. ff de dol. except. Glos. in §. igitur in verbo easdem institutiones in probem. Institut.* ideò hanc praxim in tres sectiones diuidendam censui, in prima enim declarabimus, quid sit electio, & variatio fori, quid requiratur, vbi sit talis electio, quoties fieri possit, & quibus competat. In secunda reecensemus casus in quibus habentes talẽ fori electionem ea gaudeant, vel non, in tertia autem tractabuntur complures quæstiones ad materiam notabiles, & necessariæ, quarum singulæ sectiones per varias ampliationes, declarationes, & limitationes nõ ineptè accomodatas Deo dante, & adiuuante dilucidabuntur.

SECTIO PRIMA.

QVÆSTIO PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Omnis institutio debet à defnitione proficisci.*

2 *Actor sequitur forum Rei.*

3 *Lis debet terminari, vbi cœpta est.*

4 *Variatio est legibus inimica, vnde est restringenda.*

5 Va-

3 *Variatio est mutatio deuiandi à veritate.*

ARGVMENTVM.

Quid sit electio, & variatio fori.

1 QVoniam omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio debet à definione proficisci, vt intelligatur, quid sit illud de quo agitur, & disputatur, vt inquit *Marc. Cicer. lib. 1. offic.* paulò post *princip.* & colligitur *ex l. 1. ff de testament. & l. de interdicto in princip. ff. de aqu. quotid. & æstiua*, idcirco tractaturus de electione, & variatione fori, cuius sanè materia diffusa, & admodum vtilis ex tractatu ipso apparebit opportunam fore existimaui primum querere quid sit electio, & variatio fori.

Electio ergo fori nil aliud est, nisi facultas quædam priuilegiatis personis concessa de foro Rei in alienum forum transire contra regulam *text. in l. Actor C. de probat. l. Iuris iniquam C. de iurisdict. omn. iudic. & cap. cum sit generale de foro competenti*, quibus Iu-
2 ribus probatur Actorem debere sequi forum Rei. Vel est beneficium mutandi, & declinandi iudicium à Iudice ordinario competenti, & illud transferre apud Regia Tribunalia, & forum Principis ex vulgata dispositione *tex. in l. vnica C. quando Imper. inter pupil. & vid. & Constitut. Regni statuimus de Magistro Iustitiario* contra Regulam *text. in l nemo C. de iurisdict. omn. iud. §. 1. in Nouel.* vt different *iudic.* quibus Iuribus probatur, neminem in prima causarum cognitione posse vocari ad Curiam Principis omissa ordinarij Curia, vt est prouisum etiã de Iure municipali huius Regni per pragmaticam querula expositione in tit. vbi de delictis quis conueniri debeat, vbi latè *Rouit. in Coment.* qui assignat rationem, & multa in materia cumulat quem vide.

Variatio autem fori est priuilegium recedendi à iudicio cępto coram vno Tribunali, & eundi ad aliud Tribunal cõtra Regulam *tex. in l. vbi ceptum ff. de iudic. §. quoniam Auth. de testib. l. nulli prorsus C de iudic.* quibus Iuribus pro-
3 batur quod vbi cęptum est iudicium ibi in finem debet accipere, quia magna est vnius causæ ad se continentia, vt inquit *Cyn. in d. l null. Surd. consil. 212. num. 11.* vndè variatio est legibus inimica, ac doli mali plena *Bald. cons. 326. nu. 4. vol. 1.* & ob id tanquam odiosa venit restringenda *Calder. cons. 21. de Iure patronat. & Cardin. in clem. 1. de renunciat. notab. 2.* dicit

A 2 varia-

variationem esse mutationem deuiãdi à veritate exemplum autem potest poni, vt si ego persona priuilegiata ago coram meo Iudice ordinario, & deinde eligo in forum M. C. V. & rursus à M.C.V. vado ad Regiam Audientiam, vel si eligo in forum Regiam Audientiam, & deinde vado ad Sacrũ Consilium, & sic è contra.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentũ perhorrescentiæ requiritur in electione fori facienda de Iure Regni, licet secus de Iure communi, & idem procedit in variatione num. 7. vbi quomodo hoc intelligatur* 2. *Baro põt petere causæ remissionem, vbi iuramentum perhorrescentiæ nõ est præstitum.*

3 *Probatio in contrarium non admittitur aduersus iuramentum perhorrescentiæ sed contrarium nu.* 4.

5 *Defensio legitima non est auferenda.*

6 *Iuramentum perhorrescentiæ potest præstari in quacumq; parte iudicij. & nu.* 2.

8 *Iuramentum perhorrescentiæ præstatur per procuratorem habentem speciale mandatũ, vel generale cum libera.*

9 *Tribunal Principis dicitur Iudex competens in electione fori faciend...*

10 *Ioannes Dominicus Nouarius Authoris Genitor commemoratur Iudex secundarum causarum non dicitur competens in electione fori.*

ARGVMENTVM.

Quid requiratur in electione, & variatione fori facienda.

Regula sit tria copulatiuè esse necessaria in electione fori facienda, & primo, quod ille qui vult eligere forum sit persona priuilegiata, de quibus infra in sequentibus quæstionibus agemus secũdo quod interueniat iuramentum per-
1 horrescentiæ, nam licet istæ personæ priuilegiatæ, quando vel in agendo, vel quando cõueniuntur, vti volunt priuilegio *l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid.* non tenentur iurare se perhorrescere potentiam aduersarij in loco, vbi debebat cõueniri aduersarius, vel ipsa persona priuilegiata, tamen de Iure Regni tenentur hoc iuramentum perhorrescẽtiæ præstare, vt probatur in *Constit. statuimus, & in Ritu Mag. Cur. Vic.* 228. & ideò in hoc Regno supradictis personis tunc competit priuilegiũ eligendi forum, si iurant perhorrescere potentiam aduersarij in foro aduersarij, vt per *Afflict. in d. Constit. statuimus num.*

num.26 Carauit.in Rit. M. Cur.Vic. Ritu 233 *nu.*11. *Muscatell.in praxi Sacr.Consil. in glos competentes nu.* 78. *Niger in cap. Regni quoad decretum nu.* 9. *de offic. Iustit. Capiblanc. de Author. Baron. pragmat.* 8.
2 *num.* 169. vbi quod isto iuramento perhorrescentiæ non præstito Baro poterit petere causæ remissionem, vt testatur decisum in Sac. Reg. Cons. *Franc. decis.* 257. in causa Ducis Grauinæ, & Regij Fisci die 9. Augusti 1581. Figliola Actuario. Et sic ad probandũ perhorrescentiam sufficit iuramentum, sed si pars vellet
3 contrarium probare ipsam viduam non perhorrescere ipsius partis potentiam vtique non esset admittenda *Afflict. in Constit. statuimus Rota in Antiquis in decis.* 79. vbi dicit quod creditur iuramento perhorrescentiæ in contrarium non admissa *argum. cap. statutum de rescript. in* 6. *Rota in nouis in decis.* 42. & huic opinioni adhæret *Foller. in d. Constitut. statuimus num.* 119. vbi dicit nunquam vidisse practicari talem probationem in contrarium afferri, quamuis ab hoc dissentiant *Collect. in*
4 *cap. Apostolicæ de Cleric. excõmunic. administr. Cappella Tholos. in decis.* 237. vbi sic bis fuisse ordinatum, & sententiatum refert sequitur *Niger in cap. Regni quoad decretum num.* 14. *de officio Iustit.* referens esse licitum aduersario probare contrarium, sicut est licitum Actori probare per horrescentiam per *Regul.* nõ debet Actori de *Regul. Iur. in* 6. quia alias auferretur legitima defensio, quod fieri non debet *l. probibitum C. de Iure Fisci lib.* 10. *clem. pastoralis de re iudic.* maximè quia probatio per iuramentum est leuis, & extraordinaria nimis, nam est contra totum titulum ne quis in sua causa, & iuxta hanc opinionem scribunt *Felin. in cap. accedens il* 2. *col.* 6. *conclus.* 8 *extra vt lit. non contest. Bellamera in dec.* 4. *de rescrip.* vbi subdit hoc posse probari per inditia, & per facta exteriora *arg. tex. in cap. ex studijs extra de præsumpt. l. dolum C. de dolo*, puta si Reus probat quod Actor in partibus, vel in Ciuitate propria sit potentior, vel diues, & habet cõsanguineos, & amicos potentes, & defensores, & iudex est iustus in quo nõ cadit inclinatio magis pro Reo, quam pro Actore, & sic de similibus, quod pluribus vicibus obtinuisse in Mag. Cur. Vic. & alibi testatur *Niger vbi supra.* Et persona priuilegiata habens fori electionẽ, & proponens ipsã perhorrescentiam in foro, & Iudice electo posset in quacumque parte iudicij, ac etiam post sententiam in secunda instantia iu-

rare se perhorrescere potentiam aduersarij, & acta quæ præcesserunt valerent, & tenerent, penitusq; subsisterent, vt aiunt *Viuius in silua commun. opin. conclus. 368. nu. 6. Cassador. in decis. vnica de iureiur. Rota diuers. in decis. 1044. lib. 2. vol. 3.* & acta facta in Mag. Cur. Vic. contra illum qui poterat declinare forum Magn. Cur. valent, & tenent etiam si facta forent per personam priuilegiatam, antequam iurasset se perhorrescere aduersarij potentiam *Afflict. in d. Constit. statuimus nu 29.* Et vti quan-
7 do volunt eligere forum de Iure Regni tenentur iurare de perhorrescentia, ita etiam iurare tenentur quando variare volunt *Carauit. in Ritu M. Cur. 228. nu. 18.* vbi inquit vidisse, ita pluries determinari, & quod ita in practica seruatur, quod intelligit verum esse, quãdo variatio fieret à Curia domicilij ad Curiam Regiam, non autem è conuerso, & ad
8 eligendum, & variandum forũ non admittitur procurator, nisi habeat speciale mandatũ, vel generale cum libera *Isern. & Afflict. in Constitut. si quis in posterum Tapia in Constit. statuimus nu. 32. Carauit. Ritu 228. nu. 19.* & sic practicari in Sacr. Consf. refert *Franc. in decis. 257.* de quo meminit *Mastrill. in decis. 127. nu. 12.* vbi dicit in illo Regno Siciliæ hoc non seruari, sed emanari litteras declinatorias fori indistinctè à Magna Curia, & quando procurator cõstitutus fuit per personam priuilegiatam ad comparendum in tali Curia ad eligendum, vel variandum forum eius nomine, nulla facta mentione quod possit etiã iurare de perhorrescentia, vti que posset huiusmodi iuramẽtum præstare, vti sibi concessũ in necessariam cõsequentiam *Carauit in d. Ritu 228. nu. 20.*

9 Requiritur tertio quod talis electio fiat coram Iudice competenti qui dicitur à Principe dependens, vt per *Isern. in Constit. statuimus num. 14.* quem refert, & sequitur *Affl. in decis. 257. nu. 4.* & quod Tribunal Principis dicatur Iudex competens in electione fori probatur per totum titulum *C. quando Imper. inter pupill. & vid.* & in specie per illa verba finalia *Imperatoris in l. vnica eod. tit.* ibi (quod si pupilli, vel viduæ, alijque fortuna iniuria miserabiles iudicium nostræ serenitatis orauerint, prçsertim cum alicuius potentiã perhorrescunt cogantur eorũ aduersarij examini nostro sui copiam facere) ex quibus verbis clarissimè apparet quod electio fori debet fieri in Tribunalibus Principis, & non in alijs, vnde merito Dominus meus Genitor V. I. D.
10 Ioannes Dominicus Nouarius

rius ex suis prægnantibus allegationibus obtinuit in causa cuiusdam sui clientoli Terræ Pistitij quod Iudex secundarũ causarnm non dicitur Iudex competens in electione fori, vt etiam alias cõsuluit in causis occurrentibus, & tenet *Capiblanc. de Baron. pragm. 8. nu. 165.* in modernissimis impressis, vbi concludit quod competens Iudex respectu variationis à Iudice ordinario dicuntur Regia Tribunalia vicem Regia representantia immediatè, vnde dicit, quod cum quidam priuilegiatus adiuisset Iudicem secundarum causarum iurando perhorrescentiam primi Iudicis, variatio non fuit legitima, & tanquam talis non fuit admissa, & sic sequitur etiam *Scaccia de appellat. quæst. 7. nu. 137.* vbi dicit, quod miserabilis persona potest eligere, & variare de Curia sui ordinarij ad Curiam Principis, & è conuerso, sed nõ potest variare extra has Curias, quare non potest relicto suo ordinario transire ad aliũ ordinarium inferiorem Principe, neque potest à Principe transire ad alium Iudicem ordinarium non suum, & sic intelligit *Marchesan de commiss. iu tit. de auocat. caus. par. 2. §. num. 64.*

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Variatio conceditur miserabilibus personis, & quarnum. 2.*

3 *Socer eligens dare habitationem genero in domo sua potest variare, & offerre seorsum.*

4 *Statutum loquens de electione intelligitur de vnica electione, quod intellige vt n. 5.*

6 *Iudex delegans potest re integra reuocare.*

7 *Variatio semel est facienda, quod intellige vt num. 8. sed vide nu. 10.*

9 *Variatio est legibus inimica.*

11 *Opinio in praxi recepta est tenenda, quod amplia vt num. 12. & 13.*

14 *Consuetudo equiparatur statuto.*

15 *Vbi Consuetudo non valet, nec statutum.*

ARGVMENTVM.

Fori variatio an quoties, & quando fieri possit.

1 Regula sit quod possunt miserabiles personæ eligere
2 vnum forũ, & deinde ad aliud variare, quia vbi electio datur à Iure licita est etiam variatio, vt tradit *Afflict. in Constitut. statuimus num. 26. arg. text. in l. eum qui certarum §.*

1. *de verb. oblig.* & facit quod voluit idem *Afflict. in dec.* 146.
3 vbi quod socer qui eligit dare habitationem genero in domo sua potest variare, & offerre seorsum per *text. in l. si sterilis §. fin ff de act. empt.* facit etiam quod scribit *Bald. in*
4 *cons* 444. *vol.* 4. vbi quod licet statutum loquens de electione intelligatur de prima, & vnica electione *l boues §. hoc sermone ff de verb signific. l. si is qui*
5 *statum ff. de procurat.* tamen si primus actus non fuit bene, vel minus sufficienter factus verba intelligentur de actu secũdo, & donec sufficienter fiat *l.* 1. *ff de condit. & demonstrat.*
6 & Iudex qui delegauit reintegra post electionem renouare *cap. quamuis de offic. de leg. in* 6. licet quod hæc variatio se-
7 mel sit facienda, quia in casibus in quibus variatio promittitur non potest variari, nisi semel, vt est *text notabilis in l. si quis ius iurandum C. de reb. cred.* quo *text.* ita ad hoc notat *Bald. in auth. habita col.* 9. *quaest.* 3, *in fin. C. ne filius pro patre, & in l.* 1 *col fin. C. de furt Bart. in l. post legatam col. fin. de his quibus vt indign. cũ concordantibus per Iason. in l. quidquid astringenda nu.* 9. *ff. de verb. oblig.* quod intelligendum putat *Cumia in ritib. M. Cur. Regni Siciliæ ritu* 228. *num.* 4.66. hoc procedere nulla superueniente causa *l sicut in princ. ff. quibus mod. vsufruct. amitt.* sed si nullo esset causa tunc bis promittitur electio, vt ibi per eum quod vna dicitur variatio, & semper postea variatio dicitur *Bald. col.* 8. *& Bologn. nu.* 225. *in repet. Auth habita C. ne filius pro patre*, vbi dicunt quod ista variatio permittitur vsque quo sibi clausa fuerit via per aduersarium mediante satisdatione, & vt ipse sibi eam clausuerit procedendo in causa, & exceptiones proponendo.

Notandũ tamen quod *Marchesan. de commission. in tit. de Auocat. causarum par.* 2. *§.* 2. *num.* 85. tenet contrarium eorum omnium, quæ supradicta sunt ab *Afflicto* per hæc verba.

Erronea etenim videtur *Afflicti* opinio, quod vbi datur à Iure electio licita sit variatio, cum scribenter cõmuniter in dicta Authentica habita teneat, quod licet scolari sit licita de Iure electio, ei tamen variatio non est licita, & ad allegatam *l. eum qui certarum ab Affl* citatam facilis est responsio, quod *Isern. in d. Autb. habita nu.* 15. primus illam induxit pro *Glos. opin.* quod variare scolari liceat, & tamen lege prædicta non obstante *Doctores* contrariũ tenent. Corruente igitur opinione *Afflicti*, etiam corruunt fundamenta super quibus fundantur. Nec obstant plures moderni

con-

contrarium tenentes, quia sim plices *Afflictis* sententiæ sunt Relatores nihil addendo. Quare alia communis nostri Iuris interpretum sententia, quod scolari variare non liceat, cũ validis rationibus, quæ pro hac parte efferuntur omnes in vidua, & alijs militare videntur, cum inter istos nulla diuersitatis ratio assignari valeat, & sic quod in dicta *l vnic.* comprehensi variare nequeant cõ-
9 cludendum credo, quia variatio est legibus inimica, ac doli mali plena *Bal. cons.* 326.*nu*.4. *vol.*1. ob id tanquam odiosa venit restringenda *Calderin. cons.*21. *de Iure patronatus* ob id *Cardin. in clement.* 1. *de renunciat.* 2. *notab.* dicit variationem esse viam deuiandi à veritate. Hæc *Marchesan.*
10 Quidquid sit. Praxis quotidiana est, vt bis, & ter concedatur variatio tam à Curia Domicilij, quam à Magna Curia, & Regia Audientia, vt habetur per *Foller. in pract. crimin. in verbo audiantur excusatores nu.* 99. & 100. *Carau. in Rit.*233.*nu.*10. subdens vidisse viduas elegisse Regiam Audientiam, & postmodum variasse ad Curiam Baronis, & à Curia Baronis variasse etiam ad Regiam Audientiã, & fuisse admissas. *Muscatel. in praxi Sacr. Consf. in glos. competentes lib.*1.*par.*2.*nu.*30. vbi ait se esse informatum de obseruantia Magn. Cur. Vic. permittentem variationem bis in cluso Tribunali à quo, & *Carauitam* sequitur etiam *Trentacin. variarum resolut. lib.* 2. *resolut.* 1.*nu.* 10. vbi in fine dicit notandum quod post concordiam factam inter partes non admittitur variatio, allegat *Franch in dec.* 100.*nu.*21.

Vndè hæc opinio est tenenda, quæ in praxi seruatur, quia *Doctores* si ex proposito aliquam quæstionem examinent, & sint inter se diffidentes siuè in Consilijs, siuè lecturis, vel tractatibus illa sententia anteponenda est, quæ vsu, & consuetudine approbatur *Duen. regul* 10.*vers. fallit* 1. *Quesad. diuers quæst. cap.* 16.*nu.*5. *Hoied. plures cumulãs de benefic. par.*1.*cap.*19.*nu.*46. illa si qui-
11 dem opinio tenenda est, quæ pro se habet consuetudinem *Ias. in l post dotem nu.* 100. *ff. solut. matrim. Decian. cons.* 44. *vol.*2. *Caballin. Milleloq.* 140. pulchrè *Burg. de paz. in prob.m. legum tauri ex num.* 225. cum ipsa sit optima legum interpres *cap. cum dilectus de consuetud l. si de interpretatione, & l. minimè ff. de legib.* illa namque opinio tenenda est,
12 quæ ab obseruantia subsecuta comprobata est non obstante Iuris communis dispositione in contrarium vigente, vt respondit *Cephal. cons.* 320. *vol.* 3. relatus à *Ludouic. in concl.*

38.*illat.* 26.*Corat. in lib. commun.opin.tit.*9.*casu* 18.*nu.*97.
13 etiam si communis opinio sit in contrarium debet teneri ea quæ recepta est in practica *Lopez instrutt.casuum conscient. par.*1.*cap.* 287. *col.* 2. nec mi-
14 rũ, cum consuetudo equipare- tur statuto in hoc *Gramat.decis.*92.*num.*4.*Crauett.consi.*96. *nu.*6.imò dicimus consuetudinem esse statuto fortiorem *Dec.cons.*690.*nu.*8. vndè dici-
15 mus quod vbi consuetudo nõ valet, nec statutum *Bal. cons.* 238.*lib.*4.*Crauett de antiquit. par.*1.*in princ.num.*42.

QVAESTIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori competit miserabilibus personis.*
2 *Arbitrarium Iudici non dicitur, quod iam certo Iure diffinitum est.*

ARGVMENTVM.

Quibus competat electio, & variatio fori.

1 REgula sit, quod priuilegium hæc declinandi forũ, tam vigore *l.vnic.C.quando Imperat inter pupill.et vid.* quam ex dispositione *Constit.* nostri Regni statuimus competit miserabilibus personis, quarum aliquæ à lege ipsa ita iudicantur, vt est vidua pupillus, & morbo diuturno affectus, vt sanè hos miserabiles esse declarauit *Imperator in l. vnica,* vnde Iudicis arbitrio relictũ nõ est an ij dicantur miserabiles iuxta doctrinã *Socc. Sen.in cap.ex tenore nu.*4. *de foro competenti* de qua meminit *Couar.in lib. pract. quaest. cap.*6.*nu.*3.*in fine,* non enim
2 dicitur arbitrarium Iudicis quod iam certo Iure diffinitum est, vt refert *Menoch. de Arbitr. Iudic quaest.*14.*lib.*1. Aliæ autem personæ vltra enumeratas, quæ passim à *DD* inter miserabiles recensentur Iudicis arbitrio remittuntur, prout in hoc casu intelliguntur illa verba *d.l.vnic.*ibi alia iniuria miserabiles, & expresse habetur per nostram Constitutionem Regni statuimus, vbi priuilegium electionis fori conceditur personis miserabilibus, nullis personis expresse nominatis, prout in *d.l vnic.*dicitur de vidua, & pupillo morboque affecto, & sic de Iure communi loquuntur *Bart. & Bald. in cit l.vnica Guid.Pap.dec.* 556. *Dec.in Auth. praeterea C.vndè vir. & vxor. Oldendorpius in tract. de Iure singulari in tit. de priuileg. Miserabil. Innocent in cap significantibus de officio deleg. Ripa in l si constante ff. solut. matrim. nu.* 30. *Alciat. in l hac adiectio nu.* 7. *de verbor.significat.* de quibus omni-

omnibus sigillatim per varias quæstiones nunc summopere agemus.

QVAESTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus gaudet fori electione.*
2 *Pupillus habet fori electionem, etiam quod lite incepta sit factus adultus.*
3 *Pupillus diues potest eligere forum.*
4 *Pupillus in ciuilibus, & criminalibus gaudet beneficio electionis.*
5 *Orphanus habet fori electionem.*
6 *Pupillus potest variare forum.*
7 *Pupillus non gaudet fori electione, vbi conuenitur ex cõtractu paterno. quod intellige vt nu. 9.*
8 *Pupillus non potest petere primum, & secundum beneficium, vbi lis est incboata cum patre.*
10 *Pupillus habens auum sub cuius potestate manet non habet beneficiũ electionis fori.*
11 *Pupillus habreus non habet priuilegium eligendi forum, & sic etiam pupillus spurius sed contrarium tenet Author.*

ARGVMENTVM.

An, & quando pupillus gaudeat fori electione, & variatione.

1 Regula sit affirmatiua, vt scilicet quod pupillus gaudeat fori electione, & variatione, tanquam persona priuilegiata, & miserabilis, vt expresse cauetur per *Rubric. & text. in l. vnica C. quando Imper. inter pupill & vid.* & tradunt *Afflict in decis. 257. Gramat. decis. 20. Benincas. in suo tractatu de priuileg. paupert. quæst. 4. nu. 12. Tesaur. in decis. 177. Carauit. in Ritib. Mag. Cur. Vic. Ritu 233. num. 5.* & post ipsos *Franc. in decis. 100. num. 1. & 16.*

2 Amplia 1. procedere hanc cõclusiorẽ etiam quod lite iam incepta ipse pupillus factus sit adultus, vt habetur per *Thesaur. in d. decis. 177. nu. 4.* vbi etiam *Gaspar filius in addit. in 2. apostilla*, qui sic decisum refert in Senatu Sabaudiæ, & iuxta hanc opinionem scribit *Menoch de Arbitr. Iudic. lib. 2. casu 66. nu. 36.*

Amplia 2. etiam si pupillus existens puta Capuæ conueniatur coram Rege existente tunc Capuæ, vel coram Magn. Cur. Vic. existente tunc Capuæ, nam potest declinare forum Regis, vel Mag. Cur. & eligere forum Capitanei Ciuitatis Capuæ, vel Curiam Baiulorum

lorum Capuæ, qui alias possēt de illa causa cognoscere *Affl. in d. Constitut. Regni statuimus nu.* 13. & ibi *Isern.* & ante eos tenuit *Odofred. in cit. l. vnica C. quando Imper. inter pupil. & vid.*

3 Amplia 3. pupillum gaudere fori electione, tam si sit pauper quā si sit diues, nam vtroque casu frui beneficio electionis fori scribunt *Couarru. pract. quæst. cap. 7. nu. 2. Natta cons. 590. Niger in cap. Regni quod decretam nu. 12. de offic. Iustit.* quod probatur, quia cum sola paupertas faciat aliquem esse miserabilem personam, & consequenter gaudere efficiat beneficio electionis fori, vt infra late, Deo duce, dicemus, si diceretur pupillū, tunc obtinere priuilegium electionis fori, quando est pauper sequeretur qualitatem pupillaris ætatis ad nihil deseruire; nam sola paupertas sufficeret, & nihilominus pupillus eo ipso quod talis est miserabilis est, vt benè perpendit *Menoch.* hanc mens opinionē *de Arbitr. Iudic lib. 2. casu 66. nu.* 18. vbi ex hoc dicit minus rectè sensisse eos, qui dixerunt pupillum diuitem dici non posse miserabilem, vt fori priuilegio frui possit, in qua quidem opinione fuerunt *Innoc. in cap. significantibus de officio delegat. & ibidem Cardin. & Imol. Specul. in tit. de instrument. edit. §. nunc vero versic. quod inter relicta Alex. cons.* 121. *nu.* 14. *lib.* 1. *Beroe cons.* 74. *nu.* 20. *lib.* 3. *Rebuff. in constit. Galliæ in tit. de sentent. prouis. glos. fin. col.* 2. *Iason. in l. Titia textores nu. 6. ff. de legat.* 1. *Afflict. in Constit. Regni rubr.* 33. *de dandis Aduocat. pupill. nu.* 4. *Isern. in Constitut. Regni lege præsenti col.* 2. contra quos facit consideratio illa quam apposui infra *quæst. 7. num.* 2, loquendo de vidua.

4 Amplia 4. pupillum gaudere fori electione, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, nā etiam in delictis, & sic causis criminalibus habet priuilegiū *d. l. vnic. Isern. & Afflict. in Constitut. statuimus num.* 17. *Carauit. in Ritu* 230. *num.* 1. *&* 2. vbi probatur per ipsum de Iure Regni pupillum ad allegandam hanc declinatoriam fori de persona comparere debere, & non per procuratorē, & id quod dicimus de pupillo intellige de omnibus miserabilibus personis, vt late tractabo infra in illa quæstione, si habentes fori electionem illam habeant in criminalibus.

5 Amplia 5. hoc priuilegium eo magis competere orphano qui pariter gaudet fori electione tanquam miserabilis persona secundum *Foller. in Constitut. Regni lege præsenti nu. 3. de iustitia, & iure fol. mibi* 108. vbi inquit, quod orphani dicun-

dicuntur miserabiles personę, vt dicit Dauid *Psalm*. 9. Tibi derelictus est pauper orphano tu eris Adiutor, & dicitur orphanus vtroque parente orbatus sequuntur *Formularium Prouinciale car*. 24. *commun. opin. diuers. tom*. 1. *lib*. 6 *fol*. 68. *num*. 31. *Marta de iurisdict. par*. 2. *cap*. 11. *Escobar. de ratiocin. administ. cap*. 7. *num*. 60. vbi quod miserabilis persona dicitur orphanus etiam si fit maior 14. annorum, vt tenet *Lup. in l*. 41. *in verbo los huerfanos num*. 13.

6 Amplia 6. pupillum non tantum posse eligere forum, sed etiam illud variare, quia vbi electio datur à Iure licita est variatio *l. eum qui certarũ §*. 1. *ff. de verb. obligat*. tradit *Afflict. in Constitut. statuimus num*. 25. & in practica seruatur, vt abunde dictam fuit in illa quæstione, si sit licita variatio, & quoties possit fieri ab habentibus fori electionem, quæ est tertia in ordine supra.

7 Limita 1. vbi pupillus conueniretur ex contractu paterno nam eo casu non poterit eligere forum, vt est sancitum de Iure nostri Regni per Ritũ Mag. Cur. Vic. 234. & tradunt *Franc. in decisio*. 234. *&* 364. vbi quod quando pupillus succedit maiori, & lis est cępta maiore defuncto, quod pupillus nullo modo declinat forũ etiam quod competat electio ex priuilegio in corpore Iuris clauso per *text. in l. hæres absens ff. de iudic. vbi Bar. & Iacobin. l. apud Iulianum ff. quibus ex caus. in possess. ea sequũtur Carrab. in sing*. 118. *Petra in addit. ad Gramat. decis*. 32. *num*. 1. vbi quod sic procedit de Iure Regni licet secus de Iure communi *Thorus in suo Aureo Compendio decis. in verbo hæres Tapia in Constit. Regni statuimus num*. 29. vbi subdit hoc procedere quando lis esset contestata cum defuncto, & sic seruari in praxi testatur *Viuius in decis*. 250. *nu*. 2. idem asserens esse in primo, & se-

8 cundo beneficio, quod secundum eum pupillus non potest petere, vbi lis est inchoata, & conclusum cum eius patre defuncto, & sic decisum refert in Regia Audientia Apuleę, & sic etiam per Sacr. Consil. teste *Afflict. in decis*. 212. & habetur per *Carrab in singul*. 117. intellige tamen prædictum Ritum

9 procedere, quod pupillus in hoc casu non declinet forum scilicet paternum, in quo pater conueniri poterat *Franc. in decis*. 553. *nu*. 5. vnde refert decisum quod cum pupillus fuisset conuentus per viduam in Mag. Cur. Vic. & petijsset remissionem causæ ad suum Iudicem fuit causa prædicta remissa contra illam decisionem 234. citatam supra.

10 Limita 11. conclusionem fir-

firmatam non procedere in eo pupillo qui habet Auum sub cuius potestate remanet, nam tali casu non esse ei impartiẽdum beneficiũ electionis fori, tradit decisum per Sacrum Regium Consilium *Franc. in dec.*671.& habetur per doctissimum Dominum meum *Ricc. in collect.decis.collect.*1. de quibus nouissimè meminit *Thor. in suo Compend.decis. in verbo pupillus*,& sic pluries interrogatus respondi.

11 Limita 3. vbi pupillus esset hæbreus, nam non gaudere fori electione tenet *Marchesan.de commission.in tit.de commiss.Auocat.caus.par.2.§.2. n.* 54.vbi ad hoc allegat *Angel.in §.1.Auth.de priuileg.d Doc.berid. Afflict.in Constit.Regni in tit.de dand.aduoc.num.5.vers. item*, quæro an debeat, quibus addo *Isern.in Constit.si quis in posterum,& Carauit. in Ritu* 219.*in princ.*

12 Limita 4. in pupillo spurio; qui non debet gaudere fori electione secundum *Marchesan. de commission. in tit. de Auoc. caus. par.*2.§.2 *num.* 112. vbi latè hoc defendit, quæ limitatio mihi non placet, quia militat eadem miserabilitatis ratio in pupillo spurio, quæ militat in pupillo legitimo, & naturali, & sic tenet *Bar. in l si quis pro emptore nu.* 29 *ff de vsu.* vide verba *Marchesani* infra in *quæst.* 9.*sect.*2.

QVAESTIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Principiorum cognitio debet præcedere.*

2 *Scire volens quid rei debet prius cognoscere principia ipsius rei.*

3 *Natura incipit ab elementis.*

4 *pupillus dicitur qui patre caret, & est minor quatuordecim annorum, sed vide n.* 7.

5 *Maior quatuordecim annis non habet fori electionem.*

6 *Priuilegia concessa pupillis dicuntur cõcessa illis qui per Administratores reguntur.*

ARGVMENTVM.

Pupillus quis dicatur vt valeat habere beneficium electionis, & variationis fori.

1 QVia supradiximus pupillum gaudere fori electione, cumque autem verborum prior semper debeat esse interpretatio *l.*1 *ff si cert. pet.& ibi Bald.in princip.* colligit docentem incipere debere, ac oportere à doctrina prin-
2 cipiorum, nam qui vult scire quid rei debet prius cognoscere principia ipsius rei *l.* 1. *& ibi Bal. ff de iustit. & iure,* & & sicut natura incipit ab elementis, ita etiam Ars exordiri debet, vt per eundem *Bald. in* 1.*constit. digestorum nu.*1.&

ideò

ideò rectè omnis doctrina, & disciplina incipit à cognitione vocabulorum, vt idem *Bal. etiam scribit in l. liberti nu. 5. C. de oper libert.* nam turpe est loquenti proprios terminos ignorare, & prius determinare, quam terminos intelligere *Angel in cons* 110 ex his propterea volui apponere hic quis dicatur pupillus ad effectum de quo supra.

4 Pupillus itaque is dicitur qui patre caret, vt notat *Glos. in l vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid. & in l pupillus ff de verb. significat. Couar. pract quaest. ca. 6. nu. 6. vers primus igitur casus*, qui dicit pupillum intelligi eum, qui sit simul patre orbatus, & minor pupillaris aetatis, ex notatis per *Cyn. in d. l Orphanotophos & per Alber. in d. l. vnic col. 1.*

5 Vnde meritò in quadam facti contingentia consultus respondi de anno 1618. maiorē quatuordecim annorum non gaudere fori electione, vt traditur per *Cauens. in pragmat. cursu dilationum sub nu.* 28. quem refert, & sequitur *Viscont in addit. ad dec. Franch.* 100. *nu.* 17. qui dicit sic decisum, & se obtinuisse in anno 1588. in Mag. Cur. Vic. ex quo vtique videtur opinio *Pascal.* erronea in *tract de effectib patria potestat. par. 2. cap. 2. nu. 2.*

6 qui tenet contrarium, & mouetur, quia omnia priuilegia concessa pupillis, sunt concessa alijs personis. quae per administratores reguntur ex *doctrina Glos. in l. 2. C. de curator. furios canonizata per Bald. in l. iubemus num. 3. C. de Sacros. Eccles Soccin. cons 66. num. 7. lib. 4* quos ad hoc propositum refert *Alban ad Bart. in cit. l. vnic. C quando Imperat* & meminit *Foller in sua pract. crimin. in verb. audiantur excusatores nu. 103. & 104.* & pro hac opinione allegat *Couar. in pract. quaest. cap. 6. nu. 2.* qui licet hoc dicat, hoc tamen probat ex legibus particularibus Hispaniae, quae in Regno nostro nullam vim obtinent, & adhoc non obstant allegata per eundem *Pascal.* vbi supra, quia locū habent, vbi de Iure aliter sancitum non reperitur specialiter quod secus est in casu nostro, nam *text. in d. l. vnica*, & de Iure Regni *Ritus Magn. Cur. Vic.* 230 231. & 233. loquuntur semper de pupillis expresse, qui de Iure sūt & appellantur minores quatuordecim annorum, & absq; patre ergo falsam esse eius opinionem omnino fateor.

7 Et licet dixerimus supra appellatione pupilli venire illū, qui sit patre orbatus, & versatur in annis pupillaris aetatis, tamen secundum *Cancer. var. resolut. cap. 2. de iurisdict. omn iudic par. 2. nu. 13.* est notandum quod Regius Senatus

Catha-

Cathaloniæ in hoc casu pupillum intelligit eum, qui in annis pupillaris ætatis versatur, licet habeat patrem, dumodo non sit in ejus potestate secutus sententiam *Roland. in cons.76.nu.42.vol.1. & Natta cons.590.vol.3.§.3.* quæ opinio secundum ipsum *Cancer.* æqua est, quia vt dicit ibi *Natta* pupillus, qui est intra quartũ decimum annum,& amisit patriam potestatem dicitur fortunæ iniuria affectus, cum patris subsidio sit orbatus, & sic meritò inter miserabiles personas enumeratur, prò quo secundum eum facit quod omnes curatore, seù tutore egentes reputãtur miserabiles personæ *cap peruenit 86. distinct.* & notat *Nauar. cons. 1. in tit. ne Clerici, vel Monaci libr. 3. vol.1.*

QVAESTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Vidua gaudet beneficio electionis fori, & amplia n. 10.*

2 *Vidua diues gaudet beneficio electionis fori.*

3 *Vidua habet electionem foris etiã si per Regem fuerit Iurisdictio concessa cum derogatione l. unic. & venditione postmodum intermedia in demaniũ iurisdictio recessit Vniuersitati concessaque cognitione pro quibusuis causis ciuilibus, & criminalibus.*

4 *Vidua gaudet electione fori, etiam si post electionem remitteret, & aut nuberet.*

5 *Vidua habet electionem fori, etiam si vitam inhonestam duxerit, licet non tanquam vidua, sed tanquam meretrix, quæ reputatur miserabilis.*

6 *Vidua habet electionem foris etiã si haberet litẽ cum alijs non miserabilibus, nam omnes gaudent eodem priuilegio.*

7 *Societas operatur, vt inhabiles, gaudeant priuilegio habilium.*

8 *Præscriptio centenaria currit contra priuatum habentem rem cõmunem cum Ecclesia.*

9 *Immunis omnibus ob numerũ duodecim filiorum eximit ab onere fratres consocios.*

10 *Vidua non gaudet fori electione in dote exigenda.*

11 *Vxor etiam viro mortuo remanet de domicilio viri.*

13 *Vidua, quæ interfecit virum non gaudet fori electione, & idem est si ipsa fuerit causa occisionis ipsius mariti, & limita vt nu.14.*

15 *Qui causam damni dat damnum dedisse videtur.*

ARGVMENTVM.

An, & quando vidua habet electionem, & variationem fori.

Viduis

VIduis, & pupillis non nocebitis, & si eos leseritis vociferabunt ad me, & audiam clamorem eorum, indignabitur furor meus percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestræ Viduæ, & filij Orphani dicit Dominus, per *Ezech. Prophetam cap.* 22. quare meritò Imperator Iustinianus, & præfatos, & alias miserabiles personas priuilegio in corpore iuris clauso, vt maioris sit efficaciæ ex *l. vnic. C. quando Imper. inter pupil. & vid.* inuiolabiliter decorari voluit, vt ceteri principes, & iustitię ministri omnes in d. l. & priuilegio comprehensos, ac calumniatorum manibus liberare auxilium, fauoremque præstare valeant *ca. Regum* 33. *qu.* 6.

1 Regula sit viduam habere beneficium electionis, & variationis fori vt est text. formalis in *d. l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid.* & tradũt *Isernia Afflict. & Foller. in constit. Regni statuimus de Magistro Iustitiario Guid. Pap. decis.* 566. *Raudens. decis. Pisan.* 46 *num.* 2. *Aufrer. in Stilo Parlamenti in tit. de minoribus §. fin. parte* 1. qui sic iudicatum refert in Senatu Parisiensi, & ita decisum in Regno per nostrum Sacrum Regium Consilium testatur, *Frãcus in decis.* 257. quibus adde *Mastrill. in decis. Sicil.* 127. *num.* 1. *& Gabal. millelog.* 697. *vltra alios qui consulto omittuntur.*

2 Amplia primo firmatam regulam procedere, tam si vidua sit pauper quam si sit diues, nam in vtroque eam gaudere fori electione tenent *Abb. in ca. ex parte extra de foro competenti Alex. in l. titia textores n.* 7. *l de legat.* 1. *Bald. Nouel. in tractatu de dol. priuileg.* 12. *parte* 9. *Neuizan. in lib.* 6. *Silua Nuptial. n.* 31. *&* 35. *Bulgar. in l.* 1. *num.* 125. *ff. solut. matri. Couar. in li. pract. quæst. cap.* 6. *num.* 2. *versic. obtinet Parpal in l.* 1. *C. de Sacrosant. Eccles. Isernia in constitut Statuimus col.* 1. *versic. ite vidua, & in constitut. lege presenti versic. satis benè dicitur latè consuluit Nacta cons.* 590. *vol.* 1. *Menoch de Arbitris Iudic. casu* 66. *lib.* 2. *Milanens. in decis. Sicil.* 5. *num.* 2. *lib.* 2. *Marta alios cumulans in suo tractatu de Iurisdictione parte* 2. *cap.* 21. *num.* 6. vbi hoc verissimum esse ait, & iuxta hanc opinionem decisum per Senatum Pedamontan. refert *Tesaur. in decis.* 177 *nu.* 2. & sia in distinctè in nostro Regio Sacro Consilio iudicari firmat *Franch. in decis.* 100. *nu.* 19. & fuisse decisum in Rota Romana in vna Reatina D. Virginiæ Viduæ per signaturam Iustitiæ coram Illustrissi-

mo Cardinali Sfortia, tunc dictæ signaturæ præfecto tradit *Viuius in decis.* 521. *sub num.*8. vbi subdit sic pluribus vicibus determinatum etiam fuisse per Regiam Audientiam Barensem, quæ opinio secundum me est verissima per *text. in d l.vnica*, cuius verba sunt ista, si pupilli, vel viduæ, alięque iniuria miserabiles iudicium nostræ serenitatis orauerint, cogãtur aduersarij examini nostro sui copiam facere. Imprimis consideranda sũt illa verba fortunæ iniuria miserabiles, & sic vocat viduas fortunæ iniuria miserabiles quia vidua amisit virum pupillus amisit patrem, & hæc est fortunæ iniuria, quia ex hoc fit, quod neuter sibi possit in causis opem ferre, vidua propter sexum, pupillus propter ætatem, hoc enim miseratione est dignum vxores, & filios videre maritorum, & patrum subsidio orbatos, quæ consideratio habet locum etiam si vidua sit diues, vt optimè elicitur etiam ex verbis dictæ l. dum dicit, præsertim cum alicuius potentiam perhorrescant, illa enim implicatiua præsertim ostendit idẽ esse in eam contrario, idest, si non perhorrescant aduersarij potentiam ob diuitias, nam ostendit quod respectu Viduitatis gaudent Viduæ priuilegio fori, quia Imperator. multa esse specialis protector in eorum litibus.

Vnde videtur dicendum falsam esse contrariam opinionem, quam tenent *Innocent. Imol. Cardin. Feltn & Barbat. in cap. significantibus de officio Delegati Specul in titulo de Instrument. Edit §.nũc vero versic. & scias, il 2. Alex. cons.* 121. *col fin. val.* 1. *Ias. in l Titiæ textores ff. de legat.* 1. *Tiraquel. in l. si vnquam in verbo facultatum col.* 2. *in princip. de reuocand. donat. Maranta insuo Aur. Specul. in quarta parte carte* 204. *num.*79. *Roland à Valle in cons.* 20. *vol.* 2. vbi attestatur hanc esse communem opinionem.

3 Amplia. 11. etiam si per Regem fuerit Iurisdictio concessa cum derogatione *l.vnic.* & venditione postmodum intermedia in Demanium iurisdictio reuersit, vniuersitati concessaque cognitione primarum causarum pro quibusuis causis ciuilibus, & criminalibus iuxta decisionem factam in Sacro Regio Consilio de qua, per *Franc. in decis.* 517. & nouissimè per *Thorum in suo Aureo Compendio decis. in verbo vidua*, & sic in quadam facti contingentia interrogatus respondi.

4 Amplia 111. Vidua habere fori,

fori electionem, etiam si post electionem nuberet, aut remitteret post litem contestatam, vel post Decretum interpositum super Iudicis competentia, vt dicit *Carautta in Ritu* 233. *quaest.* 4. *num.* 12 *& sequent.* & remissiuè *post Fol ler & Gram. Franc in decis.* 257. in fine quos omnes refert, & sequitur *Tapia in Constit. Regni Statutmus n.* 15. *de Officio Magistri Iustitiarij*, ex eo quod lis capta in priuilegiato iudicio non debet, remitti cessante causa primordiali priuilegij vt per *Valasc. latè in decis.* 57. de quo latissimè dicam infra in illa quęstione si electio fori facta per habentem priuilegium eligend. forum cessante illa, causa priuilegij quæ est in ordine in num. 10. sectione 2.

Amplia IIII. Viduam habere fori electionem, etiam si illa vitam inhonestam duxerit, nam licet non gaudeat vti vidua vt per *Isern. nu.* 6. *& Afflict. num.* 17 *in dicta constitut. Statutmus Luc. de pen. in l.* 3 *col.* 2. *C. de priuileg. Scolar. Felin. cap significantibus nu.* 8. *de Officio deleg. Carautta Ritu* 19. *num.* 24. tamen gaudet tanquam meretrix, quæ dicitur miserabilis persona, & consequenter gaudere debet beneficio electionis fori vt habetur per *Trois. in pragmatica Cursu dilationum num.* 12. quem refert, & sequitur *Frãc. in decis.* 233. sequuntur etiam *Menoch. de Arbitr. Iudic. lib.* 2. *casu* 66. *num.* 51. *Viuius in decis.* 321. *num.* 5. *& Gaspar Tesaur. in addit. ad decis. Tesaur. Patris* 177.

6 Amplia v. locum habere, etiã si Vidua habeat causam communem cum alijs personis nõ miserabilibus, nam tunc omnes gaudent eodem priuilegio Viduæ vt per *Nattam in cons.* 590. *num.* 16. *vol.* 3. *Tesaur. in decis* 177. *num* 5. *Viuius in decis.* 321. *num.* 21. vbi dicit sic decisum Romæ per signaturam Iustitiæ Coram Illustriss. Sfortia & ratio est, quia pro-

7 pter communionem vel societatem inhabiles gaudent priuilegio habilium *l. si communem ff quẽadmodum seruitus amitt. Et l. si is qui duos. & ibi Bart. ff. de lib. leg.* & hinc dicebat *Abb in c audientiam de*

8 *praescript.* quod contra priuatum habentem reum communem cum Ecclæsia Romana currit tantum præscriptio centenaria & hinc est quod si plures simul sint capti & inquisiti quorum, vnus sit clericus & ipse petat se remitti ad Ecclesiasticum iudicem iuxta *C si iudex desent excom. in* 6. tunc omnes debent remitti ne causæ continentia diuidatur ita dixit *Anton de Prat.*

in l.1.§.fin. qua sent. siue appellat. rescind. quem sequitur *Socc. in c.2.col.16.vers.8. Fallit. de mutuis petit.* & inter cōsilia Filij *in cons.12.lib.1. Felin.in c. placuit col.5. de praescript. & Barthol. Socin in l. quum senatus in fine ff de reb. dub.* vbi refert genitorem suum ita consuluisse, & ita etiam tenuisse in *ca. 1. de for. compet. & Marsil. in singu-*
9 *lari* 280.vbi etiam addit quod immunis ab oneribus ob numerum 12. liberorum hāc immunitatem tribuebat fratribus socijs in communione bonorum persistentibus & simul habitantibus. Et de hac ampliatione dicemus infra in illa quęst. an consortes litis cum habētibus electionē fori gaudeant eodem priuilegio eligendi forum vt in Act.2. in quæst.44.
10 Amplia vt. ad mulierē nuptam inutilem virum habentem, vt puta Bannitum Triremium Reum,ab hostibus captum, & sic de simili *Salic. in l fin. C ad l Flau. de plagiar. Ias.in l si is qui pro emptore num. 86 ff de vsucap. Marsil. in l 1.num. 222. & 214 C. de Raptu Virg Gail. obseruat. 44. Franc. in decis. 18. & alij per Marchesan. de commissio. parte 2. §. 2. in tit.de Auocat. caus.num.*36.vbi num.38. hoc limitat vbi inutilitas prouêniret ex parte mulieris, vt quia ex culpa mulieris fuerit facta Thori separatio de quo vide *Foller. in pract. crim. §. audiantur excusatores nu.* 81.
11 & 82. Limita primo firmatā conclusionem non procedere in dote exigenda nam eo casu vidua perdit. priuilegium electionis fori & tenetur agere in foro domicilij mariti vt cautum est de iure per text. formalem *in l. exigere dotem ff.de iudic.* quem ad hoc propositū in proprijs terminis citat.*Molfesius in comment. ad*
12 *consuetud. Neapol. par. 2. de Bonis quaest.12.nu.*18 vbi assignat rationem quia vxor etiā viro mortuo remanet de foro & domicilio viri ad text. *in l. filij §. vidua ff. ad municipal. cum concord. vt per Iason.in l. si arrogatur num. 58. ff. de adopt.*
13 Limita secundo in vidua quæ virum interfecit nam electione fori non gaudet vt habetur per *Couar. in lib.practic. quaest.cap.6.num. 3. in fine Azeued. in l.9.tit. 3. lib. 4. Noua Recollect.* de quibus meminit *Tapia in dicta Constit. Regni Statuimus sub n.19.* Et idem dico si ipsa fuerit causa, mortis viri licet ipsa non occiderit, quia qui causam damni dat damnum dedisse videtur

videtur, *l. qui occidit §. in hac ff. ad leg. Aquil. l nihil interest. ff. ad leg. Corneliam de Sicar.* vbi nihil interest, an quis occidat, vel causam mortis dederit *Laurent. in decis. Rota Auenion. 29.*

14 Limitatē in Vidua quæ per alium iudicium sumpserit, puta quia velit defendere emptorem rei à se venditæ, vt de communi *Couar. pract. quæst. cap.* 8. *n.* 2. *& seq.* quem citat *Marchesan. de Commissio. parte* 2. *§.* 2. *in tit de Auocat. caus. n.* 57. vbi dicit idem procedere in omnibus miserabilibus personis & ab hac opinione non recedendum, licet contrarium asseuerat, *Blanc. quæst.* 3. *n.* 41. quem mihi adhoc propositum allegauit Frater meus Carissimus, & omni doctrina ornatus Ioann. Antonius Nouarius, adolescens certè magnæ spei.

QVAESTIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Vidua propriè dicitur, cui est mortuus maritus.*

2 *Vidua dicitur, mulier, quæ habet maritum captiuum, exulam vel ad triremes, aut carceres condemnatum, & nu.* 12.

3 *Vidua dicitur mulier habens maritum absentem & gaudet fori electione.*

4 *Mors, & absentia equiparantur.*

5 *Officialis substitutus ob alterius Absentiam substitutus ad nouam vsque creationem perseuerat illo mortuo.*

6 *Mortuus abesse dicitur.*

7 *Tutor datus in casu obseruet censetur datus in casu mortis.*

8 *Habens potestatem administrandi custitionem monetæ in absentia alicuius poterit etiā in casu mortis eiusdem administrare.*

9 *Equiperatorum eadem est dispositio.*

10 *Argumentum à verisimili est probatissimum.*

11 *Paria sunt non habere maritum, vel illum habere absentem.*

13 *Ecclesia dicitur esse viduata sponso suo habens Episcopum inutilem.*

14 *Paria sunt aliquid non esse vel inutiliter esse.*

15 *Priuilegia concessa viduis competunt etiam mulieribus habentibus virum absentem.*

ARGVMENTVM.

Vidua quæ dicatur ad hoc vt possit vti beneficio electionis fori.

CONsentaneum est, quod cū supra conclusimus viduam habere forī electionem hic ad-



tare quæ dicatur vidua ad effectum vt fori priuilegio frui possit.

1 Vidua itaque illa propriè & strictè appellatur cui est mortuus maritus *cap. vidua* 34. *dist.* tradunt, *Soccin. in cap. ex tenore nu. 6. de foro compet. Alciat. in l. malum §. viduam de verb. signif. Couar. in lib pract. quæst. cap. 7. n. 2. Marta de iurisdict. par. 4. cent. 1. casu. 81. num. 4.* vbi alios congerit.

2 Impropriè autem & largè vidua illa dicitur quæ licet habeat maritum tamen illum habet captiuum, exulem, vel ad triremes damnatũ vt per *Felin. in cap. significantibus n. 8. de officio delegati Carauit. in Ritu. 19. num. 21. Franch. in decis. 100. nu.* 18. & viduam dici illam quæ habet virum inutilem scripserunt *Glos. in l fin. C. ad legem Flauiam de Plagiar. Alciat. in cap. 1. notab. 4. de præscript. Tiraquel. in l. 6. connubial. n. 12. Lopez in cap. p. vestras §. 1. notab. 2. n. 12. & 13. de Donat. inter vir. & uxor. Barbat. in cap. significantibus col. 1. de rescriptis*, quibus omnibus concessum est, etiam frui hoc priuilegio electionis fori, vt etiam dicimus de illa quę habet maritum ab-
3 sentem, & inutilem vt in quadam facti contingentia de hoc anno 1619. consului vt ex infrascriptis Iuribus patet quæ hic ad vtilitatem beneuoli lectoris apponere libuit.

A dubitatione procul abest posse hanc mulierem viro orbatã propter eius absentiam ferè spatio decem annorum fori electione frui tamquam vidua, ex priuilegio competenti à dispositione text. *in l. vnica C. quando Imperat. inter pupil. & vidua.* & vigore constitutionis Regni, *Statuimus de*
4 *officio Magistri Iustitiarij.* Si quidem casus mortis æquiparatur casui absentiæ vt per *D. Ricciũ in Collect. dec. Collect. 1056. per text. in C. si delegatus de officio delegati in 6.* vn-
5 de merito videmus quod officialis ob alterius absentiam substitutus ad nouam vsque creationẽ perseuerat illo mortuo, vt conclusum per S.C. refert præses de *Franch. in decis. 255. & decisum alias testatur Giurba, in decis. Sicil. 9.* quod & tenuerunt *Albericus in l. quæsitum ff. de tutel. Boer. in decis. 149. n. 15. Petra in addit. ad Capic. in decis. 151. littera A.* iuxta quam sententiã consultus respondit *D. Riccius* pro Illustriss. & Eccellentiss. Comite de Lemos, pro Rege huius Regni Neapolis, eius patre, cui per litteras Regias fuerat suffectus cum dictus eius pater nomine eiusdem Regis functus fuisset legatione magnifica apud Summũ Pontificem

tificem Clement VIII. asserendo prædictas litteras Regias directas eidem debere etiam ad casum mortis extendi, vt testatur ipsemet *in*
6 *dicta collect.* 1056. mortuus namque abesse dicitur iuxta Glos. in *d. c. si delegatus in verbo abesse de officio delegati in 6. l. multa in princip. ff. de condit. & demonstrat. Montan.de tutel.cap.57.n.21. Bertazol. cons.crim 30. nu. 21. & cons.85.nu.9. Alber.Alciat. & Rebuff. in l. Mulieres §.fi. ff. de verb.signif. Bal.in l. mater. col fin ff. de condit. & demon-*
7 *strat.* sicque in tutore probat text. *in l. quæsitum ff. de tutel.* qui datus in casu absentiæ cēsetur etiam datus in casu mortis, *Viuius in decis. 2.sub n.5.*
8 hinc,qui in sua Curia potestatem administrandi iuriditionē monetæ habet in absentia alicuius poterit ēt in casu mortis eiusdem administrare vt decisum refert.*Sessa in decis.Ara-*
9 *gonen.* 571. Quare cum mors absentia equiparētur. & equiparatorum eadem sit dispositio teste *Alciat.in l. 1.§.eadem nu.6.ff de verb.oblig.Becc.cons. 8.nu.9.vol. 1. Glos. in l. omnes dies versic. Apostolica C.de Feriis, & in cap. si postquam §. fin.in verbo prouisio vbi etiam Dominic. de elect.in 6. Cephal. cons.537.n.19.vol.4.latè Viuius in decis.255.n. 19.cum seq.* Ar-
10 gumentum enim in iure à verisimili probatissimum est vt habetur per *Gabriel. in cons. 167.nu.33.vol.2. Decian.cons. 62.vol. 3.n.72. Corn.cons.205. nu.9.vol.2. Menoch. cons. 306. n.10.vol.4.& cons.434. nu.43. vol.5.*vbi merito quidem concedit huiusmodi argumentationem à verisimili in interpretādis vltimis voluntatibus, & alijs actibus plurimum valere; Ideo sicut Mulier per mortem viri gaudet beneficio electionis fori sic & pariter mulier per absentiam viri hoc etiam priuilegium,habere debet maritum enim non habere vel habere absentem & sic inu-
11 tilem paria sunt *l. fin.C.ad legem Flauiam de plagiar. ca.2. de translat. Episcop. Alex.cōs. 104.vol.1.Felin.in cap.significantibus nu.8.de offic.delegati,*
12 vbi concedit vxorem capti ab hostibus seu banniti, siue ad tritemes condemnati, vel ad carceres vocari dici quæ posse viduam prout hoc etiam voluerunt. *Couar.in lib.pract. quæst.cap.7.versic.est in eodem tract.obseruandum Bal.in d.l. fin. vbi etiam Glos. in l.orbitates C.ad l.Flauiam de Plagiar. Carauita Ritu.19.n.22.* quod confirmari pōt ex textu *in ca. 2.§.sed neque illud extra de translat. Episcop.* vbi Pontifex dicit quod secundum commu-
13 nem modum loquēdi Ecclesia

B 4 dicitur

dicitur esse viduata sponso suo quæ habet Episcopum inutilẽ cui adnectitur *Glos. notab. in c. admonere in Glos. 33. quæst. 2* quæ per illum textum colli-
14 git carmen. Si re priueris, nec nomen habere mereris nam paria sunt aliquid non esse vel inutiliter esse *l. de ætate §. nihil de interrogat act. l. 4. §. cõdemnatum ff. de re iudic.* & sic
15 priuilegia concessa alargitaq; viduis competunt etiam mulieribus habentibus virum absentem tamquã inutiliter nuptis teste *Bal. in d. l. fin C. ad l. Flauiam de Plagiar.* quem refert & sequ. *Viuius in decis. 197. num. 3.* dicent iuxta hanc sententiam compluribus quippe vicibus iudicasse in facti contingencia in regia Audien. Apuleæ in anno 1583. cum seq. admittendo aliquas vxores inutiliter nuptas tamquã viduatas infelices & miserabiles ad fori electionem tam in causis ciuilibus quam in criminalibus vt firmat etiam *Franch. in decis. 100. num. 18.*

QVAESTIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Morbo diuturno fatigati habent fori electionem, vnde infirmitate leui vexati hoc priuilegio non gaudent vt nu. 5.*

2 *Membris mutilati gaudet fori electione*

3 *Cæcus habet electionem fori, quod limita vt n. 4.*

6 *Morbo Gallico affictus non gaudet fori electione.*

ARGVMENTVM.

An morbo diuturno fatigati gaudeant fori electione.

1 Regula sit affirmatiua q morbo diuturno fatigati debilesque gaudent fori electione, nam expresse ad hunc effectum inter miserabiles personas reponuntur per imperatorem in *l. vnica C. quãdo imper. inter pupill. & vid.* & sic tradunt ibidem. *DD. omnes* & sic scribunt *Rebuff. in constit. Galliæ in tit. de sententijs prouisional. glos. fin. col. 4. vers. vltimo miserabiles Roland. cõs. 76. nu. 44. vol. 1. Afflict. decis. 257. Menoch de arbitrat. Iud. casu 66. lib. 2. in addit. num. 19. Azo in summa C. quando imper. inter pupil. & vid. nu. 7.* quem sequitur *Isernia in constit. statuimus col. 3. vers. item qui sunt miserabiles Viuius in decis. 65. num. 4. & in decis. 521. sub eodem num.*

2 Amplia primo firmatam cõclusionem procedere etiam in membris mutilatis ex eo quod etiam isti reputantur infirmi & consequenter gaudent beneficio

neficio electionis fori iuxta doctrin. *Afflicti in constit. statuimus sub nu.* 19. *Rebuff. in constit. Galliæ in tit. de senten tijs prouisional. Glos. fin. vers.* 11. *Menoch de arbitrar. iud. lib.* 2. *casu* 66. *num.* 27. *Gaball. milleloquit.* 607. *vers.* 11. *vbi allegat. text. in cap* 1 *de Cler. ęgrotantibus Alex cons.* 126. *col.* 3. *lib.* 4 *Bellug a in Specul. princip. rub.* 23. *§. sed pone. num.* 10.

3 Amplia secundo etiã in Cœco. cęcus enim vt infirmus potest declinare forum tamquã miserabilis persona. *Butr. in cap significantibus n.* 22. *de off. deleg. Afflict. in d. constit. Statuimus n.* 19 *Alex. cons.* 126. *li.* 4. *Thesaur. in d. decis.* 177. *Rebuff vbi supra vers.* 11. *Caci.* cũ Cæcitas morbus sit in parte corporis licet homo ita natus sit text. est. *l.* 1. *§ sed sciendum ff. de Edilitio edicto* de quo meminit *Actius de infirmitate cap.* 21 *par.* 1. *in princip.*

4 Limita primo id quod dicimus de cęco membrisque mutilato non procedere in illum qui vnico tantum mẽbro fuerit debilitatus sed in illo qui exempli gratia, esset vtroque lumine orbatus verè surdus & verè mutus aut pedibus claudus & sic de singulis arg. *text. in l.* 1. *C. qui morbo se excusant,* & eorũ quę ibi notãtur ꝑ *Bart. & DD.* vbi luminibus capti surdi muti habent excusatio nẽ à muneribus & sic in vtroque membro debilitati Monoculi autem, surdastri & cæteri his similes minime excusantur facit text. *in l. bonores ff. de curat.* vbi mutus & surdus si in totum non audiunt aut non loquuntur ab oneribus ciuilibus excusantur vt ibi per DD. at secus in eo qui tardè loquitur aut tardè audit, *l.* 2. *§. minus audiens de vacatione munerum l fin. ff. de leg. tut.* & idem dicunt DD. vt excusationem nõ habeat si mutus & surdus ex solo motu labiorum percipiat mentem loquentis per Doctrinam *Bart in l.* 1. *in princip. ff. de verb oblig. facit text. in l. mutum ff. de edilitio edicto,* vbi mutus dicitur qui nullo modo potest loqui non autẽ qui potest loqui sed grauiter & ponderosè facit text. *l. qui damnum eodem tit.* vbi minime dicitur morbosus qui vnicum oculum habet & iuxta hãc opinionem scribit. *Foller. in d constit. statuimus nu.* 84. *Perez in l. Regni Castel. tit.* 1. *lib.* 3. *vers. item Cęci.*

5 Limita secundo vbi esset leuis infirmitas nec diu duratura eo enim casu non gaudet hoc beneficio *l.* 1. *§. proinde ff de edilitio edicto l. quæsitum ff de re iudicata Vital in tract. maleficij in tit. de nuncij relatione nu.* 48. ex eo quod cessat pri-

priuilegium infirmorum vbi leuis erat infirmitas vt scribit *Aetius de infirmit. ca. 50. pars prima nu. 12.* vbi allegat. text. *in l. quæsitum vbi DD. ff. de re iudicat. Riminal. iun. in l. 1. n. 570. de offic. eius* licet secũdum Aetium vbi supra nu. 17. in homine male complexionato & debile morbus sui natura leuis vt febris quartana grauis haberetur ex *Gomes. ad regul. Cancellariæ de infirm. resignat q. 17. in fin. & Mandos. ad eãdem reg. q. 5.* vbi concludunt morbum leuem in regula illa considerare cur id fiat docet, *Sfort Odd in suo tract. de restit. in integrum par. 1. qu. 11. ar. 7. n. 33. & Maiol. de irregul. C. 22. lib. 2. & c. 23.* dicit egroto computandum esse qui graui capitis dolore vexatur ita vt corporis vsus sit impeditus.

6 Limitatam in affecto morbo Gallico *Rebuff. loco citato nu. 16.* quem sequitur *Marchesan. de commission. parte 2. §. 2. in tit. de Auoc. caus. n. 51.* vbi dicit, quod ista opinio bene reperitur fundata, quia si contrariũ obseruaretur, hisce nostris tẽporibus quam plurimi isto peterentur morbo pro consequẽdo priuilegio.

QVAESTIO X.

SVMMARIVM.

1 *Infirmitas probatur per aspectum corporis.*

2 *Infirmitas probatur per medicorum testificationem.*

3 *Allegans morbum, illum tenetur probare.*

4 *Omnis dilatio est Iudici arbitraria, quod quando procedat vide n. 5.*

6 *Morbus quandiu præsumatur durare, vide remissiue.*

ARGVMENTVM.

Qualiter probetur infirmitas, & quis teneatur illam probare, & quæ dilatio sit concedenda ad eam probandam, & quandiu durare præsumatur ad effectũ eligendi forum.

QVoniam in præcedenti quæstione conclusimus infirmos gaudere fori electione propterea hic inserere volui qualiter probetur infirmitas qui teneatur illam probare, & quæ dilatio sit concedenda ad eius probationem & quandiu presumatur durare.

1 Probatur autem infirmitas ad effectum electionis fori primo per aspectũ corporis iuxta sententiam *Bart. in l. 1. n. 5.* de

de mendicant valetud. lib. 11. *& in l. quaesitum in fine ff. de re iud. Abb. in C. tenet extra eo. tit. Caldas de restit. in integrum versic. minoribus n.* 20. v. gr. quia facies sit extenuata & Visus. vt etiam habetur per *Mascard. de prob. conclus.* 897. *num.* 13. *& per Aetium de infir. cap.* 37. *nu.* 29. *parte prima.*

2 Probatur insuper per medicorum testificationem *Bart. in d. l. quaesitum post nu.* 6. *ff. de re iud. Abb. in c. tenor sub n.* 2. *notab.* 2. *eo. tit. Afflict. in constit. regni incip. de lit. citat. nu.* 27. *lib.* 1. *rubr.* 96. quos refert & sequitur *Mascard. d. conclus.* 897. *num.* 12. *Aetius de infirmit. c.* 37. *num.* 1. vbi dicit citari à DD. pro hac sententia *text. in l. semel. C. de re milit. lib.* 12. & quod dicit ibi *Lucas de Penna*, vnius medici relationem non sufficere & duas esse debere ad faciendum talem relationem vt ex communi probat. *Clarus in sua Practica criminali in §. homicidiũ vers. autem quamuis subdat.* de consuetudine aliter seruari prout verè sic indistinctè semper vidi ego ipse practicari & secundum (Clarum vbi supra non est necessè medicos esse doctores quod intelligo dũmodo habeant bonam practicam & experientiam nam vt prob. *Aetius in tract. de ludo Scaccorum q.* 4. *principali n.* 41. Medicus practicus & expertus praefertur habenti Theoricam & scientiam nisi sit poenitus idiota vide *Carauit. in Ritu M. C. V.* 267. *nu.* 8. & cum dicit Clarus, ibidem eos debere deponere cũ iuramẽto est sciẽdum fidẽ facere posse per scripturam iuxta tradita per *Felin. in cap. de testibus num.* 11. *extra de testibus*, vsusque iudicium ęquitate suadente tales authẽticas scripturas recipit. quando aegroti non sunt in loco iudicij vt dicit *Lucas de Penna in d. l. semel. nu.* 8. *C. de re milit. lib.* 12. *& Clar. in pract. enim §. fin. qu.* 34. *vers. dixi etiam* scribit fidem de morbo fieri per testes siue per testationẽ medicorum in scriptis redactam quam neque etiam excusatores infirmi coguntur praesentare dum aegrotus est in loco vbi est tribunal. sed sufficit quod dicant excusatores accedat iudex seu mittat actuariũ cum Medico domum ipseque tenetur: & de hac pract. testantur *Foller. in sua pract. Crim. in verbo audiantur excusatores nu.* 31. *Fabius à Monteleone in sua praxi. pag. mihi* 29. *nu.* 4. vbi subdit ampliando iudicem & superiorem teneri ex offic. mittere allegat. *Io. Andr. & alios in cap. tenor. extra de re iud.* & ipse praeterea debet esse diligens

gens in inquirendo vt prob. in citata *l. semel vbi vide Bart.*

Alios autem modos probādi morbum & infirmitatem videre poteris si lubet penes *Mascard. de prob cōclus. 897. penes Aetium de infirmit. ca. 37. per totū & per Sfort Odd. de restit. in integr. par. prima qu. 11. art. 66.* vbi totam infirmitatis probationem iudicis arbitrio remissam esse ex communi omnium sentētia firmauit & dat plures modos iudici vt bene arbitretur illumque alijs securiorem esse dicit qui in medicorum relatione fundatur.

3 Morbum autem probare tenetur ille qui eum allegat vnde ægrotus & infirmus allegās fori electionem tanquam infirmus debet probare suam infirmitatē vt habetur per *Aetium in tract. de infirmitate cap. 38.* ad quod faciunt latissimè adducta per *Mascard de prob. conclus.* 78. vbi quod allegans & dicens aliquid debet id probare *l. actor quod asseuerat C. de prob. vbi Cinus Bart. & Bald. l. ei qui dicit ff. de prob. l qui accusare C. de edendo l. doce ancilla C. de rei vendicatione l. ait prætor §. docere ff. de vi bonor. raptorum ca super de concess. prebendæ*, Eruditè D. *Riccius in decis. 91. parte prima*, vbi allegāti exemptionem incumbit onus probandi, Ex pluribus concludit.

Quæ autem dilatio ad morbi probationem sit concedenda, respondeo cum Aetio in suo tractatu de infirmitate ca. 39. parte 1. quod cum omnis dilatio sit iudici arbitraria 4 qui considerata distantia loci personarum qualitate, & causæ potest breuiorem longiorēque dilationē tribuere vt habetur per *Marant. in sua prattica parte 6. in tit. de dilat. n. 7. per text. in l. 1 vbi Bal. C. de dilat. Viuius. in decis. 11. nu. 9. Menoch. de Arbit. Iudic. lib. 2. casu 52. nu. 2.* vbi nu. 7. dicit tunc dilationem esse Iudici arbitrariam, cum datur à lege non expressa quantitate temporis alias nequam sine maxima, & vrgentissima causa per iudicem angustari aut prerogari nequit *Panor. in cap. 1. num 8. de dilat. & ita per Glos. in cap. cupientes §. cæterum in verbo probabilis*, quam ibi sequitur *Domi. de elect. in 6.* amplè *Salic. in Auth. qui semel C. quomodo, & quando iudex Bartius in decis. 151. n. 6. Cartar. in decis. 100. num. 2. Berber. in Viator. Iur par. 4. in tit. de Iudic. nu 59.* cum ergo lex non præfixerit terminum quo morbus probari valeat, Iudex præfigere poterit per supradicta, & in spetie determinat. *Glos. in d cap. cupientes §. cæterum de elect. in 6.* vbi eam

Ge-

Gemin., sequitur.

6 Morbus autem quandiu presumatur durare, & an morbo infirmitateque aliqua affectus semel in eodem morbo perseuerare, ac persistere presumatur vide *Actium in tractatu de infirmitate parte* 1. *ca.* 40. *Menoch. de praesumpt. lib* 6. *praesumpt.* 44. vbi ad saturitatem hoc declarant.

QVAESTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Virgo habet fori electionem.*

2 *Virgo agens pro stupro commisso in ea contra struprratorem habet electionem fori.*

3 *Virgo habet fori electionem etiam si habeat patrem, sed vide contrarium, & melius num.* 4.

4 *Virginitas est virtus animi, cuius comes est fortitudo.*

5 *Virginitas supergreditur cōditionem humana natura, Angeli sine carne viuunt virgines in carne triumphāt ibidem.*

6 *Virgines sine corpore viuunt in corpore.*

7 *Virginitas habuit initium in caelo empbyreo in creatione Angelorum.*

ARGVMENTVM.

An Virgo gaudeat beneficio electionis fori.

1 Regula sit affirmatiua, vt scilicet quod Virgo habet fori electionem, vti vidua, pupillus, & aliae personae miserabiles habent, vt notatur per *Isern. in constitut. Regni Statuimus col* 2. *versic.* quid si vidua, vel virgo, & ibi *Afflict. in* 8. *quaest. Azo in summa C. quando Imper. inter pupil. & vid.* vbi eandem opinionem tenēt *Cyn Olarad. Alber. Bar. & Fulgos.* eandem opinionem sequuntur *Lup. in c. peruestras num.* 12. *in* 2. *notab. de donat. inter virum, & vxorem Guid. Pap. decis.* 566. *Rebuff. in constitut. Gall. in tit. de sentent. prouisional. art.* 3. *Gloss. fin. col.* 2. *Marquard plene in tractatu de Celibat. Sacerdot. non abrogand. par.* 1. *cap.* 9. per totum, & secundū *Fulgos.* haec est communis opinio, quam tenuerunt etiam *Ioannes Faber. in d. lunica Odofred. in Rubric. tituli Neuizat. in sua Silua Nuptial. in verbo in dubio quo modo iudicandum versic* 4 *demum Bellug. in Specul. princip. Rubric.* 38. *§ consequenter versic. de vno vidi fol.* 173. *Couar. pract quaest cap.* 7. *sub num.* 2. vbi meminit ita semel vidisse iudicatum in praetorio Granatensi tradunt etiam *Peregrin in decis. Patau.* 129. *n.* 6. *Viuius decis.* 65. *n.* 3. vbi refert sic iudicasse in facti contingētia pluribus vicibus in Regia

Au-

Audientia Apulex admittendo ad fori electionem non nullas virgines, & ita pluries vidisse obseruari in Magna Curia Vicariæ, & in Sacro Regio Consilio in varijs, diuersisque virginum causis, pro vt sæpe fuisse iudicatum iuxta hanc eandem met sententiam in ipso Sacro Regio Consilio testatur *Franc in decis.* 100. *nu.* 3. vbi dicit nostrum Sacrum Consilium Neapolitanum consueuisse indistinctè iudicare virgines inter miserabiles personas, quoad fori priuilegium nulla habita distinctione, an habeant animũ perpetuo permanendi in virginitate, vt sunt moniales, aut nubendi, sequntur etiam hoc *Mastrill. in decis Sicil.* 127. *Castill. in decis.* 48 *Giurba in decis.* 82. *Marta de iurisdict parte* 2 *ca.* 21.*n.*5. *Thorus nouissimè in suo Aureo Compendio decis. in verbo Virgo*, qui communiter seruari in omnibus Regijs Tribunalibus testatur; & hæc est quotidiana praxis quam ego ipse etiam multoties vidi seruari in contingentibus casibus.

2 Amplia 1. firmatam regulam procedere, etiam si virgo agat pro stupro contra eam commisso aduersus stupratem vt per Sacrum Regium Consilium iudicatum refert *Franc. in decis* 599. de quo meminit vere promptuarium vtriusque iuris doctissimus *D Riccius in collect. decis collect.* 1. *& collect.* 137. & eos refert, & sequitur *Thorus, in Compendio decis. in verbo Virgo* habetur etiam per *Carauit. in Ritu* 19. *nu.* 25. vbi inquit virginem habere hoc priuilegium, vti vidua, & non quia ad aureolam virginitatis ratio habeatur, licet contrarium in casu principali viderim apud *Poller. in constitut. Regni statuimus num.* 78. inquiens viduas committentes stuprum, vel alias miserabiles personas in se ipsas seuientes aut alias in se delinquentes vtique non habere fori electionem quod an sit verũ, lectoris Arbitrio remitto.

3 Amplia 11. etiam in virginibus quæ habent patres sub cuius potestate sunt, nam nihilominus poterint variare, & sibi forum eligere vt scribit *Cala de modo arti colandi, & probandi nu.* 111. ad quod allegat. *Iserniam in constit. Regni statuimus*, & sic pluries refert decisum per Magnam Curiam Vicariæ, & sacrum Consilium vt est videre penes *Franc. in decis.* 100 quam ampliationem non sequor quia si pupillus qui expressè priuilegiatur à lege non gaudet fori electione quãdo habet auum sub cuius potestate remanet, vt per Sacrũ Regium Consilium iudicatum refert *Franc. in decis.* 671. quã-

to

to magis a fortiori est dicendum hoc in virgine habente patiẽ, quæ nullatenus expresse hoc priuilegium à lege obtinet, vnde diceretur magis priuilegiata virgo quam pupillus, qui expresse est priuilegiatus electione fori, vt est videre in *l. vnica C. quando Imperator inter pupil. & vid.* q̃ esset maximum absurdum, vnde meritò iusta hanc meam opinionẽ fuisse alias decisum per Sacrum Regium Consiliũ refert Ioannes Carolus Vitellus in quibusdam alegationibus ad pennam ad fauorem Horatij Curialis de Surrento vt tradit Viscont. in additione ad Franc. in decis. 100. & iuxta hanc opinionem consultus respondi, nonnullis quippe vicibus.

4 Meritò quidem virgo priuilgiatur hoc beneficio electionis fori siquidem virginitas virtus est animi cuius comes est fortitudo truncat opera carnis, & superat voluptates sensus vt patet in *c. ita ne aliquam* 32 *q.* 5. & mot. *Bellam. in cap.* 1. *num.* 15. *col fin. extra de summa Trin.*

5 Super greditur enim virginitas conditionem humanæ naturæ per quam homines angelis assimilantur, imo maior est victoria hominum quam angelorum; angeli enim sine car-
6 ne viuunt, virgines autem in carne triumphant, & sicut in carne præter carnem viuere non angelica vita est sed celestis, ita in carne celestem vitam agere maioris meriti est quam esse angelum fælicitatis est, esse vero virginem virtutis dum quis totis viribus nititur hoc obtinere ex gratia, quod habet angelus ex natura vt notat *Amb. in li. de viduis, & Hieronimus ad Pau. & Eustoch & Bellam in d. C.* 1. *in fi. extra de summa Trin. & Cassan in* 3. *parte de glor. mundi in consid.* 29. *n.* 25. *cum seq.*

Quocirca *D. Hieronimus*, multa de virginitate enuntiat encomia, quæ recenset *Lucas de Pen. in l fin sub. nu.* 25. *C. de in col lib* 10.

7 Et huius quidem virtutis excellentia non in eo solum cõsistit quod habuerit quodammodo initium in cælo Empireo in creatione angelorum, qui virgines facti sunt quia in cælis neque nubentur vt dicitur *apud Matth in cap.* 22. *& gl. fin c nuptiæ in verbo virginitas* 32. *qu.* 1.

Sed in hoc præcipuè commendatur quæ ipse Dominus noster Iesus Christus non solũ virginitatem seruauit, sed etiã matrem virginem ex qua nasceretur eligere voluit, propter quod ipse dicitur specialiter amare virgines, tum quia sponte tribuunt quod illis non fuit

fuit imperatum, cum maioris sit gratiæ afferrere quod non debes quam reddere quod exigeris, quod profectò faciunt virgines quia virginitas pro consilio suadetur non pro imperio patitur cum sit res magis voci quam præcepti vt dicitur in C. *qui sit.* 33. *qu.* 5. *&* *in c.integritas* 32. *qu.* 1. & notat etiam *Glos.in d.c.* 1.*in fin. in verbo coniugati extra de sum.Trin.*

Et propterea, Paulus, de virginibus inquit præceptum Domini non habeo consilium autem do tamquam misericordiam consequutus à Domino vt patet *in ca.7. ad Corinth.* 1.

QVAESTIO XII.

SVMMARIVM.

1. *Virgo dicitur, quæ hominem non cognouit.*
2. *Virginitas in dubio non præsumitur.*
3. *Virginitas est qualitas naturalis, quam hominem sequitur.*
4. *Virginitatis signa quæ sint remissiue.*

ARGVMENTVM.

Virgo quæ dicatur, & virginitas in muliere an præsumatur ad effectum habendi electionem fori.

Cum clara sit regula in iure virginem gaudere fori electione vt supra firmauimus merito hic apponere volui quæ appelletur virgo & si virginitas in muliere presumatur ad effectum vt ipsa gaudere possit hoc beneficio electionis fori.

1 Virgo itaque illa dicitur quę hominem non cognouit, & claustri eruptio ei non fuit fa-
2 cta. virginitas autem in muliere præsumitur, & præsumi scripserunt *Cardinalis & Abb. in cap.1.de adulter Alexander cons.*219.*nu.*2.*lib.*6.*Ruin.cons.* 109.*num.*11.*lib.* 2. *Bertrand. cons.*135.*Crauetta cons.*166 *n.* 5.*Clarus in sua practica crim. §.stupram versic. sed pone*, est
3 enim hæc qualitas naturalis quæ hominem sequitur vt per *Alciat.de præsūpt.Regul.*3.*in principio.* latè *Mascard. de probat. conclus.* 1417.vbi posse coniecturas & signa quando virginitas præsumatur vt etiam ad hanc materiam poteris, *videre Menocb. de præsumpt. lib. 6. præsunt.* 89. qui ponit præsumptiones, & coniecturas ad hunc propositum.

QVAESTIO XIII.

SVMMARIVM.

1. *Mercator qui in itinere, & gabellis grauatur habet electionem fori.*

Mer-

5 *Mercatoribus est summariè succurrendum, vbi grauantur in vectigalibus.*

ARGVMENTVM.

Mercator an habeat beneficium eligendi forum.

1 Regula fit affirmatiua, vt scilicet quod Mercatores gaudeant beneficio electionis fori, enim mercatores qui in itinere gabellis grauātur inter personas miserabiles quo ad fori priuilegium enumerantur per *Butr. & Felin. in cap. significantibus de officio delegati Bellug. in speculo principum rubrica 23. nu. 10. Follerius in constitut. statuimus num. 114 & in costitutione lege presenti Menoc. de arbitrarijs iudicum casu 66. n. 24. per Rebuf. in costitutione Gallia glos. fin. in tit. de sententijs prouisionalibus col 1. vers. 5. Marta de iuridictione parte 2. cap. 21. nu. 5 Gabal milleloq. 697. vers.*
2 5. scribens quod mercatoribus si grauentur in vectigalibus, & pedagijs summariæ succurri debet allegat. *text. in cap. si quis Roma petas 24. quast. 3.* & hanc opinionem etiam in proprijs terminis sequuntur *Actius de infirmitate cap. 13. nu. 5. Trotiq. in pragmatica cursu dilationum num. 32. Perez in l. Regn. Castell. li. 3. ti. 1. versic. Item mercatores* vbi allegat. *Innocent. & Imol. in d. cap. significātibus de offitio delegati, & Anan. in cap. nulli iudeo col. 2. n. 3. de iud.*

QVAESTIO XIV.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus ad perpetuos carceres habet fori electionem.*
2 *Carcer appellatur squallor.*
3 *Maior pana reputatur, stare in carcere quam laborare in agro.*
4 *Carcer dicitur maior pena qua infligi possit de iure Canonico.*
5 *Filius non liberans patrem à carcerib. potest exhæredari.*
6 *Bona possunt inuitis filijs vēdi pro redimendo patre captiuo.*
7 *Tempus carceris post sententiam imputatur in exilium*
8 *A carceratione potest semper appellari.*

ARGVMENTVM.

An damnatus ad carceres gaudeat beneficio electionis.

1 Regula fit affirmatiua, & sic quod damnati ad carceres habent electionem fori, vt tradunt in terminis *Menoc. de Arbitr. iudic. lib. 2. casu 66. Foller. in constitut. Regni lege*

C pra-

præsenti num. 12. *de iustitia, & iure post Bar. in tractatu de carceribus in fine. Perez in l. castell lib. 3. tit.* 1. *versi. Item carcerati.* Et merito inter personas miserabiles est admittēdus carceratus, quia carcer
2 appellatur squallor *l. 2. C. de custodia Reorum Mantua in consil* 266 *num.* 6. dicitur quæ mala mansio atq; pænalis speciesque etiam seruitutis secūdum *Glos. in leg. si hominem apud se in versic. extensum ff. depositi Neuizan. consilio* 52. *nu.* 9. *Aretinus in consilio* 132. *num.* 3. *volum.* 1. *Roland. consilio* 57. *nu.* 40. *vol.* 3. *& est text. in leg. apud Labeonem §. quæstionis ff. de iniur.* adeo quod
3 maior pena reputatur stare in carcere quā laborare in agro vel in quolibet alio publico opere secundum *Franc. in capitulo quamuis versicul. in glosa* 2. *extra de pænis in* 6. ita quod carceratus dicitur quotidie grauari vt est *textus in capitulo super eo, il* 2. *in* 2. *notabili extra de appellatione*, & hoc propter malam mansionē *dict. capitulo super eo vbi Præpositus col.* 3. *de appellatio.* imò de iure canonico carcer est maior pena quæ possit infligi, quia succedit loco mortis, *capitulo penultimo & fin. de haeret. Crescent. in decisione* 9. *numero* 4 *de probat.* hinc enim videmus quod liberatio carceratorum dicitur causa pijssima *leg. si quis pro redemptione versiculo pijssimam administrationem C. de donatio. Bald. in l. istud numero* 1. *C. de sacrosant. Ecclesiis Tiraquell. de pia causa in præfat. col.* 4. *versiculo item relictum pro redemptione, & lege* 16. *connub. glos.* 8. *in fine numero* 286. *cum sequent. Castrens. in dict. lege illud nu.* 3. *C. de Sacrosant. Ec-*
5 *clesiis. Rota diuers. in decisione* 63. *nu.* 5. *par.* 2. ex hoc concludens posse filium exhæredari nisi liberauerit patrem à carceribus item si ex captiuitate illū non redemisset *Gl. in cap.* 5. *vallis in verbo exhæredaret prope finem versiculo patrem de iureiurando*, cum qua transeūt ibi *Doctores Benedict. in capitulo Raimutius versiculo præterea in verbo & vxorem nomine Adelasiam*,
6 *num* 268. ita vt etiam inuitis filijs possit vendi bona pro redimendo patre captiuo *§. si quis de prædictis authentic. vt cum de appellatione cognoscitur Muta super consuetudinē Panormitan. in cap.* 56. *nu.* 24. vnde tempus carceris post sen
7 tentiam computatur in tēpore exilij vt post alios quos allegat tradit pluries decisum *Viuius* in sacra Regia Audiētia Barēsi & Regia Audientia Apuliæ *decis.* 201. *Cabal. in resolut.* 142. *Franc. in decis.* 317. vbi

vbi iusta hanc sententiam iudicasse sacrum Consilium testatur, & sic determinatum in curia Archiepiscopali Neapolitana decisum refert *D. Riccius in dec. 45. par. 2.* vbi quando hoc locum habeat doctè declarat, & hinc licet appellatio infra decem dies fieri debeat vulgatis iurib. tamen si à præcepto de capiendo aliquem carceratum non sit appellatũ
2 infra decẽ dies quia reus stando carceratus dicitur in successiuo grauãmine potest continuè, & quotidie appellare *Bal. in l. 2. nu. 7. C. de Episcopali Aud. refert & sequitur Iason. in leg. ita demum nu. 5. C. de procuratoribus.*

QVAESTIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Scolaris gaudet fori electione.*
2 *Referuntur aliqua priuilegia scolarium.*

ARGVMENTVM.

An scolaris gaudeat fori electione.

1 REgula fit affirmatiua, & sic quod scolaris gaudet fori electione dum in academijs operam dat studijs pro vt debere hoc beneficio frui tradunt *Lucius de priuile. scolar. in præfatio nu. 13. Decian. cons. 14. nu. 12. lib. 1. Viuius decis. 65. nu. 5. Menoch de arbitr. Iudic. casu 66. in addit. lib. 2. n. 31. Capobiancus de Baronibus pragmatica 8. num. 102. Petra in addit. ad Gramat. in dec. 21. sub n. 9.* quæ opinio secundum me suadetur ex dispositione *text. in authentica habita C. ne filius pro patre cuius textus verba sunt hæc.* Habita super
2 hoc diligenti inquisitione Episcoporum abbatum io. ducum, & omnium iudicum, & aliorũ procerum sacri nostri Palatij examinatione, in omnibus qui causa studiorum peragrinãtur scholaribus, & maximè diuinarum atque sacrarum legum enim professoribus hoc nostrę pietatis beneficium indulgemus vt ad loca in quibus litterarum exercẽtur studia tam ipsi quam eorum nuncij veniãt, & in eis secure habitent dignũ namque existimamus, vt cum omnes bona faciẽtes nostrum laudem, & protectionem omnimodo mereantur quorum scientia totus illuminatur mũdus, & ad obediendum Deo, & nobis eius ministris vita subiectorum infirmatur, quadam speciali à dilectione eos ab omni iniuria defẽdamus. Quis enim eorum non misereatur qui amore scientiæ exules facti de diuitibus pauperes semetipsos exinaniunt vitam suam multis periculis expo-

nunc, & auilissimis sæpe hominibus quod grauiter ferendam est corporales iniurias sine causa perferunt.

Hac igitur generali, & in perpetuum valitura lege decernimus vt nullus de cætero tam audax ? inueniatur qui aliquam scolaribus ? iniuriam inferrere præsumat nec ab alterius cuiuscumque prouinciȩ delictum siue debitum. quod aliquando ex peruersa consuetudine factum audiuimus aliquod damnum eis inferat scripturis huiusmodi sacræ costitutionis temeratoribus, & etiam ipsis locorum rectoribus qui hoc vendicare neglexerint restitutionem rerũ ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum notaque infamiæ eis ipso iure irroganda dignitate sua se carituros imperpetuum.

Verumtamen si litem eis quispiam super aliquo negotio mouere voluerit huius rei optione data scolaribus eos coram domino vel magistro suo vel ipsius ciuitatis Episcopo quibus, hãc iurisdictionem dedimus conueniat.

Qui vero ad alium iudicem eos trahere tentauerit etiam si causa iustissima fuerit à tali conamine cadat.

QVAESTIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Pauper habet electionem fori.*
2 *Paupertas dicitur causa pia, & gaudet priuilegijs piæ causæ.*
3 *Priuilegium in corpore iuris clausum nunquam dicitur sublatum.*
4 *Pauper lapsus in paupertate sua culpa gaudet electione fori.*
6 *Distributiones quotidianȩ debentur ei qui sua culpa in morbum incidit.*
7 *Paupertas est graue onus.*
8 *Sapientem sine diuitijs est vilipensa.*
9 *In matrimonijs, & in alijs rebus semper agitur de diuitijs.*
10 *Pecunia est anima miseris mortalibus.*
11 *Nil tam munitum quod expugnari pecunia non possit.*
12 *Pecunia dicitur secundus sanguis.*
13 *Pecunia dicitur fideiussor futuræ necessitatis.*
14 *Diuites preferuntur cæteris.*
15 *Rustici per diuitias nobilitantur.*
16 *Pauper. in iudicijs sæpe cõtemnitur audiri.*

An

ARGUMENTUM.

An pauper possit eligere forum.

1 REgula sit affirmatiua, & sic pauperem habere fori electionem vt tradiderunt *Butr. in cap. significantibus nu.* 22. *de officio de legat. Nacta.cons.*590.*num.*7.*lib.* 3. *Tesaur.decis.*177. *Belluga in Specul.princip. Rubrica* 23. *num.* 10.*Cauens in Ritu* 790.*nu.*76. *Trobisius in pragm. Cursu dilationum nu.*32. *Thorus in suo Compendio decis in verbo pauper. Viuius in decis.*221.*nu.*3. vbi refert hoc sæpe sæpius obseruasse in practica in Regia Audien. Apuleæ vbi admisit varios pauperes ad fori electionem, tam in causis ciuilibus quam criminalibus ad instar viduæ & pupilli, & dicit quod licet aliquando ab aliquibus Baronibus, & partibus fuerit appellatum in magna Curia Vicariæ, & demum, in sacro Consilio, pretendendo pauperes non habuisse fori electionem, tamen semper extitere remissæ causæ ad eandē Audientiam siquidem pauper connumeratur inter personas miserabiles vt per *Ioan. And. Abb & Felin.in cap.significātibus de officio delegat. in* 6. & gaudet priuilegio ipsarum miserabilium personarum *secundum Glos. Bal. Angel. & Ceteros omnes in l.siue autem* §.*si duabus ff.de public. Marsil singul.*82.*limit.*5 *Benincas. de paupertate quæst* 5. *in fine*, vbi abūde probat causam paupertatis esse piā, & simul

2 gaudere omnibus priuilegijs, & immunitatibus quib. piæ causæ ipse vtuntur, & consequenter pauper non solum gaudet priuilegijs proprijs, & sic paupertati à lege concessis de quibus per *Benincas. de paupertate Afflict. in constit. Regni mulieres in fine Cauens. In Ritu* 290 *num.* 9. Sed etiam fruitur priuilegijs piæ causæ concessis, & elargitis, quæ recensuit luculenter *Tiraquellus in tractatu de pia causa per totū*, & iuxta hāc opinionem, vt scilicet pauper gaudeat fori electione fuit tentum, & obseruatum in Rota Romana vt est puntualis decisio Cardinalis *Crescentij* 16. *sub tit.de priuilegijs* quam hic inserere formaliter volui.

Pauper qui dicitur, miserabilis persona *ad cap.* 1. *de postulando*, & ideò trahi extra prouinciam non potest immo ipso iurando perhorrescentiā, ad se alios trahere potest iuxta dispositionem *l. vnic. C. quando Imper. inter pupil. & vid.* Nam & pauper gaudet beneficio illius legis *Abb. in cap. significantibus colum.* 2.

in fine cum sequent. de officio delegati, & in cap. licet ex suscepto col. 3. de foro competenti, probata impotentia eundi, ad magnum magistrum, & ibi litigandi, & causam prosequendi, non potest cogi, vigore priuilegiorum dicto Magno magistro, ac ordini Hierosolimitano concessorum eundi Melitam vbi residet Magnus magister, quia licet priuilegia sint amplissima, & pregnatissimas habentia clausulas derogatorias numquam tamen secũdum dominos in vna Pam
4 philonensi prioratus santi crucifixi coram Domino, Mohedano videtur sublatum priuilegium in corpore Iuris clausum *ad Glos. & Bar. in Anth. qua in prouincia C. vbi de crimin. agi oport. Bal. & Cast. in lib. 2. §. omnes ff. de Iudic. Roman. cons.* 488. *col.* 4. *Felin. in cap. 1. col 9 de Rescriptis, & in cap. nonnulli conclus.* 12. *nu.* 26. *eo tit.*

Amplia 1. conclusionem firmatam procedere tam in paupere non sua culpa lapso in paupertate quam in paupere ipsius culpa in paupertate lapso enim quomodocumq; sit pauper gaudet fori electione, ex *Ioan. And. & Imol. in cap. qua in Ecclesiarum de constit. Act. de infirmit. par.* 1. *cap.* 36.
5 *nu.* 5. sequitur *Viuius in decis.* 268. *num.* 8. dum dicit paupertatis priuilegijs gaudere etiã pauperes sua culpa lapsos in paupertate, & sic dicit decisum & practicatum in sacro Consilio, & Regia Camara Sũmariæ, in magna Curia Vicariæ, & in Regia Audientia
6 Apuleæ, & hoc facit quod distributiones quotidianæ debẽtur ei qui sua culpa in morbũ incidit. *Nauar. de Reddit lib.* 2. *cap.* 2 *diffic.* 4. *nu.* 134. *Couar. variarum Resolut lib.* 3 *ca.* 13. *nu.* 8. *Azor. Institut. Moral. par.* 2 *lib* 7. *cap.* 7. *quæst.* 11. quos refert & sequitur nouissime D. *Riccius in pract. Resolut.* 444. *nu.* 5. *tom.* 2.

Meritò quidem priuilegiatur pauper hoc beneficio electionis fori tamquam miserabilis personæ ex eo quod pau-
7 pertas est graue onus vt patet ex ipsa experientia, & colligitur ex cap. pauper. 11. quæst. 3. & testatur *Cato*, dum inquit in fantem nudum cum te, natura creauit, paupertatis onus patienter ferre memento, & idem asserit Ouid. dum hæc plangit, fortuna immeritos, auget honoribus fortuna innocuos cladibus afficit, iusta illos viros, pauperie grauet, indignos hæc eadem diuitijs beat. quo fit vt ergo vulgò fortuna aduersa non sine causa appelletur. *Homer.* præterea paupertatem inimicam boni, nouereamque virtutum esse clami-

clamitat. Hęc itidem optima quæque hominum in genera vel in totum extinguit, vel vehementer deprimit. iuxta pulchrum illud *Alciat.* Emblema, destra tenet lapidem, manus altera sustinet, vt me pluma leuat: sic graue mergit onus ingenio poteram superas volitare per arces me nisi, paupertas inuida deprimeret. Denique cogitur infelix alienas ire per oras: nobilitas patris expoliata bonis, & vt inquit Iacobus de Sanazario, & genus, & virtus nisi cum re, vilior alga est, & teste *Horatio*, sapientia sine diuitijs, vbique est vilipensa iuxta illud eiusdem *Horatij* ipse licet venias musis commitatus *Homeri*: si nihil attuleris ibis Homere foras, & alibi ait: in pretio pretium nunc est dat census, honores census, amicitias, pauper vbique iacet, & alibi etiam ait, & genus, & virtutē Regina pecunia donat. *Ouid.* etiam, ingenium scientiamq; sine diuitijs hodie nihil fieri, palam testatur, dum dicit ingenium quondam fuerat pretiosius auro: at nunc barbaria est grandis; habere nihil vt optime refert Antonius Cordou. delata in *l. si quis aliberis §. solent. num.* 50. *ff. de liber. agnos.* Nec reperies qui velit amicitiam cum paupere coire iusta illud vulgare, cum fueris felix multos numerabis amicos: tempora si fuerint nubila solus eris pulchrè relatum per *Matienco. in dialog. relat.* 3. *par. cap.* 21. *nu.* 15. *lara in dict. l. si quis a liberis, in §. parens num.* 75. *in fin.* Et iam in matrimonijs, 9 & in omnibus ferè quę pertractantur, negotijs potinus ad censum fit quæstio, vt late videre est apud *Tiraquel. in l. si vmquam verbo facultatum, & in tractatu de nobilit. cap.* 3. *Cassan. in Catal glor. Mundi.* 12. *par. consid.* 54. *Lancel Gallia. in consuet. Alexan. in Glos. viginti in quast.* 8. *nu.* 129. *Ioseph. Ludouic. decis. Perus.* 66. *ex num.* 14.

Quod vero hodiè dolendum est iam esuriunt docti, contēniturque scientia omnia pretio comparantur iuxta illud, aurum omnes victa iam pietate colunt auro pulsa fides, auro venalia iura aurum lex sequitur, mox sine lege pudor. Et ex Ouidio, vt refert *Benincas de priuileg. paupert. qu.* 4. *nu.* 1. Curia pauperibus clausa est dat census honore inde grauis iudex, inde seuerus eques, ad quod etiam illud vulgare facit traditum à *Fusc. de uisit. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 2. nummus honoratur sine nummis nullus amatur, nummus vbi loquitur, Tullius ipse tacet quisquis habet nummos secu-

ra nauiget aura, fortunamq; sua temperet arbitrio. Ex quibus omnibus, & alijs quæ cõsulto omitto, verior videtur sententia *Glos penul. in C. Aduocati C. de Aduoc. diuer. iudic.* quatenus probat patrimoniũ esse alteram vitam hominibus quam sequitur *Tiraq. in l. si vnquam verb. facultatum nu. 1. in fin. & de nobilit. cap. 31. num. 364. Couar. in 4. 2. parte cap. 3. § 4. nu. 18. Gigas consil. 32. nu. 36.* Immo pecunia dicitur substãcia hominis ex Hesio
10 di carmine, pecunia est substãtia miseris mortalib. & tradit *Lud. Celius li. 4. antiq. lectioni cap. 2. Baeca de inope debit c 2. nu 31. Roizius decis 3. lituani ex num. 315. vol. 1. Commun. opin. pag. 390. verbo pecunia* vbi etiam dicitur, quod Iudices facilè corrumpit, & quod quemadmodum amor omnia vincit id facilius possit pecunia iusta illud *Virgil.* Non amor amplius, hic sed ego ipsa pecunia vincam, & *Cicer.* refert in orat. in Verrem, illud pessimum virum solitum fuis-
11 se dicere nihil, tam sanctum quod non violari, nihil tam munitum quod non expugnari pecunia possit quod gentiliter intelligo cui concinit illud. *Ouid.* munera (crede mihi) placant hominesque deosque, placatur donis Iuppiter ipsæ datis. & illud *Virgil.* quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames; Ideoq; Philippus Macedon. Magni Alexandri Genitor dicebat omnia expugnari, Castella in quibus onustus auro asellus posset ascendere diuitiarum siquidem cupido, & amor multorum animos adeo, vehementer secũ trahit, vt pro illorum tutela homines nullum pretermittãt laborem nihilque intentatum relinquant etiam si pro illarũ conseruatione oporteat periculo se exponere mortis, vt tradit *Petr. de Aragon. 22 qu. 11. art. 3. pag. 345. vers. diuitiarum, & aurum rumpit foras adamantinas Alex. Stiaticus in pract. iudic. cap. 24. nu.*
12 22. Et pecunia dicitur etiam secundus sanguis, *Menochius de arbitr. cas. 110. num. 6. Tiraquel in dicto cap. 31. num. 365. Gerar. singul. 73. num. 5. Matien. in dialog. relat. 3. par. ca. 30. num. 3.* dicitur etiam belli neruus ex *Coras. lib. 2. miscel. cap. 23. nu. 9.* est etiam opti-
13 mus fideiussor future necessitatis, ex *Neuizan. in syl. nuptia. lib. 2. nu. 96. in principio.* & homines paupertate vilescunt ex *Simanc. Cabe. instit. cap. 45. num. 29. Tiraquel. de nobilit. cap. 25.* & vt dicit *Iuuenal.* nihil habet in fælix paupertas durius, in se, quã quod ridiculos homines facit, quod refert *Porc. in § primo Instit.*

qui

quibus ex casus manumit. non licet. num. 3. in fin. & pauperes sæpius à cunctis despiciũtur, & male audiuntur *ex Roland. consil. 49. volum. secundo num. 1. cap. pauper. 12. quæst.*
14 *tertia*, Et diuites præferuntur cæteris, vt tradit *Chassan. catalog. glor. Mund. 11. par. consid. 27.* ratio autem desumitur quia maximopere venerantur homines in hoc sæculo pro tẽporali potentia & diuitijs, quas possident ita quod ru-
15 stici per diuitias nobilitantur, ex Selua de beneficit. 3. par. quæst. 7. num. 6. In principio, nec mirum cum satis sit mobilis, qui est diues vt ex *Bald. refert Felin. in cap super eo, el 2. de testibus num. 5. Simanc. de primog. lib. 1. cap. 27. ad fin. Riminal. in rubr. de constitut n. 37. & optimè Baec. de inope deb. cap. 6. num. 45. versic. sunt qui dicant.* Vnde iuxte quidem secundum *Gabellinum Milleloq. 676.* fit ista prouisi pauperi quia dicit *text. in cap pauper 11. quæst. 3.* dum non habet quid offerat in
16 iudicio, non solum audiri cõtemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur.

QVAESTIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Pauper quis dicatur arbitrio iudicis remittitur.*
2 *Ex quibus iudex arbitratur de paupertate, & nu. 4.*
3 *Nobilis non tenetur vilia exercere.*
5 *Qualiter probetur paupertas, & nu. 10. 11. & 12.*
6 *Testis qui non habet in bonis, quantum causa valet, non est idoneus.*
7 *Quando sit adhibenda fides magis testibus diuitibus, quã pauperi.*
8 *Paupertas potius præsumitur quam diuitiæ.*
9 *Paupertas vel diuitiæ quando sunt fundamenta agentium tenentur fundantes seineis probare tamquam causa eorum intentionis.*

ARGVMENTVM.

Pauper quis dicatur, & paupertas quomodo probetur ad effectum electionis fori.

QVia retuli supra pauperẽ gaudere fori electione, ideò volui hic reponere quis dicatur pauper, & paupertas quomodo probetur.

1 Pauper itaque quis dicatur relinquitur arbitrio iudicis qui iuxta

iuxta personarũ qualitatem iudicet diuitem & pauperem vt censuit *Bart. in l. si costante nu.* 14. *ff. solut. matrim.* vbi etiam *Ias. nu.* 44. *& Alex. n.* 13. *Glos. in auth. præterea in verbo locuples C. vnde vir & vxor. Barbat. in c. sedis nu.* 78. *de rescript. Couarr. alios huius opinionis referens in lib.* 2. *var resol c.* 6. *nu.* 8. *Soccin. in cons.* 30. qui dicit opinionem prædictã esse communiter approbatam & est magis communis opinio secundum *Crot. in d. l. si constante col.* 4. *nu.* 14. *plenè Menoch. de arbri. iud. casu* 65. *Viuius opin.* 61.

2 Iudex tamen abitrabitur de paupertate maximè ex duob. secundum *Bart. in d. l. si costãte* ex qualitate personarum & factorum, personarum nam rusticus & vilis reputabitur diues cum paucioribus facultatibus quam nobilis allegat. quod habetur *in l. nepos Proculo ff. de verb. signif. & in l. cum condemnat ff de reg. iur. & per Glos. in l sed & si suscepteris ff. de iud. voluit Soccin. in d. cons.* 30 *& Angel. in l si vero §. qui pro rei qualit ff. qui satis d. cogãtur Deci. cons.* 163. *col.* 4. *vers. secundo principaliter Tiraq. in lib. de nobil. cap.* 20. *nu.* 150. Facit quod pulchrè scribit *Bal. in l. si quis ad declinandam col.* 2. *per text. ibi C. de epis. & cler.* quod Episc. habẽs aliquid erogare inter pauperes poterit in nobilem erogare qui duo quod non sit mẽdicans tamen secundum conditionem suæ nobilitatis commodè viuere non potest vel si habeat plures filias ad maritandum quem refert & sequitur *Crot. in d. l. costante nu.* 17. *Tiraquel. vbi supra nu.* 148. vbi plura videbis in fauorem nobilium. Suadetur etiam ratione nam nobilis maioribus indiget diuitijs quam Rusticus seu vilis facit *Glos. in l seruis ff. de leg.* 3. quod Rustici non sunt alendi delicatis cibis sed cæpis & caseo & *glos. in l.* 1. *§. idem labeo ff. manda.* quod Rusticus nõ debet ire equester sed pedester cõprob. *à Bellap. Cyn. & Bal. in auth. ad hæc C. de vsur.* quod Rustici non solent vinum sed aquam bibere sequitur eos *Tiraquel. d. tract. num.* 140. Quod est notandum pro taxatione expensarum ratione itineris faciẽda quando rusticus adducitur in testem. Item rustica seu vilis tenetur lactare filium secus tamen est in nobili *Azo in summ. C. de patr. Poteu. in fi.* quæ ad hoc retulit *Bald. in l. alimenta C.*
3 *de neg. gestis Crot. loco cit.* dicens nobilem non teneri vilia exercere. Et propterea dicebat *Bart. in l.* 1. *C. de mẽdi. val. lib.* 11. quod patet non tenetur alimenta præstare filio sibi

sibi victum quærere valenti *l. si quis à liberis §. sed si filius ff de lib. agnos.* Tamen fallit quãdo pater esset nobilis nam non poterit dicere filio vade ad lignonizãdum & colendum agrum siue Artem cum sit dedecus filio autem illam exercere *Panorm. in c. 2. col 2. de conuers. in fide Lup. in rep. cap. per vestras §. nota. §. 23. nu. 6. Couar. de sponsal. 2. par. c. 8 §. 6. num. 9. lib. 6. tit. 19. par.* 4. ita etiam dicas quod alio modo ex qualitate personæ iudex de paupertate arbitrari debet vt si degit in hospitali tunc enim dicitur in eximia paupertate *Bald. per tex. ibi in d. l. si quis ad declinandam.* Idem si vadit ostiatim mendicando doct. in c. Odoardus de solut. nec tolleraretur ita mendicans si haberet vnde possit de suo viuere sed à ciuitate expelli debet *l. vni. C. de mend. valid. lib.* 11.

4 Ex qualitate vero factorum iudex arbitrabitur quem pauperem vt si oneri iniunctus nõ potest deseruire, sed pro alimentis est necessarium sibi victum quærere *l. paupertas iuncta Glos. ff. de excus. tut.* Item colligitur ex eo quia cessit bo-

5 nis *cap. Odoardus de solut. & ibi Innoc.* Item probari poterit paupertas vltra dictos modos nempe per discussionem, nuntiorum, qui referant tot esse in bonis & tot esse in debitis. per librum etiam estimi; *Crot in repet l. si constante col. 2. num. 7. ff solut. matrim. Est Glos. insignis in l. cum de lege ff. de probat. Bart. in d. l. si constante nu. 7 singul secundum Ias in § item si quis in fraudē num. 70. Instit. de Act. Afflict. in decis. 377. n. 2. Ias. in l. decem nu. 34 ff. de verb. oblig.* Et est opinio illius Glos. in pract. & communiter approbata secũdum *Alciat tract. de præsump. regul. 3 præsumpt. 20. Glos. simi. in l. 1. §. cum dicitur verbo probent. ff. si cui plus quam per l. falci.* Et est opinio comm. secundum *Curt. sen. cons. 27. col. 7. num. 17. versic. sed contra præmiss.* Est notanda *Glos in*

6 *auth. de hered. & falc. §. hinc nobis verbo substantiam col.* 1. quæ dicit quod testis qui non habet in bonis quantum causa valet super qua deponit, non est idoneus, & sic propter paupertatem eius fidei detrahitur quam ibi sequitur *Bart. & Angel. cons.* 15. *col.* 1. *num.* 3. *lib.* 3. dicit prædictam gloss. notabilem esse *Rom. in l. si costante in princip ff solut. matri. Hippollit. in l. 1. §. ad quæstionem num. 16 ff de quæst. Socin. in tract. regul. cum fallentijs regul. 289. Fallen. 3.* Et plerique alij eam extollunt in varijs locis: secundum *Couarr. lib. 2. var. resol. cap. 6. num. 8.* Sed est falsa eius opinio secundum

Ias.

Iaſ.in authen. Præterea col.penult.C.vnde vir & vxor.& in l.ſi coſtante ſupra alleg n.152. in l.2.ff qui ſatiſd cog. Dec.cõſ. 163.col. 4. Et eſt magis communis opinio contra prædictã Gloſſ. ſecundum *Crott.in d. l. ſi coſtante.1.lect.num.19.& in 2.lectur.num.25.* reputat eam falſam vbi tamen dicit illam eſſe communiter approbatam

7 ſed aduerte pro concordia: nã gloſ.illa eſt vera ſi recte intelligatur: quia loquitur, quando in cauſa concurrunt teſtes pauperes cum alijs diuitibus tunc enim maior fides eſt adhibenda diuitibus quam pauperibus:quia hoc caſu aliqualiter paupertas debilitat fidem ipſorum teſtium vt ait *Gloſ.in l.3.in princip. ff. de teſtib. Aret.conſ.13.col.7. nu.16. verſ.* Ad ſecundum de paupertate qui in hoc caſu intelligit prædictã legem.3. ff.de teſtib. Sed vbi non eſſet talis concurſus, credendum eſt teſti pauperi, ſi eſſet legalis perſona, & honeſta & hoc arbitrabitur iudex. & ſic gloſ. prædicta eſt declaranda ſecundum *Fabian.in rep. auth. præterea num.79.& num.80.C. vnde vir vxor.ſequitur Crot. in dicta l. ſi coſtante num. 54.in 2. lect.*

8 Aduertendum tamẽ eſt,quod licet in dubio potius pręſumitur paupertas, quam diuitiæ, cum illa ſit naturalis, hæ autẽ Aduentitiæ, iuxta relata per *Ludouic.in deciſ.Peruſ.33.nu.* 20 *latè Benincas. de priuileg. paupert.quæſt.3.* Nihilominus eam allegans in iudicio tenetur ipſam probare vt optimè habetur per *Iaſ. in l.ſi verò §. qui pro Rei ff.qui ſatiſd.cogãt. Lancel. ſuper conſuetud. Alexand.in gloſ.ſolidos quæſt.6.*

9 *n.83.*enim paupertas,vel diuitiæ vbicumque ſunt intentionis agentis teneretur eas agẽs probare & ſic fudãs ſe in paupertate ipſa ſeu diuitijs, obnoxius eſt vt illas verificare ſecundum Gloſ. & omnes ſeribentes comuniter *in l. ſi vero §.quod pro rei ff.qui ſatiſd.cogan. Alber. nu.* 8. *& florianus col.2,in l.ei incumbit ff. de probat.Gloſ. in ver. quæro in c. in præſentia de probat.& ibi Bal. & in c. fin. de præſumpt. Bar. Alberic.& Iaſ. in d. §. qui pro rei & Francus in c. ſemel malus, circa medium de repub. iur. lib. 6. Bal.in conſ.* 404. non eſt nouum colum. 2. vol. 2.*Caſtr.Socin.& Alberi.in l.ſi creditores ff.de priuileg. credit. Decius conſ.* 120. *& pro tenui facultate ſub n.3.& Afflict.de ciſ* 377. *Princeps conceſſit col. fin.& ibi in add. Vrſillus* cum alijs à gregatis per eum nu. 1. cum alijs. ſeq. & iſta eſt communis & indubitata opinio atteſtate *Alciat.in tra.de præſumpt.*

ſump. in Reg. 2. præſum. 27. ſub nu. 4. Et Beninecas. in tract. de paupertate q. 6. num. 2.

10 Et paupertas ipſa ſufficienter probatur per duos teſtes ad effectum; vt referuentur expenſe inferiè litis: ſecundũ ordinem in decif. *Rota Rom.* 271. & ita in proprijs terminis quod paupertas poſſit probari per duos teſtes conſuluit *Alex. conſ.* 37. *conſultus vol.* 7.

11 Quæ quidem deciſio Rotæ de plano, & abſque ſcrupulo aliquo ꝓcederet iudicio meo, vbicumque paupertas probaretur ꝑ teſtes veriſimiliter de ea informatos. Vnde tunc ipſi duo teſtes deberent ſuper præſenti re instructi recipi & admitti, & ſic hoc caſu paupertas tuteli denterque probaretur peruicinos ita. *Ang. auth. in* §. *hinc nobis in* 1. *colum. in authen. de hæred. & falcid. & Alex. in l.* 1. *col.* 9. *ff. ſi cert. pet. in l ſi conſtãte ff. ſol. matrimo.*

12 Sed quotieſcumque paupertas requiret probari per teſtes de Viſu, tunc mihi ſuaderem verificari probarique eam facile poſſe per famam publicã iuxta ſententiam *Gl. ſ. in l.* 2. *C. quando Fiſcb. vel priu. & Bald in Auth. quod locum col. in C de collat. licet Nicol. de Neapol.* contrarium affirmet in *l. paupertas ff. de excuſa. tutor. Vnde Bar. in cit l. ſi conſtante* tutius ſuper hoc procedendo in 2. quæſt. conſtanter concludit, quod vbicumque ageretur de modico præiudicio, tunc paupertatem ipſam probari poſſe per famam publicam, at ſecus quoties de magno præiudicio, quia in tali caſu hoc reſideret in arbitrio iudicis vt etiam ſequuntur *Dec. in conſ.* 120. *ſub num.* 3. *Imol. Iaſ.* qui teſtatur de cõmuni *Alex. & alij omnes in d. l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim.*

QVAESTIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Senex poteſt eligere forum tamquam miſerabilis perſona quod limita vt n.* 4.

2 *Senex equiparatur infirmo.*

3 *Epiſcopus ſenex poteſt coadiutorem ſibi aſſumere, vt etiam quando eſt egrotas.*

ARGVMENTVM.

An ſenex habeat electionem fori.

1 Regula ſit affirmatiua, & ſic quod ſenex habet fori electionem, tamquam miſerabilis perſona, vt tradunt *Afflict. in deciſ* 25. *n.* 1. *Rebuff. in conſtitut. Gallia in ti de ſententijs prouiſionalibus gloſ. fini verſic. ſenex Roland. conſ.* 76 *num.*

num.44.lib.1.Menoch.de Arbitr.iudic.lib.2.casu 66.nu.26. benè Franc. in decis. 608. vbi dicit senes connumerari inter miserabiles personas de quib. *in l.vnica C. quando Imperat. inter pupil. & vid. & in cap. significãtibus de officio delegat.* vbi etiam hoc dicit *Innocent. col.2.per text.in ca.1.87.distin.* & tradunt etiam ibidem *Ioan. Andr. in col.1. & Butr. col.3. versic.quaro qua sint per text. in cap.liberti 87.distin. Azo in summa C.quando Imperat. inter pupil. & vid.* vbi inter personas miserabiles enumerat senes, idem tenet *Isernia in constitut. Regni statuitus col.3.versic. qua sint allegat. text. in l. ciuitatibus in principio ff. de legat.* & merito quia senes inter infirmos reponuntur vt in *cap. Magna de voto vbi Abb.* docuit statutum loquens
2 de infirmis in senibus locum habere, & huc facit *text. in cap.1.§.sin autem Episcop. de clerico agrotante in 6.* quo sta-
3 tutum est ita licere Episcopo Senio confecto coadiutorem sibi assumere, quemadmodum, & egroto, vt in facto responsum fuit ab *Anchar. in cons.* 279. & apertius *à Parisio in cons.19.n.68.lib.2.* senem infirmo equiperari idem scripsit *Neuizant.lib.2.silua nuntial. num.4.* hinc sic pariter permissum est senio confecta posse ad æternam memoriam testes examinari, quemadmodum possunt valetudinarij, & morbo laborantes *cap. quoniam frequenter. §. 1. vt lit contestata Alciat. de præsumpt. Regul.1.presumpt.vltima nu.* 2.in terminis nostris *Perez in l Regni castel. lib.1.tit.3. versic.Item senio confect.*

4 Limita firmatam conclusionem non procedere vbi senex esset sagax, & sapiens, nam in tali eam non esse concedendã fori electionẽ tradunt *Franc. in d.decis.* 608. *& Thor.in suo Compendio decis.in verbo seni.*

QVAESTIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Senex quis dicitur vbi quinquagesimam annum perfecerit sed vide n. 2. & 3.*
4 *Ad excusationem tutelæ quis dicitur senex qui agit annũ septuagesimum.*
5 *Senex quis dicitur vt exceptus sit ab oneribus personalibus in quinquagesimo quinto anno.*

ARGVMENTVM.

Senex quis dicatur ad effectum habendi electionem fori.

DOctores variant circa hunc articulum, nam aliqui sunt inopi-

in opinione, quod tunc quis dicatur senex vbi annum quin-
1 quagesimum perfectè attigit vsque ad setuagesimum quam sententiam omnium primus probauit *glossator in proœm. sexti in verbo perfectus vbi Io. Andr. & glos. in cap. 1. de celebra missa glos. in l. non aliter §. vlt. ff. de leg.* 3. *idem censuit Gramm. decis.* 34. *num.* 4. *Corasius in l. pracibus num.* 29. *C. de impub. Io. de Anan. in rub.* de delictis puerorũ col 1. Afflictus in commentarijs ad constitutiones Regna *li.* 2. *rub.* 37. *in fi. adducantur ex d. l. non aliter. §. vlt. de leg.* 3. quo loco non diffinitur qua ætate inter iuuenes, & inter senes quis enumeretur adferri posse videtur *l.* 2. *§. vlt. ff. de cur. l.* 3. *C. eo. & l. vlt. C. qui atate se excus. lib.* 10. quibus probatur excedentes quinquagesimũ quintum annum vt senes & maiores à muneribus personalibus excusari verum illud in eo casu solum est statutum non generatim in omnibus. Hinc videmus alia esse onera à quibus solum septuaginarij escusantur vt in tutela vt infra dicam adfertur & text. cap. 1 de renunt. verum ibi non diffinitur qua ætate is possit dici senex qui ad Ecclesiam regendam se impotentem allegat. vt nec declaratur *in cap. nisi §. alia de renuntiat.*

2 Secunda fuit opinio vt retulit *Abbas cap. quoniam frequenter num.* 18. *vt lite non contestata versic.* Ego puto senem dici septuagenarium, nec ab hac ætate infra inquit ille nihil iudicis arbitrio relinquitur cum satis certum fit hunc esse senem ex quo in iure passim à muneribus is excusatur *l.* 3. *ff. de iure immu. §. item maior. inst. de excusat. tutor.* verum non concludit quia vidimus etiam illum excusari qui quinquagesimum quintum excedit *d. l.* 2. *§. vlt ff. de decurio.*

3 Alia fuit opinio quod senex quis dicatur hoc esse remittẽdum arbitrio iudicis vt nouissimè tradit *D. Ricc. in decis.* 234. *n.* 3. *parte* 2. *post Barbatiã in col.* 21. *Io. And. in cap. quoniam frequenter vt lite non cõtestata Bald in sua Margarita in verbo senex Florianus in l. Aquilea ff. ad legem Aquiliã Felin. in dicto cap. quoniam frequenter vbi etiam Soc. sen. colum.* 3. *ver.* 2. *declaratur*, & huius opinionis sententia videtur mihi melior in his casibus in quibus nulla clara iuris constitutio extat, vbi enim est ita constitutum illud ser-
4 uamus nam ad escusationem tutele & cur. is senex dicitur qui annum agit septuagesimũ *l.* 3. *de iure immun. §. item maior instit. de excusatione tuto-*
5 sic senex is dicitur qui annum agit

agit quinquagesimum quintũ vt à personali munere eximatur *l fin.C.qui ætate lib.*10.vbi ergo diffinitum non est qua ætate quis senex dicatur iudicis arbitrio relinquitur, & ita erit interpretanda dispositio text. in *C quoniam frequenter vt lite. non contestata ca. nisi §. alia de renuntiatione l. inuiti ff de testibus l non aliter §. §.*1 *ff.de legat.*3.

QVAESTIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas gaudet beneficio electionis fori & nu.* 5.

2 *Vniuersitas comprehendit pupillos viduas & alias miserabiles personas.*

3 *Vniuersitas habet primum & secundum beneficium.*

4 *Equi per atorum eadem est dispositio.*

ARGVMENTVM.

An vniuersitas habeat fori electionem.

1 Regula sit affirmatiua [vt scilicet quod vniuersitas gaudet beneficio electionis fori vt tradunt *Alex. in conf.* 122.*in fine Menoch de Arbit. Iudic.casu* 66.*lib.*2.*in addit.n.* 29.*Vrsillus in addit ad Afflict. in decis.* 257.*num.* 2. vbi dicit

2 hoc euenire, quia ipsa Vniuersitas comprehẽdit pupillas viduas, & ceteras personas miserabiles *l.veluti*, & quod ibi perscribentes *ff de iustitia, & iure* tradit hoc etiam *Carauita in Ritu* 233.*num.* 3.vbi etiã hoc probat per textum quem dicit notabilem in *l. Rem publicam C.de iure Reipublicæ lib.*11.*iunctis Glos.Bar.& Luc. de pen.* vbi vniuersitates pupillis equiperantur, vt plene etiam habetur per *DD. in l. Ciuitas ff si certum putatur, & late per Cyn. Bal. Salic. & alias in l Respublica C.ex quibus cauf. maior.* quid sicut pupillus est in manu tutoris, ita

3 vniuersitas in manu Rectoris, & ideo qualibet vniuersitas restituitur non minus quam pupillus vt ibi & pariter iudicatur de vtroque, & ideo habet primum, & secundum beneficium sicuti aliæ personæ priuilegiatæ iuxta doctrinam *Gramat.in conf. Ciuil.*77.*n.*7.

4 vnde ratione equiperationis dispositum in vno debet habere locum in alio ergo sicut pupillus gaudet fori electione vulgatis iuribus, ita & pariter vniuersitas pro vt in proprijs terminis sequntur, *Cala de modo articulandi in princip. num.* 99. *Carauita vbi supra*, sic decisum referens per Regiam Audientiam principatus Citra, & Basilicatæ, & per

per Magnam Curiam Vicariæ decretum confirmatum, & sic decisum per signaturam Romę refert *Farinac. in deci. 862. sub n. 1.* & sequitur *Thorus nouissimè in compendio decis. in verbo vniuersitas, & habetur per Trentacin. variarum resolut lib. 2 Resolut. 4. nu. 35. de estationibus.*

QVAESTIO XXI.

SVMMARIVM.

1. *Vniuersitas verè, & propriè nil aliud est quam ipsi met homines vniuersitatis collectiue sumpti.*
2. *Homines separatim, & singuli non faciunt vniuersitatem & populum.*
3. *Vniuersitas dicitur, quedam persona ficta, quæ constat ex singularibus personis.*

ARGVMENTVM.

Vniuersitas quæ dicatur ad effectum habendi electionem fori.

QVoniam diximus supra vniuersitatem habere fori electionem merito hic subnectere volui quę dicatur vniuersitas vt valeat gaudere hoc beneficio electionis fori.

1 Vniuersitas igitur nil aliud est quam ipsimet homines vniuersitatis vt scriptum reliquit *Glos. in l. sicut §. 1. in verbo non debetur in fine ff. quod cuiusque Vniuers. nomine, & in l 1 ff. de Colleg. illicit. Bal. in l. 7 §. 1. ff quod cuiusque vniuersit. nom.* nam totum non differt realiter à suis partibus vere enim propriè, & realiter vniuersitas nil aliud est quam homines vniuersitatis. *Bar. in l. aut facta §. non nunquam n. 3 ff. de penis Boer. in tractatu de Seditiosis cap fin. nu. 14. & 22.* nisi enim essent homines non esset vniuersitas: idem dicit *Bal. in l 5. num. 11. C. de exequt. Rei iudic.* vbi scribit,
2 vniuersitatem nil aliud esse, nisi homines ipsius vniuersitatis collectiue sumptos, nam homines singuli & separati non faciunt vniuersitatem, & populum, & ideo vniuersitas propriè non dicitur homines sed hominum collectio in vnum corpus misticum, & abstractiue sumptum cuius significatio est inuenta per intellectum *Cacber. in decis. 17 nu. 14.* vnde *Castrens. in l. 7 n. 1. ff quod cuiusque*

D

iusque Vniuers. nomin. scribit
3 Vniuersitatem esse quamdam personam fictam quæ constat ex pluribus singularibus personis, & *in l. 2. num. 2. ff. eod.* scribit singulos homines de vniuersitate esse quasi membra facientia vnum totum, quod dicitur vniuersitas vt etiam tradit *Misinger. obseruat. 78. cent. 4. num. 78. & 9.* vbi vere, ea proprie loquendo vniuersitas nil aliud est quã singuli homines de vniuersitate qui in corpus vnum collecti illam vniuersitatem faciunt, vt habetur etiã per *Gail. de pac. public. cap. 9. num. 11. & 12. & 14*

QVAESTIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Peregrini habent fori electionem.*
2 *Causa peregrinorum sunt summaria.*
3 *Peregrinus quis dicatur.*

ARGVMENTVM.

An peregrini gaudeant beneficio electionis fori.

1 REgula sit affirmatiua, & sic quod peregrini gaudent priuilegio electionis fori tanquam miserabiles personę, vt habetur per *Butr in cap. significantibus de Officio delegat. Bellug in Specul. princip. Rubric. 23. num. 10. Soccin. sen. in cap. cum sit generale de foro competent. num 25. Rebuff in constitut. Galliæ in tit. de sententijs prouisional. Glos. fin. col. 2. versic. Item peregrini, & col. 3. versic. 13.* vbi cruce signatos, peregrinos & aduenas non differre sentit, sequuntur etiam *Tesaur. in decis. 177. Gaballin. Milleloq. 697. Foller. in Constitut Regni lege presenti num. 4. de iustitia, & iure Marta de iurisdict. parte 2. cap 21. num. 5.* vnde Deus consueuit peregrinos commendare, vt notatur in Deuter. c. 23. Facit Deus iudicium pupillo, & viduæ, & amat peregrinos, & eis dat victum, atque victum, & confert *tex. in Auth. omnes Peregrini C. commun. de success.* quem ad hoc propositum allegat. *Menoch. de Arbitr. Iudic. casu 66 num. 21. lib. 2. Franc. in decis. 234. num. 4. Carauit. in Ritu 233.* hinc
2 enim causæ peregrinorum sunt summariæ, ac sine scriptis de more geruntur, qui mos est seruandus teste *Isern. in*

in constitut. Regni in probem. colun. 11. propè principium, quem citat, & sequitur *Rouit. in pragmatica* 1. *de Officio Bauli*, quibus addo *Gaballin. Millelo.* 697. *versic.* 3. *in fine.*

3 Peregrinus autem dicitur aliundè hospes, quia ignoramus eius partes indè peregrinari *Luc. de penn. in l. cum simus col.* 5. *C. de agricol. et cens. lib.* 11. *probatur in titulo de cleric. peregrin. extra.*

QVAESTIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus habet electionem fori.*

2 *Furiosus nescit quidquid agit.*

3 *Infans non potest contrahere matrimonium.*

4 *Furiosus potitur omnibus priuilegijs Minorum, & pupillorum.*

5 *Habens dilucida interualla non gaudet fori electione.*

6 *Furiosius non potest presentare.*

7 *Habens dilucida interuallo possunt prasentare.*

8 *Furiosus non potest donare, licet habens dilucida interualla sit.*

ARGVMENTVM.

An Furiosus babeat fori electionem.

1 Regula fit affirmatiua; vt scilicet quod Furiosus gaudet beneficio electionis fori tanquam miserabilis persona vt tradiderũt *Calà de modo articulandi, & probandi num.* 193. *Innocent. in cap. significantibus de Officio Delegat.* quem citat *Marchesan. de commission. in titul. de Aduocat. causar. parte* 2. *§.* 2. *num.* 51. Nouissime scribit vera lucerna Iuris D. *Riccius in collectanea decisionum, collectanea* 300. Furiosus enim

2 dicitur miserabilis persona, quia caret mente, nescit quid agit *l. in negotijs ff. de Regul. Iur. l. si quis alicui ff. de acquirend. baredit. latè Ludouic. in decis. Perus.* 1. *num.* 12. Hine si offendunt clericum, vel aliam personam Ecclesiasticam non incurrunt canonem *Clementin. Furiosus de homicid. Aluar. in Specul iur. Pontific. cap.* 35. *casu* 10. *Sayr. in Tesaur. Canon. conscientia lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 2. asserens istam esse communem opinionem & excusantur etiam à pœna temporali, *latè Tira-*

quel. de pœnis temperand. causa 2. Menoch. de Arbitr. Iudic. casu 325. Baiard. ad Clar. in sua Practica Crimin. quæstion. 69. num. 29. cum sequent. quid enim sunt furiosi nisi in-
3 fantes *l. infans ff. ad l. Cornel. de Sicar.* hinc enim sicut infans non potest contrahere matrimonium, ita & furiosus *cap. dilectus de sponsal. cap. neque furiosus 13. quæst. 77. Tesaur. in decis. 130. Maceratens. in Resoluta 43. Seraphin.* Qui sic testatur in Rota decisum *in decis.* 228. nouissime Dominus *Riccius in decis. Curia Archiepisc. Neapol. 1. parte* 2. quare eo modo, quo
4 infans electionem fori habet, ita pariter, & furiosus, qui potitur omnibus, & eisdem priuilegijs, quibus minores, & pupilli potiuntur *secundum Glos. in l. 2. versic. ad agnatum C. de Curator. furiosi refert,* & sequitur *Alex. cum Bar. in l. Iulianus §. Adeò in litera C. ff. quibus ex caus. in possess. eat.*
5 Limita firmatam conclusionem in eo qui habet dilucida interualla, nam non gaudet fori electione, quia non habentur vt furiosi vnde licet furiosi non possit præsentare in iure patronatus, tamen tales possunt presentare *Lambert. de iure patronat. lib. 1. parte 1. in 5. quæst. in princip. Artic. 4. sub num. 2.* & latius *in articul. 17. Cittadin. in eodem tractatu in 7. parte quæst. 14. num. 1. Peregrin. in decis. 100. num. 7.* & hinc licet fu-
6 riosus non possit dotare, tamen quando habet dilucida interualla poterit hoc facere *l. furiosum C. qui testamenta facer. poss. l. cum alijs cap. de curator. furios. Mantic. in decis. Rot. Rom. 60. num. 2.*

QVAESTIO XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Qui furiosus non fuit, neque hodie præsumitur*
2 *Præsumptio sanæ mentis, est præsumptio ipsius naturæ.*
3 *Furiosum aliquem esse dicens, probare tenetur.*
4 *Magis creditur testibus affirmantibus quem esse sanæ mentis, quam negantibus.*
5 *Signa ostendunt signatum, sicuti stigmata ostendunt militem &c.*
6 *Signa furoris quæ sint, vide num. 7. 8. & 9. & 10.*



AR-

ARGVMENTVM.

Furiosus an quis præsumatur, & quo modo probetur furor ad effectum habendi electionem fori.

QVæ ad finem præcedentis quæstionis scripsi, efficiũt, vt hoc loco explicem an & quando quis furiosus præsumatur, & qualiter veniat probandus furor ad effectum de quo supra.

1 Quare sciendum, quòd quotiescumque constat eum, de quo quæritur furiosum antea non fuisse, neque hodiè esse præsumendum furiosum, sed sanæ mentis habetur per *Paris. in cons.* 88. *num.* 8. *lib.* 3. *Ruin. in cons.* 67. *lib.* 1. *Socin. sen. in cons.* 42. *lib.* 1. *Deci. in l. furiosum n.* 19. *C. qui testam. facer poss post Glos. in cap. fin. in verbo compotem de succes. ab in test. Bar. in l. filium ff de acquirend. hared. Bal. in l. quidam notab.* 2. *ff de cõdit. Instit. Zabarel in clement pen. qu.* 2.
2 *de homicid.* enim præsumptio sanæ mentis propriæ ipsius naturæ præsumptio est, vt scilicet sensus, & ratio naturalis in quolibet homine præsumatur vt per *Bal. in l.* 1. *C. de curator. furios Castrens. in l. nec Codicillos C de Codicil.* vbi e-
3 tiam *Bar. & Bald. Imol. in l.* *in illa num.* 7. *de verb. obligat.* vnde qui furiosum aliquem esse dixerit id ei onus probandi incumbit *Specul. in tit. de probat. §.* 1. *num.* 19. *Bal. in cõs.* 347. *num.* 3. *vol.* 3 *Fulgos. Bar. & Castrens. in d. l. nec Codicil. Ruin. cons.* 67. per motus *ex l. ei qui in princip. ff. de probat.* quod & probat cons. 58. *in cap. cum dilectus §. l. nos causam vbi glos. super verbo compotem de succes. ab in test. Soccin. sen. in cons.* 61. *post num.* 13. vbi optimè probat eos qui super furore suæ intentionis fundamenta iaceant eundem furorẽ
4 probare debere *Boer. in. decis.* 23. *num.* 63. *vbi nu.* 9. hinc dicit esse vt magis credatur testibus attestantibus aliquam esse sanæ, quam insanæ mentis, cum attestationes illæ cõueniant, & naturæ, & ipsi iuri communi vt etiam voluerunt *Decian. cons.* 127. *nu.* 35. *lib.* 3. *Corn. cons.* 219. *col. pen. lib.* 1. *Soccin. Iun. cons.* 133. *nu.* 15. *lib.* 1.
5 Verum quia furor probatur ex signis nam signa ostendunt signatum sicut stigmata ostẽdunt militem, habitus clericum, stola sacerdotem purpura Regem, Toga Aduocatum, Luculla monacus, & Marca mercatorem vt ait *Bal. in cap. causam num.* 2. *ex. de probat. vbi etiam Felin. in quarto notab. & Dec. num.* 4. *notab.* 3.

col. 1. vnde merito refert D. *Riccius in decis.* 1. *parte* 2. decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana personam esse exhibendam ad finem percipiendi si signa furoris ostenderet ad effectum separationis Thori ideo hic reponere volui aliqua signa, quibus probatur quem esse furore agitatum.

6 Primum est signum furoris quando quis proijcit lapides per viam is enim furiosus demensque præsumitur ita scribunt *Glos. in d. l. si cum dotem § si maritus ff. soluto matrim. & ibidem Bald. & Ang. Ias. in d. l. furiosum num.* 4. *& ibidem Decius num.* 19. *idem cons.* 448. *num.* 33. *Gramm in cons.* 16. *n.* 11. *in crim. Rui. in consi.* 67. *n.* 8. *li.* 1. *Paris. in consi.* 87. *num.* 5. *lib.* 3. qui ambo de eadem facti specie responderunt idem *Paris. consi.* 88. *num.* 68 *lib.* 3. *Decian. in consi.* 127. *num.* 30. *lib.* 3. *Mascard. in tract. de probatio. concl.* 826. *n.* 32. *Grauetta in cons.* 591. *n.* 7. *lib* 3. *Rota in d. decis.* 107. *nu.* 5. *in* 1. *par. & Raudensis in commentarijs de Analogis cap.* 30. *num* 143. qui post relatos intelligunt quando sine causa lapides illos proijciebat cum interdum contingat sanos mente proijcere vt quando quis cum alio contēdit & se suaq; defendere conatur: & ideo testes cauti esse debent cum de hoc signo, & coniectura attestantur vt scilicet dicant quod proijciebat lapides per viam more hominis insani, & quod sanus mente id non fecisset & similis est coniectura quando quis via lutosa incedit cum bona possit incedere, vt respondit *Menoc. in consil* 82. *n.* 228. *lib.* 1.

7 Secundum est signum cum quis per vicos more insanorū loquitur vel vadit deridendo. *l. absq; vitio ff. de ędelitio edicto Ang. in l. si cum dotem ff. soluto matrimonio Dec. & Ias. in leg. furiosū C. qui test. facere possint Rota. in dicta decis.* 107. *num.* 5. *Signorol. in consil.* 155. *num.* 4.

8 Tertium est signum cum quis loquitur verba inordinata fatua, & similia quæ ab homine sanę mentis loqui non solent is enim demens vel furiosus præsumitur *cap. legibus* 93. *dist.* quod fatuus fatua loquitur. *Glos. in cap. Gonsaldus* 17. *quæst.* 2. *Suarez allegat.* 1. *num.* 3. 4 *Surdus consil* 89. *num.* 24. *lib* 1. *Grauetta consil.* 591. *nu.* 6. *lib.* 3. *Menoch. consil.* 82. *num.* 230.

9 Quartum signum est quando quis habitus reputatus est pro furioso vel demente vt per *Alex. in consil.* 54. *num.* 3. *lib.* 1. *Dec in dicta l. Furiosum n.* 30. *C. qui testamentum facere possint Gram. consil. crimin.* 26. *num.* 13. *Menoch. consil.* 82. *num.*

*num.*231. *lib.*1. *Crauetta consil* 591.*li.*3.*Parif.consil.*87.*nu.* 7. *lib.*3.

10 Quintum signum est vbi is taliter habetur, & probatur à medicis & peritis, vt decidit *Rota Romana in decis.*107.*nu.* 6.7. *parte* 2. & idem respondit *Crauett.in consil.* 191. *num.*5. *lib.* 3.

Sextum est signum furoris & dementiæ quæ sumitur ex eo quod datus est ei curator tanquam dementi vel furioso *ita Angel & Salic in l. cum te.C. de probatio Alex. in cons* 92.*n.* 4.*lib.*5.*& in cons* 147. *n.* 9 *l* 7. *Corn in cons.*21 *nu.*10.*lib.*1 *& in cons.* 32.*num* 7.*lib.*2. *Deci. in d l. furiosum num.* 1. *C qui testam. facere poss. & in cons.* 86.*num* 7.*& in cons.*448.*n.*14. *&* 35. qui sic econtra arguit aliquem præsumi & censeri sanæ mentis quando ab eo actus gestus fuit confirmatus autoritate, & decreto superioris qui alioqui passus non fuisset illum aliquid agere si furiosum vel dementem cognouisset, & idem eodem in casu cũ *Decio respondit Paris. in cons.* 88.*num.*34.*lib.*3.Idem censuit *Boer in decis* 23.*num.*80.verũ coniectura hęc non sumitur à persona eius qui arguitur furiosus sed à gestis aliorum.

In materia autem si latè vis videre signa, lege *Mascar. de probationibus conclus.*826. *Mantic. de coniecturis vltimarum voluntatum lib.* 2. *tit.* 5.*Menoch. de præsumptionib. l.*6. *præsumptione* 45. qui omnes abunde de his tractant. & plurima in materia cumulãt.

QVAESTIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Prodigi habent fori electionem.*

2 *Beneficium primum, & secundũ quod conceditur priuilegiatis, conceditur prodigis.*

3 *Pupilli furiosi, & prodigi æquiperantur.*

ARGVMENTVM.

An prodigi gaudeant fori electione.

1 Regula sit affirmatiua, & sic quod prodigi habent fori electionem ex eo quod reputantur miserabiles, hinc e-
2 nim beneficium primum,& secundum,quod conceditur priuilegiatis personis conceditur prodigis vt decisum in Sacro Consilio refert *Franc.in decis.* 598 *per text in l Fulcinius §. adeo ff quibus ex caus in possess eatur*, vbi iureconsul-
3 tus loquens in iudiciis equiperat pupillos, adultos furiosos, & prodigos, & omnes

eos, qui ope curatorum iuuātur. vnde quemadmodum, sine dubio pupillis competit fori electio, eodem modo, & prodigis, & quod prodignus in iudicijs, & priuilegijs equiparetur pupillo dicit *Ioan. de Prato veter. in l. certi condictio §.quoniam ff.si certum petatur*, de quo meminit *Franc. in decis.672.* vbi agit si instrumentum possit liquidari via Ritus contra prodigum.

QVAESTIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Captus habet fori electionem.*
2 *Captus ab hostibus habet beneficium restitutionis in integrum.*
3 *Capto ab hostibus datur curator.*

ARGVMENTVM.

Captus ab hostibus an habeat fori electionem.

1 Regula sit affirmatiua, vt scilicet quod captus ab hostibus potiatur hoc priuilegio electionis fori tamquam miserabilis persona, vt tradūt *Butr.in cap.significantibus de officio delegat. Marsil. in practic. crimin §. nunc videndum num. 11. Rebuff. in constitut. Gallia in tit.de sententijs prouisionalib.gloss.fin.col.3.versic. duodecimo Menoch. de Arbit. Iudic. lib. 2. casu 66.* & quod captus ab hostibus dicatur miserabilis persona, percipitur ex mente text. in *l.ab hostibus C. ex quibus caus.maior, & in l.ab hostibus C.de captiuis, &*
2 *postlimin. reuers.* vbi capto ab hostibus, sicut cæteris personis priuilegiatis conceditur beneficium restitutionis in integrum, facit. Etiam, quod
3 quemadmodum pupillis datur tutor. ita etiam & capto ab hostibus à lege prouidetur de curatore, vt est tex. formalis *in l. cum cognatis C. de captiuis, & postlim. reuers.*

QVAESTIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Excecatus amore dicitur persona miserabilis.*
2 *Amor dicitur furor.*
3 *Mulier infamis non dicitur, quæ facit sui copiam ob nimium amorem.*
4 *Meretrix dicitur, quæ publicè quæstum meretur.*
5 *Inuocans dæmonium ad amorem mulieris prouocandum non dicitur hæreticus.*
6 *Captus amore est similis prodigo.*
7 *Capto amore datur curator.*
8 *Promissio de ducendo in vxorem*

rem facta prope copulă carnalem ab amore capto non inducit sponsalia.
9 *Amor excusat à pœna delicti.*

ARGVMENTVM.

An excecatus amore dicatur miserabilis persona ad effectū habendi fori electionem.

DVm his cartis operam dabam, magnæ spei adolescens frater meus cariſſimus Ioannes Antonius Nouarius me interrogauit ſi excecatus amore reponeretur inter miſerabiles perſonas ad effectum
1 habendi fori electionem, cui reſpondi affirmatiuè ad inſtar furioſi,cui aſſimilatur, nam
2 de iure canonico amor vocatur quoque furor, vt probatur *in cap.eum in iuuentute de præſumpt.* vnde *Diuus Hieronymus.* de hoc affectu ſcribit lib.1.aduerſus Iouinianum, quod Amor formę rationis obliuio eſt,& inſanię proximus, fædum minimeque conueniēs animo ſopiti vitium turbat conſilia, altos, & generoſos ſpiritus frangit à magnis cogitationibus ad humillimas trahit, quærulos, iracundos, temerarios durè Imperioſas ſimiliter Blandos, omnibus inutiles facit, & quod amor ſit furor eſt text. in *§. illud Auth. quibus modis effic. legit.* *Tiraquell. de pœnis cauſa 4. Boer. deciſ. 23.num.75.& 76. Neuizant in Silua Nuptial. n.109.lib.1.*

3 Hinc perbelle ſcribit *Faber in §. ſoror inſtitut.de inofficioſo teſtamento,* mulierem infamem, & turpem perſonam dici non poſſe, quæ ex nimio amore ſuo amanti copiam facit, & ob id à teſtatore inſtitui poſſe ſuis fratribus, vel ſororibus præteritis *ad l. fratres C.de inofficioſo teſt.* cuius egregia opinio cōprobatur *à Menoch.de Arbitr.Iudic.caſu 328.*
4 *num.4.*ea ratione, quia meretrix illa propriè dicitur, quæ publicè quæſtum meretur *l. Atletas §. ait prætor ff. de infam.l.palam §. non eſt ignoſcēdum ff. de Ritu Nuptiar. lat Caroccius in deciſ.124.*

5 Hinc ſi quis amoris furore perturbatus, videlicet offenſione aut zelotipia, aut deſperatione, aut nimio deſiderio aliqua dixerit, vel fecerit hereticalia defendi quandoque poterit, & excuſari, ne hæreticus eſſe credatur vt per *Alber.in Rubric.C.de Maleſic. circa fin.* qui ſic determinatū refert in Rota Romana, *Simanc. Cattho. Inſtitut. tit. 17, num. 43.* latè, & perbelle *D. Riccius* virtute nemini comparandus *in ſua praxi in Reſol.671.parte* 1. vbi nu. 11. dicit ſecundum *Diuum Auguſtinum*

ſtinum lib. 10. *de Ciuitate Dei*, quem ſequitur *Diuus Thomas* 6 *in* 2.2 *quæſt.* 96. quod inuocãs Demonia ad amorem mulierum prouocandum non dicitur hæreticus, ſed potius ſuperſtitioſus, Amoris enim vis 7 magna eſt, vnde *Plato lib.* 3. *de Republica*, voluptate Venerea nulla vehementior, nulla furioſior, & Cicero lib. 4. Tuſcul. quæſt.

Maximè admonendum eſt quantum ſit furor amoris, & omnib. perturbationibus nulla vehementior. Hinc *Virgilius lib.* 4. *Aeneidos*, ait

Ardet Amans Dido traxitq; per oſſa furorem,

Et *Ouidius* in Epiſtola Helenę ad Paridem,

Quà licet, & poſſum luctor cęlare furorem.

Et hinc aiebat *Plautus* in Muſtellaria, quod vbi Amor aduenit in cor hominis, & is vſque in pectus permanauit & cor permaneſcit, ſimul Res, Fides, Fama, Virtus, Decuſq; deſerunt, homo fit mòdo nequior, imò ſecundum Terentium in Eunucho in Amore hæc omnia inſunt Vitia, Iniurię, Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ, Bellum, Pax rurſum incerta hæc ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas quam ſi des operam, vt cum ratione inſanias.

Et itidem captus Amore eſt ſimilis prodigo, qui enim amat neque finem, neque modum in expenſis habet, & bona ſua dilacerando profundit, ex quibus *Viuius in addit. ad eius deciſ.* 521. *n.* 34. concludit, quod ſicuti furioſis & prodigis datur curator *l.* 1. *C. de curatore furioſi* §. *furioſi inſtit. de curator.* ita etiam capto amore laſciuo & cupidineo.

QVAESTIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia gaudet fori electione.*
2 *Eccleſia habet fori electionẽ, etiam ſi agat, & etiam ſi agat ad diſtractum, vt numero* 30.
4 *Agens ad diſtractum ſequitur forum rei.*

ARGVMENTVM.

An Eccleſia gaudeat fori electione?

Regula ſit affirmatiua, & ſic quod Eccleſia habeat beneficium electionis fori, vt habetur per *Rebuff. in conſtit. Galliæ in titulo de ſentent prouiſional. gloſſ ſi num.* 5. *Teſaur. deciſ.* 177. *Iſernia in conſtit. ſtatuimus num* 3 *de Officio Magiſtri Iuſtitiarij*, vbi ſic deciſum

sum refert in Consilio, & deinde esse factam declarationem, quæ est in Registris, quãdo Rex Robertus erat Vicarius Patris sui: tradunt *Menoch de arbitrar. Iudic cas.66. in addit.lib.1 n.25. Capic.* qui sic decisum refert in S. Consilio *in decis.160.Cumia in Ritu Sicil.38.nu. 471. Viuius in decis.521. num. 3. Thorus in suo Compendio decis. in verb Ecclesia, Marta de iurisdict parte secunda cap.21.num.5. Trẽtaciaque variarum resol. lib.2. cap.2.n.34.*

Amplia 1. firmatam conclus. procedere, tam si Ecclæsia non agat, quam si agat, vt habetur per *Capic.d.decis.160. Foller in cap.regn. quod decretum, n.13. Tapia in constit. Regni statuimus num 21. Franc. in dec.234.nu.4. Carauita Ritu 133. num. 1. & sequen. D. Riccius collect.86* quos refert *Thorus in suo compend.decis.in verb. Ecclesia*

Amplia etiam 2. etiam si agat ad distractum, nam etiam fruitur variatione, & electione fori vt scribit *Petra in decis Capic.160.* allegans *Innoc. in cap cum sit generale de foro competen Roma. singular.113. Couar.variar.resol lib.1. ca.4.* & hanc opinionem sequitur *D. Ricc. in collectan.*300.licet regulariter sit, quod agens ad distractum sequatur forum Rei *l.2.C. vbi, & apud quem.*

QVAESTIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Pia causa gaudet fori electione.*

2 *Pia causa, & Ecclesia reperiuntur equiperata.*

3 *Solennitas qua requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ, requiritur in alienatione pia causa.*

4 *Ecclesia restituitur in integrum, & sic etiam pia causa in casu restitutionis n.5.*

ARGVMENTVM.

An pia causa gaudeat beneficio electionis fori?

1 REgula sit affirmatiua, ex eo quòd sicuti Ecclæsia habet fori electionem, vt supra fuit conclusum, ita pariter & pia causa: pia enim causa, & Ecclæsia de iure æquiparantur: vnde quelibet pia causa gaudet eisdem priuilegijs, quibus gaudet Ecclæsia, vt voluerunt *Ioan. Andr. Ancaran. & Dominicus in cap.1.de in integrũ restitutione in 6. Inn. in cap.relatum, vbi etiam Panormit col fin de test. & idem Panorm in cap.nulli antè fin. de rebus Ecclesiæ nõ alienãdis,* vbi reddit rationẽ, quia hæc duo,

duo, videlicet pia causa, & Ecclesia de iure reperiuntur æquiparata per text. *in c. requisisti §. secus autem de testam. & facit text. in c. xenodoch eum cap. sequ. de religiosis domib. latè Barbat in c fin. de testam.* & benè facit text. & quod ibi notat *Bart. in l. priuilegia, C. de Episcop. & Cler.* & quod scribitur *in cap sciant cuncti de electione in 6. & in cap. grandi. vbi Ancaran. & alij de supplenda negligentia Prælatorum.*

3 Hinc ènim videmus, quod eadem requiritur solemnitas in alienatione rerum piæ causæ, quæ requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ Panorm. qui dicit semper hoc esse notand. *Barbatius, Hostiensis, Immola, & Ioan. Andr. in c. nulli de testa. per tex. in §. quia verò in authentico de non alienand. in authen. hoc ius porrectum C. de Sacrosan. Ecclesijs, Anchar. cons. 274 col 1. Castrës. cons. 269. col. 1 lib. 1. Franc.* qui hoc dicit singulariter in *cap. 1. col. 2. de rebus Eccl. non alienan. in 6.*

4 Hinc, sicuti Ecclesi. restituitur in integrũ ratione læsionis c. 1. & per totũ titulũ, *de in integr. rest. Capella Tolosana decis. 54. Benintend. decis 85. Mastrillus* 5 *decis.* 110. ita, & pia causa, vt voluit *Io. Andr. ca. 1. & cap. 2. vbi Imola. & Dominicus de in integrum restit in 6. Ancar. in c. nulli de reb. Eccl. nõ alienãd. Aretinus in l. 1. col fin. in 12. priuileg C. de Sacrosan. Eccles. Rom singular. 94.*

QVAESTIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Libertas dicitur pia causa.*

2 *Infinita est libertatis extimatio.*

3 *Mandatum morte mandantis expirat. re integra, fallit fauore libertatis n. 4.*

5 *Soluens pro alio inuito non repetit, limita vt n. 6.*

7 *Legatum relictum pro libertate est pium.*

8 *Alimentorum causa dicitur pia, & quare nu. 9. intellige vt nu. 11.*

10 *Pro alimentis consequendis potest adiri iudex Ecclesiasticus.*

12 *Dotis causa dicitur pia.*

13 *Tribunal Reuerendæ Fabricæ potest se intromittere in legato puellę facto.*

14 *Relictum Hospitali dicitur causa pia, & amplia vt numero 15.*

16 *Relictum pro pontium, & viarum refectione dicitur pium.*

17 *Legatum sepulturæ dicitur pium.*

18 *Omne relictum pro anima dicitur pium.*

Qua

ARGVMENTVM.

Quæ dicatur pia causa ad effectũ electionis fori.

CONsentaneum est, vt cum supra conclusum fuerit, piã causam gaudere fori electione: hic pertractare, & enumerare aliquas species piæ causæ.

1 Pia autem causa dicitur, libertas, quia libertas est res inestimabilis, *l. libertas ff. de regulis iuris §. fin. institutionibus, ex quibus causis manumittere non licet*: ideo corpus liberum non est in comercio nostro, *§. 1.* institutionibus de inutilibus stipulationibus, & non recipit æstimationem, *l. fin. ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt, l. ex hac, ff. si quadrupes pauper. fecisse dicat. l. liber homo, vbi notant Doctores ff. de verb obl.*

2 *& infinita est libertatis æstimatio l. non est singulis §. infinita. ff. de regul. iur. Soccin. iunior. consf. 534. n. 57. vol 3. Surdus de alimentis priuileg. 38. num. 2.*

3 Et hinc euenit, quod licet mandatum reintegra morte mandantis expiret, *l. mandatum, C. eod. tit. Guid. Papa in decis. 491. latè Gabriel. conclus. 2 de procuratorib.* tamen fauore libertatis mandatum e-

4 tiam re integra morte mandantis non expirat *l. si pater in principio, & ibi glos. in verb. fauore ff. de manumiss. vindicta, Felin in c. relatum col. 1. in 1. limi. de offic. deleg. Salic. in l. mandatum col. 6. vers. oppono. 12. C. mandati, & alij penès Gabrielem eamdem opinionem sectantes in dicta concl. 2. num. 33.*

5 Hinc licet soluens pro alio inuito, non repetat: tamen soluens generaliter pro aliquo inuito, pro omni eo, quod tãgit personæ libertatem, vel

6 Ciuitatem, potest ab inuito repetere, vt pulchrè habetur per *Bart. in l. styccus ff. de fundo, & instrumento legato.*

7 Hinc legatum pro libertate, censetur relictum ad pias causas, & videtur probare tex. *in l. in testamento ff. de fidei commiss. libertatibus l. contra voluntatem ibi iura pietatis, C. de manumiss. testam. & in l. ancillam in fine C. de fidei com-*

8 *missis libertatis*, cùm dicit impium esse differre voluntatem testatoris, quæ ad libertatem respicit: & vbique Doctores trahunt disposita in libertate ad alias pias causas, scilicet, *in l. proximi, §. fin. ff. de his, quæ in testamento delentur, Bald. in l. 2. & l penult. C. de fideicommissis libertatibus, & in l. 1. §. 1. col fin. C. de caducis tollendis*, vbi plus dicit, quod Ecclesia idem est quod ipsa libertas

secus si diuiti, ita *Bart. in l. alio num.4. & 5. ff. de alimentis & cibar. legat. & in tractatu de alimentis nu.14. per tex. in d. §. aliud quoque ibi egenis alimenta impendant, Authen. vt cum de appellat. cognoscit;* & l. hi §. in *singulos, ff. de trãsact.* probatur etiam ea distinctio in *§. interdicimus de Eccles. tit.* vbi loquitur de egentibus, prout etiam facit text. *in d. l Sancimus C. de Sacros. Eccles. qui loquitur de laborãtibus fame,* idem tenent *Bart. & Imola in l. diui ff. ad l. falcid. & ibi Angel. & Alex.* dicunt procedere etiam si testator exprimat se relinquere amore Dei, latè *Surdus de aliment. priuileg. 1. num. 3.*

Dotis, causa etiam dicitur pia *l cum his §. si in ea opinione ff. de conditione indebiti, & ibi latè Iason in §. si mulier n. 1. tradunt Alex in l si cum dotem §. eo autem tempore n. 50. ff solut. matrim & Doctores in l. si constante ff. eod tit. Spin. in Speculo testam. in gloss. 10 in principio ex num. 21. Benedictus in c. Raynutius in verb. sobolis num. 5. de testam. & alij penes eruditissimum D. Ricium in decis. 206. num 3. parte 2.*

13 Hinc Tribunal. Reueren. Fabricæ potest se intromittere in legato dotis puellę facto, iuxta latè tradita per eumdẽ *D. Riccium in praxi resolut. 370. tom. 2.*

14 Sic etiam relictum Hospitali, dicitur causa pia, & ideò ex relictis Hospitali, non detrahitur falcidia, seu Trebellianica, tamquam pijs *Fel. in c quarta col. 3 extra de præscriptionib. Imola in tractatu cõmunium opinionum lib 5. reg. 9. in princip. Fiumag. in l. in quartam sub n. 53 ff. ad falcid.*

15 Quod adeo verum est, quod etiam procedit, si cum authoritate Episcopi, Hospitale non esset institutum, quia sufficit relictum esse ad pias causas, cùm priuilegium concedatur causæ, & non loco, vt post *Castrens in cons. 167 lib. 2 sequitur Valasc. in dec. 105 n. 39.* quod dicit probare ex textu *in authen similiter C. ad l falcid.* quo circa non est attendendus locus si sit Ecclesiasticus, vel sæcularis, sed causa ob quã relinquitur, vt sit pia, vnde consequens est, vt indistinctè derelicto hospitali, in quo fit distributio in opera pia, non sit detrahenda falcidia, & trebellicanica, attenta mente legis, nec aliquantulum distinguend. an sit hospitale erectũ Episcopi authoritate vel non, vt voluerunt *Iason cons. 214. nu 1. Barb in cap. nulli de reb. Eccl non alienand. Corset. in suis singularib. in verb. Hospitals,* & ex his etiam dicit *Valasc.*

lesc. in d. decis. 105. *num.* 40. quartam Canonicam non detrahi ex relictis hospitali, siue Episcopi authoritate sit erectum, siuè non.

16 Similiter quod in pontium viarumque refectione relinquitur, dixerunt quidam esse pium *c.* 2. *de immunit Eccles. l.* 2. *§.penult de donationib l.* 2. *C de Episcop. & Cler.* vbi fauore refectionis pontium nullum priuilegium eximit ab hoc onere, & hanc opinionem sequitur in proprijs terminis *Mangilius de imputatione, & detractione legitima qu.* 20 *sub num.* 15.

17 Legatum etiam sepulturæ continet causam piam, *l. & si quis § interdum ff de religiosis & sumptibus funerum*, ibi quis enim sine pietatis intentione alienum cadauer funeratur, *& l. pro hered ff. de acquirenda hereditate*; ibi vt pietatis causa (vt puta) patrē sepeliuit, & sic tradit *Mangil. de imputat & detract. d quæst.* 120. *nu.* 24. *vbi dicit hinc scripsisse Asinium in l. vel qua pater famil. ff de religios. & sumpt. funer* quòd cùm sepulchra religiosi, sunt Diuini, & non humani iuris, *§ nulli inſtit. de rerum diuis. & l locum C. de religios. & sumpt. funer.* quemadmodum est pium cadauera sepelire; sic insepulta relinquere, inhumanum, & iniuriosum est, *l. quod si nulla ff. de religios. & sumpt. funerum.*

18 Et generaliter facio conclusionem; quod omne relictum pro anima, videtur relictum ad pias causas, iuxta doctrinā *Bar l si quis Titio num.* 4 *ff. de leg.* 2. *& aliorum ibi in additione allegatorum glos. & Bal. in l. illud C. de Sacrosanct. Eccles. Soccin. in suis Fallentijs in litera P. in verbo priuilegia,* vide quæ dixi *in comment. ad prag.* 1. *de legat. pijs vbi alia etiam habes in materia.*

QVAESTIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Clericus gaudet fori electione & amplia nu.* 2.

3 *Iniuria facta clerico Deum tangit.*

4 *Clerici in iudicio laudati gaudent fori electione.*

5 *Clericus præstans seruitutem laico gaudet fori electione, & sic etiam clericus excommunicatus nu.* 6.

7 *Clericus agens pro bonis proprijs non gaudet fori electione.*

8 *Clericus non habet fori electionem, vbi Baro habet priuilegium abdicatiuum.*

9 *Clericus prima tonsura non deferens habitum, & tonsuram, vel nō si est adscriptus alicui*

alicui Ecclesia, vel habeat bene ficiũ non habet fori electionem.

ARGVMENTVM.

An Clericus gaudeat fori electione.

1 REgula sit affirmatiua .s. fori electio, procul dubio cõpetit Clerico prò bonis Ecclesiasticis litiganti per horrescentiam aduersarij allegant, vt sequuntur *DD. omnes in c. cum sit generale de foro competenti Felin. in c. Ecclesia Sãcta Maria column.* 4. *de Const. Afflict. qui fit in S.C. decisum refert in dec.* 257. *vbi etiã Vrsill. ibid. in additt. Tapia in Const. Regni statuimus nu.* 29. *de off. magistr. iustit. et de Iure Regni est sancitum in ritu M. C. V.* 233. qui loquitur generaliter, Clericum habere fori electionem, agendo ciuiliter, vel criminaliter, vt etiam tradunt; *Viuius dec.* 27. *D. Ricc. in Collect. decis. Collect.* 86. *Thorus in Compend. decis. in verb. Ecclesiastica persona.*

2 Amplia 1. Clericum gaudere fori electione, quotiescumq; esset offensum per laycum, & sic ei illata reperiretur iniuria, & percussio, vt latè tradit *Anna in alleg.* 156. vbi hanc eamdem opinionem sequitur, *Anna filius in addit. litt.* C. *Franc. in dec.* 597. referens in S.C. sic decisũ sequitur *Viuius in d. dec.* 27. *nu.* 3. vbi tradit, ita extitisse iudicatum in Regia Audientia Apuleæ in anno 1584. & in Regia Audientia Baren. in anno 1590. iniuria enim facta

3 Clerico, Deum tangit, *c. nonnulli* 3. *q.* 1. tangit etiam totã Ecclesiam: vnde iniuria facta Clerico, potest ab omnibus de illo loco vendicari, ad quos principaliter pertinet, secundum *Bal. & Castr. in l.* 1. *§. huius studij in fi. de iustit. et Iure.*

4 Amplia 2. vbi Clerici essent in iudicio laudati, & nominati ab emptore ad defendendum rem venditã: nam poterit declinare forum, & petere, vt lis agatur, & terminetur coram Iudice Ecclesiastico cõtra *tex. in l. vendit ff. de iudic. vt habetur per Gloss. in c. Clericus, nullus il* 2. 11. *q.* 1. *Aretin. in §. actionum autem nu.* 43. *&* 44. *de action.* vbi dicit, ita seruari in practica *Bal. in l. si tamen ff. de Procur. Foller. in addit. ad Marant. in sua pract. p.* 6. *act.* 5. *nu.* 10. qui etiam tradit, ita in praxi seruari, *Boer. decis.* 69. *Gramm. dec.* 21. *Capyc dec.* 87. *Imbrian. in l. 1. act. de Iudic. Regni dialog.* 2. *n.* 2. 47. qui dicit hanc esse receptam opinionem Sac. Reg. Cons. Neapolit. *Muscatell. in pract. ciuil. par.* 2. *in glos intimatio nu.* 36. qui tradit S.C. Neap. solere seruare hanc opinionem, & quod ita pluries iudicatũ fuit, & quod hæc opinio est verior, & in practica seruatur, iuxta quam sẽtentiã

fuisse alias decisũ, tradit *Anna in singul.* 45. & iuxta hanc sententiam in quadam causa vidi iudicatum per me allegata.

5 Amplia 3. prædictam regulã procedere in Clerico, qui pręstat seruitutẽ laico; nam cũ is gaudeat priuilegijs Clericat⁹, vt post *dec. Tolosan. refert D. Ricc. in praxi resol.* 112. *tom.* 2. meritò poterit eligere forum.

6 Amplia 4. hęc oĩa ꝑcedere in Clerico excõmunicato: quia cũ talis gaudeat priuilegijs Clericatus, vt ꝑ *Franc. Marc. in dec.* 85. *& per D. Ricc. in praxi resolut.* 438. *tom.* 2. vtiq; poterit, vti priuilegio electionis fori.

7 Limita 1. vbi Clericus ageret prò bonis proprijs; nam isto casu hoc beneficio Clerici non gaudent, vt tradit *Viuius in d. dec.* 27. etiam data violentia, rapina, & fraude, allegat *Ritũ M. C. V.* 229. *& ibi Carauit. Isern. & Affl. in Const. statuimus nu.* 16. *Niger in c. Regni, ꝑ decretam n.* 10. *Affl. in dec.* 157. quibus addo *D. Ricc. in Collect. decis. Collect.* 300. & nouissimè in *pract. resol.* 147. *tom.* 2.

8 Limita 2. vbi baro haberet Priuileg. abdicatiuũ: nam per sonæ Ecclesiasticę non possunt in præiudicium Baronis variare forũ, vt pluries fuisse decisũ per Sacr. Reg. Consil. dicit *additio magna ad Ann. in alleg.* 146. *tradunt* Calà *de modo articul. glos.* 1. *nu.* 88. *& Capobl. de Baron. Pragm.* 8. *nu.* 153. *& seq* quos refert, & sequitur *D. Ricc. in praxi resol.* 147. *limit.* 2. *tom.* 2.

9 Limita. 3. hæc supradicta nõ procedere in Clerico primæ tonsuræ, qui non defert habitum, & tonsuram, vel nõ est adscriptus aliquo Seminario, Schola, vel Vniuersitate, vel habeat beneficium; & ratio est, quia Clericus in minoribus nõ gaudet priuilegio Clericatus, nisi inseruiat alicui Ecclesiæ assignatæ ab Episcopo, vel sit adscriptus in aliquo Seminario Schola, vel Vniuersitate, aut habeat beneficium Sacri Concil. Trident. *sess.* 23. *c.* 6. vt post alios habetur per *Mastrill. dec.* 113. *Farinac. in sua pract. in tit. de inquisit. q.* 8. *nu.* 6. & in hoc aduerte, quod sufficit, vt vna qualitas sola istarum verificetur; ad hoc, vt dispositio habeat suum effectũ: vnde si habeat Clericus beneficium, & non deferat habitũ, vel è contra, debet gaudere, hac fori electione tamquam Clericus, *l. si haredi plures ff. de condit. & instit.* quia Sacrũ Conc. Trid. ibi loquitur alternatiuè; de quo vide plenissimè per *Grass. de effect. Cleric. effect.* 1. *nu.* 1195. *& sequent.*

QVAESTIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Agens vti Clericus, debet probare*

bare se Clericum.

2 *Clericatus non prouenit a Natura.*

3 *Qualificatum se allegans, talem se probare debet.*

4 *Clericatus probat per scripturã de ipso Clericatu, item per argumenta, & inditia nu. 5. & per literas dimissoriales num. 6. item per testes nu. 7. quod amplia nu. 8. itẽ per confessionẽ partis aduersa nu. 10. item per communẽ probatur famam nu. 11.*

9 *Clericatus est actus, cuius natura nemini praiudicat.*

12 *Quomodo practicetur in Regno, quando allegat Clericatus vide remissiuè.*

ARGVMENTVM.

Clericatus, à quo sit probandus, & qualiter probetur, ad effectũ electionis fori.

1 AGens vti Clericus ad electionem fori, tenetur ex parte sua Clericatũ probare, vt habetur per *Card. in c. perpendimus col. 6. de sent. excõm. Iason. conf. 120. vol. 4. Cassan. in Consuet. Burg rub. 1. §. 6. n. 13. Roland. conf. 32. nu 5. lib. 1. Bellamer. dec. 114.* nisi is talis reperiretur in quasi possessione Clericatus, vt habetur per *Mascard. de probat. concl. 304. nu. 3. Moedan. dec. 21.*

2 Ratio autem est, quia Clericatus non prouenit à natura; sed extrinsecè fit, & in dubio nunquam præsumitur, *c. presbyteri, 68. dist. & ibi glos. c. legũ 2. q. 1. Caualc. multos cumulãs in dec. 602. lib. 2.* prout etiã plures alios allegat, *Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 117. Cald. cõs. 12. de iureiur. latè Menoch. de pras. lib. 2. pras. 76. Gomes. in Reg. Cãcell. in tit. de annal. possess. q. 58. Mascard. de probat. in concl. 301. nu. 13.* vbi

3 etiã alios allegat, vnde dicens se qualificatũ, debet talem qualitatem probare, *l. nõ ignorat, & ibi Bal. & alij C. de his, qui accusari possunt, Surd. conf. 138 lib. 1. latè Pacian. in tract. cui incumbat onus probandi negatiuam lib. 2. c. 34.* & hinc excipiens quod actor nõ est Clericus, nihil ex parte sua probare tenetur; sed is, cui excipitur, debet hoc probare *c legum, 2. q. 1. c. dua de Cler. Peregr. Glos. in l si qua per columnam C. de Episc. & Cler. Gramm. dec. 81. & alij relati per Pacian. in d. tract. lib. 2. cap. 51. nu. 76. lib. 2. cap 74. nu. 9.*

4 Varijs autem, multisq; modis Clericatus probari potest; quorum primus est per scripturã, de ipso Clericatu confectam, *c. dua de Cler. peregr. C. leg. 2. qu. 1. c. si Iudex laicus, vbi glos. in verb. fecerit de sent. excomm. Pacian. in d. tract. cui incumbat onus probandi negatiuam*

lib.2.cap. 34.nu.41.

5 Secundus huic adnectitur modus per inditia, & argumenta, *cap. inter quatuor, vbi glos. in verb. per arg. de Cler. peregr. Barz. in dec. Bonon. 3. num. 13. Mascard. de prob. concl. 305. nu. 5. Boer. dec. 171. nu. 25. Masull. ad* Capyc. *in dec. 161. nu* 8.

6 Tertio probatur Clericatus per literas dimissoriales Episcopi attestantis se contulisse ordines illi, qui Clericũ se esse dixit, *Felin. in c. post cessionem nu. 3. & 15. de probat. Abb. in c. 1. nu. 3. de Cler. peregr. Gramm. dec. 81. nu. 1. Surd. cons. 396. nu. 13. lib. 3. Graff. in dec aur. p. 1. lib. 4. c. 18. nu. 155. Couarr. lib. pract. q. cap. 33. nu. 3. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 26* asserens hanc probationẽ dici euidentem *Franc. Marc. decis. 906.* secus, si hoc non attestaretur Prælatus, sed alius nomine Prælati, quia tunc eius literę non probarent Clericatũ, si credimus *Cravet. in cõs. 134. nu. 41. lib. 1.* vbi loquitur in Vicario attestãte, quod in libro, in quo erat solitũ describi omnes ordinationes, reperiebatur scriptum, ꝙ quidam fuit tonsuratus, & concludit, ꝙ ex hoc nõ probetur Clericatus, seù tonsura. Quæ quidem literæ Episcopales, ad hoc, vt Clericatũ probent, debent esse obsignatę, & munitæ signo authentico, & & ad alia consueto ipsius ordinarij, siue Episcopi, & subscriptæ manu testium. *Felin in c. post cessionẽ nu. 3 de probat. Mascard de probat. cõcl. 305 n. 2.*

7 Quarto probatur per testes, qui actui clericandi interfuerunt, si Clericatus literæ sint amissæ *c. 2. & 3. de Cler. pereg. Guid. Pap. dec. 474. DD in l. si qua per calumniã C. de Episc. & Cler. Carau. rit. 235. nu. 21. Baiard. ad Clar. in § fin. q. 36. nu. 22.* vbi alios allegat, *Gram. in cons. ciu. 110 nu. 3. Aluar. in Specul. Iur. Pont. c. 35. vers. & tene mẽti Graff in dec. aur. p. 1. lib. 4. c. 18. nu. 155. Marsil. cons. 11. nu 7. Assl. in Const. Apostat. n. 12. lib. 1. rubr. 23. de Apostat.* vbi etiã *Foller nu. 6.* qui tñ testes debent assignare rationẽ sui dicti, etiam non interrogati: nã Clericatus dicitur quædam qualitas extrinseca, quæ solo sensu nõ percipitur; vnde testis dicere, & hoc quia viditalẽ Clericari *Mascard. de probat. concl. 1369. nu. 3. & 32.* secus, si redderent rationem sui dicti, quia viderũt talẽ exercere officia ad Clericos spectãtia, & etiam missas celebrare, quia nisi talis celebratio esset Diuina talis ratio, neque esset sufficiens, & per consequens non probarent, *Crau. cons. 134 nu. 42. lib. 1. allegans annotata per DD. in c. illud de præsũpt. Dec. cons. 135. col. 1. Castrens. cons. 202. col. 2, lib. 1.*

Et in

Et in tantũ Clericatus probetur per testes, vt sufficiat, eum probare etiam per vnum testem *Zerol. in praxi Episcopali in verbo Clericus §. 3. in fin. quæst. 36. num. 23. Anna singul.* 408. *Boer. decisio.* 127. *Cala de modo articul. & proband. gloss. vnica §. 2. num.* 106.*&* 687.*Rebuff de nominat ion.in* 14.*quæst princip.num.* 54.*post Bal.& Felin.in cap.licet vniuersis in fin. de testib.* quod procedit; tam in probando primam tonsuram, quam cœteros ordines, *Ias. cons.*77. *nu.*4.*lib.*3.*Pacian.in tract cui incumbat onus proband.negat. lib.*2.*cap.*34. *num.*65. *Gabriel concl.*1.*nu.*16.*de testib. vbi nu.* 68. assignat rationem, cur Cle
9 ricatus probetur vnico teste, nam est actus, qui inspecta eius natura, nemini præiudicium infert, *Bald.in cap.licet, nu.*4. *de testib. Felin. in cap. Albericus col. fin. vers. & quod tale præiudicium sit modicum eod. tit. Gerard singular.*49. *Boer. decis.*171.*nu.*24.licet quamdiù probatio Clericatus alicui pręiudicium inferret, vt quia ageretur de excludendo, vel obtinendo beneficium ab alio obtentum, tunc requiritur perfecta probatio ad minus per duos, *Ferrett. cons.*386. *nu.*5. *&* 11.*lib.*2. *Mascard. de probation. conclus.*303.*nu.*5. *Masull. ad Capyc. decis.*161. *nu.*8. *Rebuff. de nominat. quæst* 14. *nu.* 54. *Baiard. ad Clarum §. fin quæst.*36.*nu.*2. vbi etiam refert, quod non sufficiat probare clericatum per vnum testem, quoad consequendam remissionem ad forum Ecclesiasticum, sed tunc ad minus requiruntur duo, *Couarr.pract. quæst cap.*33. *num.*3. vbi alios allegat, & ait tunc tractari de maximo præiudicio, *Gomes.in regul.Cancell. in tit. de annali possess quæst.*36.*nu* 5.*Graff.decis.aur.part.*1.*lib.*4.*c.*18. *num.* 155. *Foller. in Constit Regni Apostatantes nu.*6.*de Apostat.* dicens, quod licet probatio per vnum testem non sufficiat ad consequendam remissionẽ apud Iudicem Ecclesiasticum, operatur tamen; vt interim Iudex laicus debeat supersedere, nec procedere ad vlteriora contra Clericum, & probatur etiam testibus singularibus, *Angel.in lib.*1 *ff.quemadmod. testimonia apertãtur, Emilian. cons.*17.*nu.*5.*Marta de iurisdict.par.*2.*cap.*31.*num.*1. *Bertacchin.in repert.in verb.clericus, an probet Gramat.cons. ciuil.*110.*nu.*4.

10 Quinto probatur ex confessione partis aduersæ *Franc. in c.*1.*col.*4.*de eo, qui mitt. in poss. sess in* 6.*Rota in antiquis, in decis.*433.*Grauett.consi.*93.*nu.* 4.*lib.*1. *Millius in suo repert.in verb possessor recuperãda, Ma-*

scard. de probat. d. conclus. 305. *nu.* 6. *vbi nu.* 7. *&* 8. dicit hoc procedere, quando essemus in possessorio, quia tunc, ad colorandam possessionem, cõfessio rei facta de Clericatu actoris, prodest ipsi Actori, secus in petitorio, in quo quis ageret ad beneficium; quia, cum pars nequeat facere de non Clerico, Clericum: sed ad hoc requiritur canonica promotio sequitur, vt tunc confessio partis aduersæ non probet, vt etiã tradunt *Rota in nouiss. decisio.* 408. *Bellamer. decis.* 181. *Capella Tholos. decis.* 423. *post Gemin. in cap.* 1. *nu.* 6. *de eo, qui mittitur in possess. in* 6. *vbi etiam Franc. col. fin. vbi in versic.* 2. *limita*, hoc intelligit, quando actor in possessorio vellet, ex toto fundare titulum Clericatus ex confessione rei, secus si non, sed tantum vellet coadiuuare dubiam prolationem: nam tũc posset legitimè adiuuare ex persona rei, etiam sẽper titulo beneficij, vt etiam per *gloss. in cap. duobus in verb. si non appareat de rescript. in* 6. *Gemin. cons.* 38. *nu.* 3. *Felin. in cap. olim nu.* 9. *&* 10. *de rescript. Barbat. in cap. tua col.* 10. *vt lit. non contest. Mascar. d. concl.* 305. *nu.* 10. *vbi num.* 9. intelligit, nè stetur confessioni partis aduersæ, super titulo Clericatus, quoad ipsum titulum fundandum; Secus, quod præiudicium ipsius confitentis, & ad imponendum ipsi silentium, vt habetur etiam per *Rot. in antiquis in decis.* 44. *de testib. Crauett. d. cons.* 94. *nu.* 3. *lib.* 1. *Pacian. de modo proban. cui incumb. negat. c.* 34. *nu.* 69.

11 Sextò probatur per communem famam, & communi opinione, & reputatione, vt si quis tamquam Clericus ab omnibus fuerit communiter habitus, & reputatus, dummodo talis opinio sit diuturna, & nõ recens, *DD. in cap fin.* 9. *quæst.* 2. *Gemin. cons* 91. *Rot. in antiquis decis.* 264. *Mohedan. dec.* 21. *nu.* 3. *de renunciat. Bartius decis.* 3. *num.* 15. vbi dicit, quod ita est receptum, & obseruatũ in Palatijs.

In Regno autem quomodo practicetur, quando allegatur Clericatus, vide *Carauitam in ritu* 235.

QVAESTIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Monacus habet fori electionem, sed declara vt nu.* 5.
2 *Ingrediens Religionem, se, & sua bona Monasterio dedicat.*
3 *Monacus non potest donare.*
4 *Monacus non potest esse in iudicio suo nomine.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

An Monacus habeat fori electionem.

1 Regula sit affirmatiua, & sic, quod Monacus gaudeat fori electione, quia si Clerici sæculares, quanto magis Clerici regulares, hoc debent habere, *argum. text. in auth. multò magis* C. *de sacros. Eccl.* Monachi enim ingredientes
2 religionem, non solum seipsos offerunt, sed, & propria sua bona, *auth. ingressi* C. *de sacrosanct. Eccles. vbi Dec. in* 1. *notab.* ait ex sententia *Bart. in auth. si qua mulier* C. *eod. tit.* bona acquiri Monasterio in cõsequentiam personæ ingressæ: ita etiam probat *tex in cap. in præsentia, vbi DD. de probat. & clarus tex. in c quia ingredientibus* 19. *quæst. vlt. Menoch. de arbitr. Iudic. casu* 436. *lib.* 2. *centur.* 5. *latè D. Riccius in Collect. decis. Collect.* 162. vbi dicit Monacum non posse donare, allegat *Annam*
3 *alleg.* 51. nec retinere pensiones, *Verall. decisio.* 224. *par.* 2.
4 nec esse in iudicio suo nomine, cum nihil habeat, idem *Verall. in decis.* 223. *par.* 2. ita vt non valeat iudicium, cum eo habitum sine administratione, *Cappella Tholos. in dec.* 124. & *decis.* 125.

5 Declara tamen hoc procedere, dummodo Monachi agant prò rebus Monasterij, secus autem si prò bonis proprijs, vt supra de Clerico etiã fuit dictum; & sic etiam intellige de Monialibus Nouitijs, Conuersis, & alijs vt infra, vel si agerent pro iniuria ipsis illata, quia etiam habent fori electionem aduersus iniuriantes, vt castigentur.

QVAESTIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Moniales habent fori electionem.*
2 *Moniales sunt personæ Ecclesiasticæ.*
3 *Clericus non potest succedere in feudo.*
4 *Monialis excluditur à successione feudi.*
5 *Offendens personas Ecclesiasticas incidat in Canonem.*
6 *Offendens moniales incidit in excommunicationem.*
7 *Moniales gaudent fori priuilegio, sicut cœteræ personæ Ecclesiasticæ.*
8 *Moniales sũt in potestate Monasterij, in qua sunt professæ.*

ARGVMENTVM.

An Moniales valeant habere fori electionem.

1 Regula sit affirmatiua, & sic quod Moniales alicui Monasterio inclusæ gaudeant beneficio electionis fori, pro vt cæteræ personæ Ecclesiasticæ, ratio quidem est, quia Mo-
2 niales dicuntur, & sunt personæ Ecclesiasticæ *cap. de Monialibus vbi Abb. & alij scribentes de sentent. excommun. Pasett. in consi.22.nu.9.*

3 Hinc sicuti Clericus non potest succedere in feudo, vt deducitur ex *tex. in cap. 1. in fin. de milit. vassall. qui Arm. bellic. depos. Afflict. dec. 320. nu. 1. Frecc. de feud. tit. 2. num. 139.* vbi affirmat se vidisse iudicatum, iuxta hanc opinionem *Misinger. obseruat. 48. centur. 5.* referens hanc opinionem obseruare Cameram Imperialem *Duen. Regul. 103.* vbi hanc opinionem ponit prò regula latissimè *Graff. de effect. Cler. effect. 4. nu. 1. & sequent.* vbi re-
4 fert hanc opinionem receptã, communem, & veriorem, & pluribus modis ampliat; ita Monialis tanquam persona Ecclesiastica excluditur à successione feudi *Afflict. decis. 320 nu. 11.* vbi dicit, quod nec Monasterium, hoc casu succedere poterit ex persona ipsius Monialis *Cuman. consi. 167. Bambacar. in cap. 1. §. qui Clericus nu. 146. si de feud. defunct.* qui dicit, quod licet Minadoia varijs argumentis, & rationibus conatus fuerit contrariam opinionem defendere, nihilominus non potuit obtinere, prout testatur ipsemet *Minadoia in Constit. sancimus in verb. in aliquibus in 3. notab. à nu. 56. vsque ad nu. 84. latè Graff. de effect. Clericat. effectu. 4 nu. 49.*

5 Hinc enim, quod sicut offendens personas Ecclesiasticas incidit in excommunicationē, de qua per *text. in cap. si quis suadente Diabolo 17. quæst. 4.* vt tradunt *Villaut. in decis. 44. latissimè Soccin. in cap. peruenit de sentent. excommunicat. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 498. nu. 38.* vbi dicit: quod statim pęnam incurrit absq; alia
6 monitione; ita pariter offendens Moniales incidit in excōmunicationem *Abb. in cap. veniens nu. 2 de sentent. excomm. & in c. de* Monialib. *nu. 2. eodem. tit. Gaetan. in summa in verb. excomm. c. 10. vers. nota septimo Graff. in decis. Aur. 2. lib. 3. c. 5. n. 16. Decian. in tract. crim. par. 2. lib. 6. c. 17. nu. 12 & 13.* qui dicit idem esse dicendũ *de offendentibus* offensione personali mulieres, quę nō sũt professæ, sed vt Deo seruiāt se recludũt in vna domo siue loco.

7 Et hinc videmus tales Moniales gaudere fori priuilegio sicuti aliæ personæ Ecclesiasticæ *cap. de persona 11. quæst. 1. Panorm. in c. cum* Monaste-

rium

rium nn. 3. de elect. Bellug. in Specul princip. rubr. 11. §. videndum nu 7. vbi *Borrell in addit. in litera D.* qui asserit hanc esse communem opinionem *Decian. in tract. crimin. par. 1. lib. 4. cap. 9 nu. 31.*

8 Ex quibus omnibus constat Moniales agentes habere fori electionem, tanquam personæ Ecclesiasticæ, quia sunt in potestate Monasterij, in quo sunt professæ *c. non dicas 12. quæst. 1. cap. cum ad Monasterium de stat. monac. Bombin. cons. 12. nu. 3.* vbi inquit Moniales esse seruas, & filias Monasterij, in quo sunt ingressæ *arg. tex. in auth. ingressi* C. *de Sacrosanct. Eccles.*

QVAESTIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius habet fori electionem.*

2 *Nouitius infra annum probationis dicitur persona Ecclesiastica.*

3 *Bona Nouitiorum durante nouitiatu non possunt collectari.*

4 *Offendens Nouitium dicitur excommunicatus.*

5 *Nouitius gaudet fori priuilegio, etiam ob delictũ patratum extra claustra.*

SVMMARIVM.

Nouitius an habeat priuilegium electionis fori.

1 Regula sit affirmatiua, & sic quod Nouitius gaudeat fori electione, quia Nouitij infra annum probatio-
2 nis sunt personæ Ecclesiasticæ *Bellug. in Specul. princip. rubr. 11. §. videndum num. 5. in fin. per tex. in cap. Relig. de sent. excommunic.*

3 Hinc enim videmus bona Nouitiorum durante eorum Nouitiatu, non posse collectari *c. 1. & ibi Glos. de decim. Abb. cons. 53. num. 2. lib. 1. Castrens. cons. 8. lib. 1. Ripa Respons. 4. nu. 7. in tit. de Iure gent. Duen. regul. 100. ampliat. 4. Petra de potest. princip. cap. 4. num. 64. Festas. alios cumulans in suo tract. de extim. collect. par. 4. cap. 1. nu. 8.*

4 Hinc inferens manus violentas in Nouitios dicitur excõmunicatus, ac si professum verberasset *Gaetan. in summ. in verb. excommunic. cap. 10. vers. nota septimo, & est text. apertus in cap. de Relig. §. fin. de sent. excommunic. in 6. Hostiens. in cap. statuimus in verb. posse de regular. Graff in decis. Aur. par. 2. lib. 3 cap. 5. num. 26. Decian. in tract. crimin. par. 2. lib. 6. cap. 17. num. 9.* vbi dicit hanc esse veriorem opinionem

Tolet.

Tolet. lib.5.cap.8.nu.2. Soccin. Iun.in cap. peruenit nu. 63. de sentent.excommunic. qui dicit quod contraria opinio est reprobata, & respondet Argumentis adductis in contrariũ.

Vnde meritò videmus Nouitios gaudere beneficio fori, vt late habetur per *Farinac. sua pract.crim in tit.de inquisit.quæst.*8. *nu.*46.*optime Nauarr. per varias rationes in conf.*6. *de foro compet.* abundè
5 quidem *D.Ricc.nouissimè in decis.*121. *par.*2. vbi refert decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana Nouitium gaudere priuilegio fori etiam ob delictum perpatratũ extra claustra ad ampliationem *tex. in cap. Religioso §.* 1. *de sentent.excommun.in* 6. nam Nouitij post habitum susceptum subiacent prælatis, quod iurisdictionem, & superioritatem saltem commutabiliter, & reuocabiliter, licet non irreuocabiliter pro tempore, quo sunt Nouitij, sicut professi.

QVAESTIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Conuersi, & oblati habent fori electionem, quod intellige vt nu.* 2.

3 *Conuersi non possunt succedere in feudis.*

4 *Verberans conuersos incidit in excommunicationem.*

ARGVMENTVM.

An conuersi, & oblati alicuius Monasterij valeant eligere forum.

1 Regula sit affirmatiua, & sic quod priuilegium electionis fori competit cõuersis, siue oblatis alicuius Monasterij, dummodo isti viuant, vti
2 regulares, & sint in seruitio Ecclesiæ, & incidant in habitu Religionis, scilicet illius coloris, non autem omninò conformis, namque isti conuersi solent deferre habitum diuersum ab alijs, isti enim tales habentur tanquam personæ Ecclesiasticæ, quare gaudent priuilegio fori, ita quod non possunt à Iudice laico cognosci, *cap.Parrocchianos de sent excommun.cap.inolita* 10.*quæst.* 1. *DD. in cap. ex tenore in c. non dubium, & in cap.de Monial. de sent. excomm. Eugen. conf.*26.*nu.*10.*Calderin.consil.* 30.*de regular.Vasq in lib.controuer.Illustr. cap.*105.*nu.*51. *Decian. in tract.crimin.par.*1. *lib.*4.*cap.*9 *nu.*28.
3 Hinc tales conuersi, vti personæ Ecclesiasticæ non possunt succedere in feudis *Intriglial. de feud.centur.*2.*nu.*122. *art.*1. *Tapia in auth. ingressi C. de sacro-*

sacrosanct. Eccles. in verb sua cap. 14 nu. 17. Menoc. de arbit. Iudic casu 231. nu 2. Corrad. in Templo Iudicum lib. 2. cap. 2. de Regib. quaest. 1. nu. 21.

4 Hinc inferens manus violentas in istos conuersos, est excommunicatus, ac si intulisset in Clericum *cap. non dubium cap. Parrocchianus, cap. ex tenore, cap. veniens, & cap. de Monial. de sentent. excommun. Villaut. in decis. 34. num. 7. Aufrer. de potest. Iud. secul. cap. 5. Graff. in decis. Aur par. 2. lib. 3. num. 21.* vbi dicit hoc procedere, quando is esset cõuersus alicuius Ecclesiæ Regularis approbatæ, nam ex quo tunc assumpsit habitum Regularem, & vitam, renunciauitq; proprijs, meritò gaudebit priuilegio Ecclesiastico, vt in iuribus supracitatis, & idem dicit in conuersis secularibus, qui se, & sua bona tradiderunt Ecclesiæ, & habitum mutauerunt, quia cum in totum sint translati in Ecclesiam, debent gaudere ipsius Ecclesiæ priuilegijs, quod secus est, si ipsi cõuersi manerent in habitatione propria, & viuerent, vt laici, quia isti tales nullo Ecclesiastico priuilegio sunt muniti, *arg. tex. in cap. 3. §. de fratribus de priuileg.*

QVAESTIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Milites Hyerosolimitani gaudent beneficio electionis fori.*
2 *Milites Hyerosolimitani sũt Religiosi.*
3 *Milites Hyerosolimitani sunt de ordine Clericali.*
4 *Milites Hyerosolimitani quidquid acquirunt, Religioni acquirunt.*
5 *Milites Hyerosolimitani nõ possunt testari de immobilibus.*
9 *Per ingressum Religionis Hyerosolimitanæ dissoluitur matrimonium non consumatum:*
7 *Inferens manus in supradictos Milites cadit in canonem.*
8 *Milites Hyerosolimitani nõ possunt succedere in feudis.*

ARGVMENTVM.

An Milites Hyerosolimitani gaudeant beneficio electionis fori, & quid de Militibus Sancti Lazari, Sancti Iacobi, & similibus.

1 Regula sit affirmatiua, nam non est dubitandum Milites Hyerosolimitanos posse eligere forum, sunt enim isti post emissam professionem verè

verè Religiosi,& gaudent priuilegio Religiosorum, vt habetur per *Azor. lib. 12. moral. cap.12.quæst.5. latè D.Ricc. in Collect. decis. Collect.216.* vbi dicit, sic bis eos nominare Sũmum Pontificem *in cap. cum, & plantare de priuileg.Franc. in dec.479. latè Molfes.in conf. 33. post comment. ad Consuet. Neap. de Pont.in conf.14.lib. 1.* & idem dicimus in Militi-
2 bus S.Iacobi,S.Stephani, S.Lazari, & similibus, qui verè sũt Religiosi,*Feln.& DD.in c.ex eo de elect. latè Bal.in l.Officiales C. de Episc.& Cler. Natta conf.495.nu.12.lib.3.*vbi dicit, quod isti Milites prius vocabantur templarij,.& quod Religionem profitentur, vnde gaudent priuilegio fori secundum istos ,& habetur per *Caualcan.de bracchio Regio par. 1. num.88. Masull alios allegans in additt ad Capyc in dec. 109.nu.10. Nauarr. conf.11. nu.1.& 2.conf.12. nu.1. de regular.& in conf.2. per totum de conuers.coniug.lib.1.*& ratio est, quia Milites Religionum
3 prædictarum, & similium sunt de ordine Clericali, & extra legem matrimonij, & habent certum viuendi modum,& dicunt horas canonicas, iuxta Pontificũ institutiones *Clem. 1. de relig. Domib Molin.de primogen. Hisp. lib. 1. cap. 13. num.98.Vasq. multa circa hoc scribens controuers.Illustr.cap. 105. nu.98. Imbrian. de iudic. Regni in præfat.num.42.* Menoch. *de arbitr. Iud. casu 231. nu.31.in addit.*vbi inquit quod sic per quodam suum breue declarauit Summus Pontifex de anno 1540. & profitentur tria vota substantialia Religionis s.castitatem , paupertatẽ, & obedientiam, quæ professio probat eos verè Religiosos *clement.1.vbi glos.in verb.obedientia de relig. domib. Mœd. decis.10.nu.2.de causa possessionis,& propr.Rimin. Iun.conf. 57.nu.28. lib.5 latè Bambacar. multas rationes adducens in c. 1. §.qui Cleric. quæst. 2. si de feud.defunct.nu.31.cum seq.*

4 Hinc enim videmus, quod prædicti equites, quicquid acquirunt Religioni acquirunt, quoad proprietates sibi certo, quoad vsumfructũ vita durante,vt habetur in *Constit. dictæ Religionis tit. 16. in rubr. de contract. & alienat.cap.10.* cũ duobus sequentibus ibi, (ideò sancitum est, quod fratres ordinis nostris,qui peremptionẽ, donationem,aut alia quacumque ratione bona,prædia,census , seu annuos redditus , vel iurisdictionem acquisiuerunt, & sibi vendicauerunt vllo pacto absque magistri, vel capituli generalis consensu vendere, alienare &c.) vbi disponitur,quod licentia debeat obtineri

neri in scriptis ad Magistro, vel capitulo generali, & debet esse in specie, & in vita, & in morte; vt habetur per *Molfes. in cons.14.nu.4.& 5. vbi nu.8.*
5 dicit Milites Hyerosolimitanos non posse in vltima voluntate disponere de bonis immobilibus, nec etiam mobilibus, etiam per ipsos acquisitis, vt ibi per eum.
6 Hinc infertur quod statutum loquens de professis, & Religiosis estricta significatione extenditur ad huiusmodi Milites *Polid. Ripa. obseru 185. Faber.in decis.27. C. de Episc. & Cler.* & ideò *Nauarr.cons. 2. per totum de conuers coniug.* dicit quod per ingressum talis Religionis dissoluitur matrimonium non consumatum.
7 Hinc enim sicuti Clerici non tenentur soluere collectas, *cap.quanquam de censib. c.Clericis de immunit. Eccles. in 6. cap.generaliter.§.nouarum.& §.placet 16. quæst.1. clem.1 de immunit. Eccles. Sacr. Consil. Trident.in sess.25. de refor.cap. 20.* vbi confirmantur omnes constitutiones actenus à summis Pontificibus emanate in fauorem immunitatum, & in priuilegium Clericorum,& Ecclesiasticarum personarum, *l. placet auth omnis, & auth. item nulla communitas C. de Sacr. Eccles.* ita pariter isti equites non tenentur soluere collectas *Remig.de gon.in tract.tu de caritat subsid. quæst. 62 nu.35.* latè *Graff.de effect. Cleric. eff 3.nu 112.* vbi refert in Regno Siciliæ istos Milites consequi multas immunitates quas non consequuntur exteri Clerici, & Sacerdotes.
8 Et hanc spectat quod inferēs munus in istos Milites, vt sūt S.Iacobi, S.Ioannis, & aliorū incidunt in excommunicationem, ac si in Religiosos manus iniecissent *glos.in cap.quisquis §.sacrilegium in verb.Ecclesiast.17.quæst.4.Nauar.cons. 11. per totum de regular. Macerat.in lib.variar.resolut.casu 112.* & habetur nouissimè per Eruditissimum *D. Riccium in sua praxi resolut. resolut. 1. tom.2.*
9 Hinc isti milites non possunt succedere in feudo requirente seruitium personale, quia ipsi Clerici Regulares dicuntur, vt in specie scribunt *Bald. Barbat. Brun. Cassan. Alciat.Cott. Crauett. Roland.& Freccia* quos retulit,& approb. *Menoc. cons.54.nu.24. lib.1. & de arbitr. Iud. cas.230. lib.2.nu.29. in addit.* vbi alios prò hac opinione allegat, & *nu.31.* idem dicit de Militibus S.Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ, apud Hispanos Religiosos sua vota sollemnia emittentes, vt habetur poss.alijs per *Molin. de Hisp. primog.lib.1.cap.13 nu. 98.* &

98. & sic declarasse breui Apostolico Paulum Papa 3. in anno 1540. scripsit idem *Menoch. cons.* 950. *dub.* 7. *lib.* 10.

QVAESTIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Tertiarij non gaudent fori electione, & quare nu.* 2.

3 *Mulieres mantellatæ S. Francisci non dicuntur propriè regulares.*

4 *Tertiarij non gaudent immunitatibus Ecclesiasticis, & succedunt in feudis nu.* 5.

ARGVMENTVM.

An Tertiarij gaudeant fori electione.

1 Regula sit negatiua, & sic quod non gaudeant, vt in Tertiarijs S. Francisci, & S. Dominici, & similibus, vt in proprijs terminis tradit *Viu. in decis.* 49. *nu.* 10. ex eo quod regula eorum non efficit illos
2 Religiosos, sed tantum tribuit normam viuendi, & ideò cum habeant solum habitum diuisum à cæteris laicis dicuntur habere accidentalia, sine subiecto, quo fit, vt nullatenus dici possint personæ Ecclesiasticæ, & tanquam tales gaudere priuilegio Ecclesiasticis cõcesso, quod non sint personæ Ecclesiasticæ, & non subesse Episcopo refert *Fed. de Senis cons.* 150.

Hinc enim possunt conueniri coram Iudice laico *Corn. cons.* 205 *lib.* 1. *Cald cons.* 7. *de for. compet. Bolognet consil.* 22. *nu.* 12. vbi compiures allegat, & dicit, quod hæc opinio est communis, & ex numero tum etiam ex qualitate Doctorum eam tenentium *Marsil. in tract. de Bannit. nu.* 119. *in verb. Ecclesia*, vbi vltra quod multos congerit hanc sententiam in puncto iuris veriorem appellat *Vulpell. de liber. Eccles. par.* 3. *nu.* 29. etiam afferens hanc opinionem veriorẽ, & æquiorem *Intrigliol. decis.* 30. *nu.* 4. latissimè *Eugen.* omnibus cõtrarijs satisfaciens in *cons.* 26. *vol.* 1. vbi fatetur, ita in facti contingentia obtinuisse, & eius consilium per Episcopum Assisiensem exequutioni demandatum, & sic etiam iudicauit, scilicet Audientia Regia Barensis, vt testatur *Viuius in decis.* 49. *nu.* 10. vbi di-
3 cit quod mulieres mantellatæ ordinis S. Francisci non dicuntur propriè regulares, cum nõ comprehendantur in dispositione odiosa facta contra regulares, & tanto magis cum illi dicantur propriè habere regulam qui profitentur tria substantialia cuiuslibet Religionis approbare videlicet

pau-

paupertatem, castitatem, & obedientiam; alij verò licet aliqua promittant non dicuntur propriè habere regulam sequendi modum viuendi licet modus sit approbatus à Papa, vt discurrit *Sanch. de priuileg. Eccles. & casibus reseruatis priuileg.* 121. *num.* 4. *& seq. Misinger. consf.* 100. *nu.* 17. *& seq. Duen. reg.* 100. *limit.* 1. *Festas. in tract. de extimo par.* 4. *cap.* 1. *num.* 10. 11. *&* 12. vbi dicit, hos tales non esse personas ecclesiasticas, & quod hæc opinio est verior *Gaiet. in summula in verb. excommun. cap.* 10. *versic. nota* 7. vbi asserit, quod ex quo non faciunt sollemnem professionem, per quam Religiosi, & non Religiosi distinguuntur, nec sunt conuersi alicuius Religionis, nec nouitij non possunt habere priuilegia concessa personis ecclesiasticis, & hanc opinionem sequuntur complures alij qui consulto omittuntur hinc tales Tertiarij non
4 gaudent immunitatibus ecclesiasticis, & non sunt excepti ei solutione collectarum, vt habetur per *Couarr. in lib. pract. quaest. cap.* 8. *nu.* 2. qui ad hoc allegat *Specul. in tit. de cler. coniug. vers. quid si clerici Duen. reg.* 100. quibus addo *Thoma in tract. de muner. in §. si quis piam nu.* 2. *fol.* 168. *Festas. in tract. de extim. & collect. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 9. 10. 11. *&* 12. vbi dicit. quod isti tales non sūt personæ Ecclesiasticæ hine isti Regulares tertij ordinis S. Francisci succedunt in feudo cum personæ Ecclesiasticæ nō succedant, ita *Rom. consil.* 36. *nu.* 14. *Barbat in cap. ex parte nu.* 11. *de feud. Capyc. decis.* 10. *num.* 3. *&* 16. & alij relati per *Menoch. de arbitr. Iud. casu* 231. *nu.* 32. vbi assignat rationem, quia & si ij dicantur certo modo Religiosi ascripti nō dicuntur verè Religiosi.

QVAESTIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Heremita gaudet electione fori, sed limita num.* 5.
2 *Heremita sunt persona Ecclesiastica, & sunt sub iurisdictione Episcopi nu.* 3.
4 *Heremita delinquens remittendus est Iudici Ecclesiastico, quod limita nu.* 6.

ARGVMENTVM.

Heremita an gaudeat fori electione.

1 Regula sit affirmatiua; nam si verum est prout verissimum puto quod omnis persona Ecclesiastica habeat fori electionem Heremita non erit

2 erit exclusus ab hoc priuilegio, ex eo quod ipsi dicuntur personæ Ecclesiasticæ *cap. indemnitatibus de elect in 6. cap. qui vero, vbi glos. 16. quæst. 1.* notāt DD. *& præcipuè Innoc. in cap cum Monasterium de elect. Belluga in Specul principium rubr.* 11. *§. videndum nu.*7. vbi testatur de communi opinioni, & alios allegat *Butr. in cap 2. vbi etiam Abb nu.* 10. *& Feltn. nu.7. de foro compet. Couar. lib pract. quæst. cap.* 34. *nu.* 4. *verf. secundo intelligitur Zabarell. in element penult. in 9. quæst. de sentent. excommun. Boer. in tract. de stat. & vit. heremit. nu.* 13. *&* 14. qui etiam alios allegat, & inquit quod
3 sunt sub iurisdictione Episcopi vt reputantur personæ Ecclesiasticæ, & gaudent priuilegijs Clericorum, & quod hæc opinio est de iure verior ; & equior, & benignior, & quod ita, & taliter sunt Religiosi, & prò Religiosis in Iure exiitimantur quod non possunt in ius vocari, sed eius prælatus pro eis est vocandus, qui eorū vice respondere tenetur, & quod vita hæremitica dirimit matrimonium non consumatum, & adducit alia argumenta pro ista opinione *Socein. in cap. 1. nu.* 11. *de foro competent. Deciar. in tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *nu.* 32. vbi etiam alios congerit nouissime habetur per D. *Ricc.* innumeros ad hoc cumulantem *DD. in praxi resol.* 149. *tom.* 2. vbi resoluit Here-
4 mitam delinquentem esse remittendum Iudici Ecclesiastico, & *nu.* 2. ampliat. procedere nō solum in Heremitis profitentibus tria vota Religionis, vt sunt Camaldulenses, de quibus nulla extat dubitatio, & de eis loquitur *text. in cap. 1. de Relig. dom. in 6. & in c. priuileg.* sed etiā procedat in hæremitis secularibus, qui nō omittant vota Religionis ipsi enim gaudent priuilegio fori, nam eorum vita est religiosa *cap. fin. 15. distint. cap. indemnitatibus §. supradicta de elect. glos. in cap. qui verè 16. quæst. 1. Rota in antiquis in decis.* 7. *de Iure patronatus,* & istos ta-
5 les gaudere etiam fori electione non dubio, licet aliter dico in heremitis profugis, qui non sunt constricti alicui regulæ, nec subsūt alicui superiori Religioso, vt in priuilegio fori sequitur *D. Ricc. in d. resolut. num.* 3. vbi dicit tales delinquentes non esse remittendos Iudici Ecclesiastico, allegat *Archidiac. in cap. qui verè 16. quæst. 1. Siluestr. in verb. heremita nu. 2. & in verb Eccles. §. 1. num. 5. Nauarr. in manuali cap. 27. nu. 79 post Abb. in cap. ex parte nu. 4. de conuers. coniugat. Felin. in cap. cum sit generale col. 2. de foro competenti*

Aufrer.

Aufrer. ad Cappell. Tholos. in decis. 8. & secundum hanc limitationem dicit deberi intelligi opinionem *Ioan. de lignan. in clem. per literas de praben. & dignitat.*

QVAESTIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Nomen Haremita latine significat solitudinem.*

2 *Ordo Haremitarum S. Augustini est particeps priuilegiorum Mendicantium.*

ARGVMENTVM.

Haremita quod nam sit nomen & quid significet ad effectum electionis fori.

1 NOmen hoc Hæremita est grecum dicitur enim grecæ Hæremitis quod significat solitarium sunt autem isti Hæremitæ duplicis generis quidam enim sunt quorum Regula à Romano Pontifice approbata est, & in numero Mendicãtium habetur cuiusmodi est,
2 ordo Hæremitarum S. Augustini qui est particeps priuilegiorum ipsorum Mendicantiũ de quibus *in Compend. priuileg. Fratr. Mendic. in princip. in verb ordo Haremitarum*, item congregatio Hæremitarum *S. Hieronymi à Pisa*, de qua in eodem loco in verbo congregatio, sicuti etiam Cõgregatio S. Hieronymi Hispaniarum, vt habetur in eodem Compendio, in principio, vbi de ordine ordinum agitur; quidam sunt quorum viuendi ratio ab Apostolica sede approbata non est, sed succedunt in solitudines, & ibi Deo inseruiunt nullo ordine suscepto nullaque professione Religionis facta q̃ habito respectu ad nomen propriè solitarij sunt.

QVAESTIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale gaudet fori electione, quod ampliа vt nu. 9.*

2 *Fauores concessi Hospitalibus dicuntur concessi causa pauperum.*

3 *In Collegijs Clericorum Episcopus est Iudex.*

4 *Arbitrio Iudicis relinquitur, qua nam dicantur miserabiles persona.*

5 *Priuilegia concessa Ecclesia trahuntur ad Hospitalia.*

6 *Hospitale habet restitutionem in integrum sicuti Ecclesia.*

7 *Trebellianica non detrahitur de relictis Hospitali.*

8 *Aufugiens ad Hospitale est tutus, sicut aufugiens ad Ecclesiam.*

10 *Hospitale quamuis authoritate Episcopi non sit fundatum*

tum tamen adhuc dicitur pius locus.

11 *Appellatione beneficiorum Ecclesiasticorũ nõ veniunt Hospitalia in materia pœnali, licet secus in materia fauorabili nu. 12.*

13 *Constitutio de resignationibus publicandis cõprehendit etiã Hospitalia.*

14 *Ioannes Antonius Nouarius Authoris frater commemoratur.*

ARGVMENTVM.

An Hospitalia gaudeat fori electione.

1 REgula sit affirmatiua, & sic quod Hospitale gaudeat beneficio electionis fori, vt in proprijs terminis tenet *Doctissimus meus Riccius in Collectan. decis. Collectan. 197. & nouissime in praxi resolut. 317. tom. 2.* vbi recenset quandam decisionẽ *Farinacij 868.* quæ est tenoris sequentis videlicet.

Fuit dubitatum in signatura num quid Hospitalia gaudeãt priuilegio *l. vnic. C. quand. Imper. int. pup. & vid.* hoc adhibito aliquanto studio intrepidè affirmo Hospitalia non secus ac communitates Ciuitatum Castrorum, vel Villarum, quibus passim ex stilo signaturæ, vt hoc vtantur priuilegio possit, & ipsa hoc idem priuilegium allegare, & eo inniti, nam si censuit signatura ob id communitates dici comprehensas sub *d. l. vnic.* constitutione, quia in illis sunt pupilli viduæ, & aliæ miserabiles personæ, licet etiam si in illis adsint personæ quæ non sunt miserabiles cur non idem, & multo magis credendum est respectu Hospitalium, in quibus non solum adsunt prædictæ miserabiles personæ, sed imo ex ijs solis, & non ex alijs Hospitalia ipsa consistunt, vt experientia docet, & facit *text. in l. 1. C. de Mendic. lib. 11.* vltra quod maius commodum sentiunt singulæ miserabiles personæ ex redditibus ipsius Hospitalis, vt quia omnes in eorum sustentatione integre debent expendi eleemosinæ, quia contigit Religiosis omnibus quam faciunt singuli de vniuersitate ex patrimonio ipsius vniuersitatis.

Propterea considero quod si *Imperator in d. l. vnic.* circa fin. circa electionẽ priuilegiare intendit personas ibi enumeratas nempe pupillos, viduas diuturno morbo laborantes debiles &c. cur dicere debemus noluisse priuilegiare Hospitalia nullas alias perso-

nas

nas quam miserabiles continentia, tum quia re vera nihil est aliud Hospitale quam ipsæ personæ miserabiles, vt in simili de Vniuersitate Scholarium dicit *Salyc. in auth. habita nu. 39. vers. & pro hoc etiã facit Gnd fil. pro patr. & in l. sicut ff. quod cuiusque vniu. nom.* tum etiam quia dictæ personæ simul coadunatæ miserabiliores efficiũtur participante vnaquaque earum de proximi miseria vti plura membra sub vno capite, & sicut bonum teste Philosopho tanto est melius quanto magis est communicabile, ita, & malum ex cõmunicatione fit multo deterius.

Nec quidquam facit, quod Hospitalia suos habeant Rectores, & Gubernatores, qui illa defendere possunt, ita vt ob videatur cessare causa priuilegij nam, & communitates suos habent Sindicos, & Officiales, & Populi tutores, & nihilominus nõ administrandorum, vel tutorum habetur ratio quo minus gaudeant priuilegio *d. l. vnic.* propterea nec Hospitalibus ad hunc effectũ obesse debet, quod suos habeãt Rectores, quia ipsi tutoribus æquiperãtur *l. orphanotrophos C. de Episc. & Cler.*

2 Imo omnia priuilegia concessa Hospitalibus dicuntur concessa fauore, & intuitu ipsorum pauperum, & eorum substentationis, vt not. *Bal. in l. omnis in princ. C. de Episc. & Cler.* ita vt non ipsorum administratorũ, nec ipsiusmet Collegij ratio vlla fuerit habita, nisi quatenus in ipsarum miserabilium personarum commodum redundaret quorũ gratia, & ipsa Hospitalia fuerunt cõstructa, & tot priuilegijs diuersis temporibus ab Imperatoribus donata, vt in *d. l. vnic.* quæ quidẽ priuilegia non sunt coangustanda, sed amplianda, maxime in Curia Dñi Papę ne dicatur Summus Põtifex quasi misericordiæ lumen claudere se minus benignum velle præbere, & miserabilibus personis miserantibus eorum gubernatoribus ad eum, vt subleuẽtur venientibus quam fuerint Imperatores dum eis tot priuilegia gratias, & prærogatiuas cõcesserunt, & causa Hospitalium eadem prærogatiua gaudeant iuxta terminos *d. l. vnic. C quando Imperator inter pupill.*

Et certè dici debet, si verũ amemus quod quoties agitur de patrimonio Hospitalium quod vero agatur de proprio ipsarum miserabilium personarũ patrimonio pupilli enim licet per tutorem administrẽtur, & per eum causa agitetur ex ipso enim Hospitalium patrimonio solum ipse miserabi-

les personæ aluntur, & substentantur cessante in administratoribus, & in quibusuis alijs omni lucri spe, & Principis indignatione *l. si quis ad declinandum in fine C. de Episc. & Cler.* tunc cautum fuit, vt rectores iuxta facultatum Hospitalium tot pauperes alere debeant, vt illæ integre in pauperum alimonia, & substentatione, erogentur dicta *clem. quia contigit de Religios. domibus*.

Facit quoque, vt proprius accedam pro hac opinione nam videmus, quod vbi agitur de pauperum fauore, qui non nisi miserabiles esse possunt *cap. pauperes 2. quæst. 3. l. ne quid quam §. aduersus ff. de offic. Procur.* eorum appellatione veniunt Hospitalia, sic enim statuit *Imperator in d. l. si quis ad declinandum §. vbi autem C. de Episcop. & Cleric.*

3 Similiter facit nam Collegia eundem forum ac personas sub illis comprehensas sortiri videmus, hinc est quod si Collegia sint Clericorum Episcopus erit Iudex, si laicorum, laicus erit quoque Iudex, *Doctores omnes in authent. habita maximè Bartol. C. ne fil. pro patr.* latè *Soccin. in cap. 1. nu. 13. extra de foro competent. Franc. in rubr. de appell. nu. 36.* vnde ex qualitate personarũ forus considerandus erit & sicut miserabiles personæ electionem habent Principem, vel ordinarium, adeundi sit vnum, vel alterum, Hospitalia miserabilibus personis referta eligere posse, videtur omnino dicendum.

4 Tandem pro complimento facit nam si arbitrio Iudicis relinquitur, quæ nam dicantur miserabiles personæ, *Legista in d. l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. Canonista in cap. significantibus de Official. deleg. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. centur. 1. casu 66.* quis non arbitrabitur inter miserabiles personas connumerari Hospitalia, cum in ijs nihil quod non sit miserabile inspiciatur, ita vt totius mundi miseriæ receptabile dici possint quam tamen conclusionem pro nunc restringendo ad illa Hospitalia, quæ per Rectores adnutum amouibiles gubernantur, non autem ad illa quæ in titulum beneficij conferuntur *clem. quia contingit de Relig. domib.* vel in commendam cum solita clausula ꝙ Commendatarij suos faciant fructus prouidentur, vel Ecclesiæ alicui vnita reperiantur *Felyn. in c. de quarta nu. 4. de præscriptionib.* quæ potius nomine quam re ipsa Hospitalia appellari possint *Rebuff. in sua praxi de* com-

commend. nu. 17. alia erit facienda consideratio circa fori præiudicium an de ipso forsan dici debet, quod de Ecclesijs statum reperitur *glos. in cap.* 2. *de decim.* hæc ipsæ.

5 His accedat, quod sicut Ecclesia gaudet fori electione, ita pariter, & Hospitale, enim omnia priuilegia concessa Ecclesijs trahuntur ad Hospitalia *l. omnia C. de Episc. & cler. §. fin auth de Ecclesiast. tit. & clem.* quia contingit, & ibi *Glo. & Io. Andr. de Relig. domib* tenet *Lupus in tract. Hospitaliũ in quæst.* 56. *&* 57. *Bal per illum text. in l. omnes in § præterea nullos C. de Episc. & cler. Alex. in cons. 9. num. 5. vol. 2 & in cons. 120. col. 2. volum. 1. Felyn. in cap. de quarta col. 2. & seq. de præscript. Ias. in cons. 214. in princ. Soccin. in l. rem quæ nobis n. 1 ff. de acquir. possess. Dec. in cons.* 488. *nu.* 14. *in cons.* 504. *& Ruin. in consil. 7. nu. 17. vol. 3.*

6 Hinc infertur quod Hospitale habet restitutionem in integrum sicut Ecclesia *Anch. in c. auditis col. 1. in fin. de integr. restit Dominic. in c. 2. in princ. de in integr. restit. vers. ego in hoc vltimo Felin. in c. de quarta col. 2. de præscript. Abb. in c. ex literis in 2. not. de consuet. in cap. cum sit generale col. 1. in 4. notab. de foro compet. & in cap. fin. in 2. not. de testam. Bar Bat in cap. ex literis col. 2. de consuet. Bald. in cons. 465. vol. 1. Roman. in cons. 407. & in cõs. 471. Tiraquell. in tract. pia causa in priuileg.* 138. imo causa Hospitalium fauorabilior est quam causa Ecclesiarũ *Ruin. cons. 126. col. 4. vol. 1.* hinc etiã infertur, vt in alienatione rerum Hospitali requiritur sollemnitas quę requiritur in alienatione rerũ Ecclesiæ *Anch. in clem. quia contingit col. 5. de relig. dom. Butr. in cap. nulli in fin.* & ibi etiam *Imol. col. pen. in fin. de reb. Eccles. non alien. Iason. cons. 214. volum. 2. Alex. cons. 4 vol. 3. Bald. in auth. hoc ius porrectum col. 2. C. de Sacros. Eccles. Rodulph. in c. sine acceptione 12. quæst. 2. in 19. q.* & hinc etiam infertur, quod de

7 relictis Hospitali non detrahitur trebellienica *Castrens. cons. 167. vol. 2. Felin. in consil. de quarta col. 3. de præscript. Barbat. in cap. offic. col. 2. de testam. Corset. in suis singularib.*

8 *in verb. Hospitali*, & hinc infertur etiam, quod aufugiens ad hospitale est tuendus, sicut ad Ecclesiam aufugiens *Archidiac. in cap. diffin. 17. quæst. 4. sequitur Bal. in l. si quis ad declinandum C. de Episc. & cler. in vers. sed iuxta hoc quæro de duobus quæstionibus*, & quod Hospitale gaudeat beneficio electionis fori, tenet etiam *Marchesan. de commiss. in tit.*

de Auocat. cauſ. §. 2. p. 2. nu. 6.

9 Amplia 1. ſupradictam firmatam Regulam procedere ſiue Hoſpitale ſit erectum authoritate Epiſcopi, ſiue non, nam indiſtinctè gaudebit fori electione, ex eo quod Hoſpitale

10 quamuis authoritate Epiſcopi non ſit erectum, & fundatum, tamen dicitur pius locus, & conſequenter gaudere debet beneficio, & priuilegio Eccleſiæ, vt eſt firmatum per *Bal. in conſ. 465. vol. 1. & conſ. 5. vol. 3. Angel. conſ. 117. & cõſ. 183. Anchar. conſ. 129. & conſ. 337. Abb. conſ. 55. vol. 1. Caſtr. conſ. 167. volum. 2. Roman. conſ. 476. nu. 2. Felin. in cap. de quarta de praſcript. Bertrand. conſ. 244. nu. 3. vol. 1. Selua de beneſ. par. 1. col. 2. in fin. Specul in tit. de inſtrument. edit. §. nunc aliqua verſ. & ſcias Bal. in auth. ſimiliter C. ad l. falcid. Archidiac. in c. ſi ex laicis* 10. *quaſt.* 15. qui mouentur, quia ideò dicitur locus pius, quia in eo exercentur opera charitatis.

11 Et eò magis hæc ampliatio debet procedere, quia tunc appellatione Eccleſiæ non venit Hoſpitale, quando ſumus in materia pœnalis diſpoſitionis, at ſecus, vbi ſumus in materia fauorabili, vt in caſu noſtro, quod colligitur, ex eo quod appellatione beneficiorum Eccleſiaſticorũ non veniunt Hoſpitalia, quando agitur de pœnali diſpoſitione, & ita intelligitur *text. in clement. per literas de prabend. vbi Anchar. poſt alios num. 1. & 5. Felyn. in cap. de quarta nu. 14. de praſcript. Dec. conſil. 162. ſub num. 2. Selua de beneſic. par. 3. quaſt. 41.* ſecus vbi ſumus in materia fauorabili, quia tunc

12 appellatione beneficij venit etiam Hoſpitale, vt defendit *Lapus relatus per Anchar. qui eum ſequitur in clement. diſpēdioſam num. 2. in 4. notab. de Iudic.* cuius etiam opinionem dicit tutiorem *Cardin. quaſt. 3. in fin. idem Card. in clemẽt. 1. quaſt. 7. de ſequeſtr. poſſeſſ.* latiſſimè *Felyn. in cap. de quarta nu. 15. de praſcript.* qui putat id defendi etiam poſſe, ſi in diſpoſitione non adſit dictio vniuerſalis quecumque, & cet. & in fine *d. nu.* 15. ſubdit, quod ſi eſt aliqua diſpoſitio Iuris, vel regularum continens materiã extendibilem, puta obuiatiuã fraudis, ſi loquatur de quibuſuis beneficijs comprehendit etiam Hoſpitalia ſubiecta Epiſcopo, licet ſolita gubernari per laicos, & ſub *nu.* 16. addit ſe ita obtinuiſſe in cauſa propria in materia regulæ 24. idẽ quoque defendit alios citando *Pariſ. conſ. 36. nu. 15. & 16. lib. 4. Selua de beneſic. par. 1. quaſt. 3. num. 9.* cum alijs per *Mandoſ. in regul. 29. quaſt. 5. quibus addo Gambar. de poteſt. legati. lib. 5.*

lib. 5.*nu.* 21. *&* 22. vbi quod in materia fauorabili, vel proportionabili appellatione beneficiorum veniunt Hospitalia.

13 Hinc *Rota in vna Regien. Hospitalis* 13.*Nouembris* 1587. *coram Bubalo* tenuit, quod cõstitutio de publicandis resignationibus comprehendat etiam Hospitalia, ea scilicet ratione, quia est fauorabilis, & extendenda *Caputanquen. decis.* 36. *par.* 3. est enim ædita ad obuiandum fraudibus, vt ex eius præfatione colligitur, quo casu constitutio dicitur fauorabilis, vt latè probat *Crauett. cons.* 116. *nu.* 11. etiam si alias materia ex sui natura esset odiosa *Dec. cons.* 5. *in fin.* & etiam si constitutio esset pœnalis plenè *Gozad. cons.* 5. *nu.* 6 quam mihi ad hoc propositũ dum hæc scriberem allegauit

14 frater meus carissimus Ioannes Antonius Nouarius eruditus quidem, & magnæ spei adolescens.

QVAESTIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Confraternitas habet fori electionem, sed contrarium nu.* 3. *conciliatur num.* 11.

2 *Legatum factum confraternitatibus dicitur pium ad effectum, vt Reuerenda Fabrica se intromitti possit.*

4 *Hospitalia, Collegia, & Confraternitates, quæ requiruntur per laicos sunt secularia.*

5 *Sollemnitas requisita in alienatione rerum Ecclesiæ, non requiritur in alienatione rerum Confraternitatis.*

6 *Episcopus nõ detrabit canonicam portionẽ à relictis Confraternitatibus.*

7 *Confratres non possunt conueniri sub Iudice Ecclesiastico.*

8 *Loca Confraternitatum non vitiantur per Episcopum.*

9 *Confraternitates non habent restitutionem in integrum sicuti loca pia.*

10 *Relictum pijs locis, non potest præstari Cõfraternitatibus.*

ARGVMENTVM.

An Confraternitas gaudeat fori electione.

1 Regula sit affirmatiua, vt scilicet quod Confraternitas habeat fori electionem, quia Confraternitates dicuntur loca pia, vt colliges ex his, quæ notat *Specul. in tit. de instrument. edit.* §. *nunc aliqua nu.* 62. & latè defendit *Vbald. de quarta Canonica quæst.* 2. *principali art.* 2. quam cum *Ioan. Andr. Dec. Alex. Cardin. & alijs communem opinionem dixit Gabr. in concl.* 1. *in tit. de*

pia causa num. 7. *& consuluit Feder. de Senis cons.* 3. & alij plures hanc tenuerunt quos recenset *Menoch de recuperand. possess. remed.* 15. *à nu.* 25. *cum sequent. vnde D. Ricc. in sua*
2 *praxi resolut.* 353. *vol.* 1. dicit quod legata facta confraternitatibus dicuntur pia ad effectum, vt Reuerenda Fabrica possit se intromittere, & hinc dicit ipse in talibus legatis cessare trebellianicã, vt concludit *Castrens. in cons.* 167. & tradũt *Bal. in auth. similiter col.* 1. *C. ad l. falcid. Soccin. in cons.* 82. *col. pen. vol.* 4.
3 Contrarium tamen tenet *Viuius in proprijs terminis in addit. ad eius decis.* 117. *nu.* 40. referens se allegasse in Iure, in causa cuiusdam Aquilani institutionem factam in eius testamento Confraternitati Ecclesiæ Conceptionis, non esse factum Ecclesiæ, sed laicis, & ob hoc non gaudere Ecclesiæ priuilegijs, & fori electione, quod cõfirmat ex *cons. de Ponte* 18. *vol.* 1. vbi ex communi omniũ in Iure scribentium opinione determinauit, Hospitalia, Collegia, & Confraternitates, quæ
4 per laicos reguntur dici secularia, & quod etiam si denominetur sub nomine alicuius Ecclesiæ, minimè dicuntur Religiosa, & Episcopo subiecta, & protulit etiam in eodem loco hoc nullam admodum ha- 6
bere difficultatem, & tanto magis hoc procedit absque vllo scrupulo dum sindici, vel procuratores, vel Rectores eligun tur in huiusmodi locis à Confratribus laicis, quod verum est, secundum *Bal. in cap. illud col.* 1. *vers quid de eo C. de Sacrosanct. Eccles.* vbi firmat tales Confraternitates nullatenus esse pia loca sequitur *Abb. cons.* 31. *col. penult. vol.* 1. *Corn. cons.* 119. *num.* 27. *vol.* 2. *Soccin. cons* 82. *col. penult. vol* 4. *Alex. cons.* 102. *in dubio vol.* 7. *Iason. consil.* 218. *col.* 1. *vol.* 2. vbi assignat rationem, quia istæ sunt personæ seculares; vt tenet etiam *Roman. cons.* 333. *Castr. in auth. hoc ius porrectum col.* 1. *C. de Sacrosanct. Eccles. Balb. de præscript. in* 1. *par.* 5. *partis principalis col.* 2. & hanc esse magis communem opinionem
5 tradit *Gabriel conclus.* 1. *nu.* 7. *de pia causa vbi nu.* 11. infert vt in alienatione rerum huiusmodi fraternitatum non requiratur illa sollemnitas quæ requiratur in alienatione rerum Ecclesiæ, vt dicit *Bal. in auth. hoc ius porrectum col.* 2. *vers.* 2. *quæro C. de Sacros. Eccl.* vbi etiam *Castrens. col.* 1. *refert, & sequitur Felin. in c. de quarta col.* 2. *de præs. & in cap.* 1. *in fine de foro competenti Paris. cons.* 34. *col.* 3. *vol.* 4. vnde de relictis factis huiusmodi fraternitatibus Episcopus non percipit

cipit canonicam portionē pro vt sequuntur *Bal. in l. si quis ad declinandū col.* 11. *C. de Episc. & Cler. & in cons.* 133. *vol.* 2. *Rom. cons.* 233. *in* 2. *dub. Abb. & Innoc. in c. officij de testam. Calcan. cons.* 21. *col.* 2. *Cardin. cons.* 13. *Fed. de Senis cons.* 150.
7 & qui sunt ex istis Confraternitatibus si sunt laici non possunt conueniri sub Iudice Ecclesiastico tanquam Religiosi ad late tradita per *Annam qui sic decisum refert in singul.* 90. *Ponte in consil.* 18. *vol.* 1. *post Bart. in l. fin. num.* 15. *ff de colleg. illicit Borrell. vol.* 1. *Paris. cons.* 35. *num.* 78.
8 *vol.* 4. *Cardin. cons.* 13. quare talia loca non possunt per Episcopum visitari iuxta doctrinam *Decij in consil.* 148. *col.* 1. *Paris. d. cons* 34. *col.* 2. *& sequ. vol.* 4. vbi quia huiusmodi loca, non sunt sub iurisdictione Episcopi *teste Abb. in cons.* 31. *vol.* 1. *Cardin. cons.* 12. *Imola in cap. officij col.* 11. *vers. vnde aduerto*, & ibi *Barbat. col.* 3. *de*
9 *testam*; & tales Confraternitates non habent restitutionē in integrum, prout alia pia loca *Ancbar. in cap. auditis col.* 2. *in* 11. *quaest. de integr. restit. Gamma in decis.* 390. *sub nu.* 6. *Paris cons.* 50. *lib.* 2. *Guttierez pract. quaest. canonic. lib.* 1. *quaest.* 33. scribens quod licet exerceantur opera pia, non tamen dicuntur religiosa optime *Gabr. cons.* 162. *vol.* 1. qui loquitur in fraternitate minore erecta de licentia, Summi Pontificis, & dicit quod non est locus pius, nec gaudet priuilegijs Ecclesiae concessis, nec gaudeat foro Ecclesiastico, latè *Mastrill. in decis.* 110. & hinc euenit,
10 quod relictum pio loco, & Religioso factum non potest solui aut praestari istis Confraternitatibus *Franch. in cap.* 3. *col.* 3. *de rebus Eccles. non alienand. Abb. & Imol in cap. officij de testam. Corneus cons.* 380. *col.* 3. *& seq. vol.* 2. *Iason. consil.* 218. *col.* 1. *Bald. in l. iubemus C. de Sacrosanct. Eccles. Gabriel. qui testatur de communi, & alios refert in d. concl.* 1. *nu.* 17. *de pia causa*.
11 Intellige hanc opinionem procedere, vbi in talibus Confraternitatibus nulla exercerentur opera pia, alias secus procedet haec opinio, sed prima habebit locum, nam vbi in istis Confraternitatibus essent bona destinata in alimoniam pauperū, vel exercerentur aliqua opera caritatis, vel aliqua pia, semper dicuntur res piae, & consequenter debent gaudere priuilegijs piae causae, & sic beneficio electionis fori, vt in quadam facti contingentia consultus respondi.

QVAE-

QVAESTIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Pia loca quæ.*
2 *Pietatis, & literarum schola principia Ecclesiæ, & seminaria Reipublicæ.*
3 *Scholarium vtilitas.*
4 *Pia loca an sint scholæ litterarum, & nu. 6. 7.*
5 *Cui conuenit diffinitio, conuenit diffinitum.*
8 *Pia causa non repugnat coniugium, siuè matrimonium.*
9 *Matrimonium diuini, & humani iuris communicatio.*
10 *Legata scholis relicta pia causa relicta censentur.*
11 *Imo, & pro anima relicta.*
12 *Studiorum causa aquè, vt pia causa fauorabiles.*
13 *Scholis eadẽ quę Ecclesiæ concessa priuilegia.*
14 *Scholarum immunitates ab Imperatore tributa.*
15 *Scholasticus quamdiù in scola est in via esse censentur.*
16 *Principium beneficia latè interpretanda sunt, & quãdo. nu. 17.*
18 *Introductum in fauorem non debet in odium retorqueri.*
19 *Principis proprium est exercere liberalitatem.*
20 *Augumentum principis dimi nutionem non patitur.*
21 *Schola exemplo Ecclesiæ à tributis, & alijs muneribus extraordinarijs immunes sunt.*

ARGVMENTVM.

An scholæ literarum, & seminaria gaudeant priuilegio electioni fori.

1 REgula sit affirmatiua, & sic quod scholæ literarũ, & seminaria in causis occurrentibus possint eligere forũ, tanquam pia loca, pia enim loca vocantur, ea quæ aut sacra sunt, ac religiosa cuiusmodi sunt templa, & cæmiteria *§. sacra inst. de rer. diuis. l. 71. sancimus C. de Sacrosanct. Eccles. l. 4 C. de sepulcr. viol l. 2. & 4. de Relig. & vmp. fun.* aut quę pietas charitatisque operibus exercendis destinata sunt *Io. Andr. & Card. in cap. Ioannes de testam. Specul. in tit. de instrum. edit. §. nunc aliqua nu.* 62. quorum in numero sunt hospitalia, & cęnobia, & collegia aliaq; eiusmodi loca in quibus aut senes, aut infãtes, aut pauperes, aliauè personæ miserabiles aluntur, aliaq; opera Misericordiæ, & Charitatis Christianæ exercerentur, vt est *tex. in l. illud ibi DD. commun. C. de sacros. eccl. Panor. in c fi. num. 2. de testa. Alex. cons.* 209. *col. 1. lib. 2. Rom. cons.* 477. *col. penul. in fi. Euerar. in Topic. à minoribus ad Ecclesiam in prine.*

Enim quod aliud sunt scho-
2 læ pietatis,& literarum,quam
principia quædam Ecclesiæ,&
Seminaria Reipub. Christianæ
quæ autem maior esse potest
pietatis, & charitatis exercen
dæ ratio quam religionis,&
virtutis, aliarumq; bonarum
artium,& linguarum commu-
3 nicatio: quæ sanè in scholis
potissimum locum habet, in
quibus vita hominum ad obe-
diendum Deo,& ad parendum
magistratibus informatur, vt
grauiter, & omnino verò hoc
dixit *Imper. Iustinian. in auth. habita C. ne fil. pro patr.* vt non
4 immeritò eiusmodi loca in
quibus hæc opera fiunt pia, &
venerabilia censeri debeant,
secundum *Bal. in l. illud quæst.* 21. *C de sacros. Eccles.* etiam si
nulla priuilegia habeant, vt
sentit *Anchar. in cap. auditis q.* 11. *de restit. in integr.* quam
eandem sententiam confirmat
Dec. cons. 81. *colu.* 3. *Cord. cons.* 222. *Pet. de Perus. in tract. de canone porti art.* 2. *q.* 2.

5 Nam secundum vulgatam
Legicorum regulam cui con-
uenit definitio, eidem quoque
definitum conuenit exemplo
adeò vt argumẽtum huiusmo-
di non modo probabile, sed &
necessarium esse dicatur, vt no
tat *Euerar. in Top. à definitio ne ad definitum per l.* 1. *§. dolũ & ibi Bar. ff. de dol. mal. l. vlt. iuncta glo. de verb. sign. & cap. dudum* 2. *post princ. de elect.*

6 At qui vt concedatur sanè
sed absque veritatis ipsius præ
iudicio Scholas, & Collegia
literarum non esse pia loca,
quod alicubi statuere videtur
Bal. in d. l. illud col. 1. *& in auth hoc ius porrectum colu.* 2. *& ibi Paul. de Cast. col.* 1. *C. de sacros. eccl. & præter hos Alex. cons.* 29. *col penu. lib.* 4. *& cons.* 120. *colu.* 2. *lib.* 1. *Ias cons.* 218. *col.* 1. *lib.* 2. *Soccin. cons.* 72. *lib.* 4. *Paris cons.* 34. *nu.* 28. *lib.* 4. quos
refert vna cum quibusdam
alijs *Port. conclus.* 6. *lib.* 5.
7 cuius rei plerumque hæc so-
let reddi ratio quod in his per
sonæ quodammodo viuunt se-
culares quibus coniugatos es-
se liceat, vt vult *Fely. in cap.* 2. *in fi. de foro cõpet. cui ad stipu- latur Roman. in cons.* 233.
8 Quasi vero contra, vel præter
finem,& vsu piæ causæ sit con-
iugium: quod diuini humani
Iuris quædam communicatio
est secundum *Modestin. in l.* 1. *ff. de rit. nuptiar.* & idcirco qđ
per se tantum est non facit ir-
9 ritum exemplo *l. plerique ff. de inius vocan.*
10 Sed vt tamen hæc se habeat
sane legata huiusmodi, quæ
scholis, & Collegijs relicta
sunt, & ad pios vsus, & ad pi-
am causam relicta esse viden-
tur, vt tenet *Bald. in leg. si quis col.* 12. *in princ. C. de Epis. & Cler. Paris cons.* 34. *col.* 2. *lib.* 4.

lib.4. Corn. conſ.10. nu.25.lib. 4.Vueſenbec. conſ.28.num.26. lib.1. quippe quæ debētur pauperibus, & Religioſis aliiſque hominibus qui fauorem piæ cauſæ merentur: propterea quod ſeruiunt Eccleſiæ, & ſocietati communi, maximè in erudienda iuuentute, in quo plurimum momenti ſitum eſt *Bald. in authent. ſimiliter C. ad l.falcid Bertachin. in tract. de Epiſ.nu.38.col.68.Tiraquel. in tract. de priuileg. pia cauſa Menoch. in remed. 15. recuper. poſſeſſ.nu.24.*

11 Sed, & ea quæ hoc modo relicta ſunt pro anima cenſentur relicta *Corn. conſ.108.num.6. lib.3. & conſ.19.nu.13. & ſeq. lib.1.*

12 Et ſtudiorum cauſa, vt fauorabilis ita piæ cauſę valde ſimilis eſt, vt multis hoc argumentis probat *Tiraquel.de priuileg. pia cauſa ex doctrina Bart. & Bald. Angel. Iaſon. & aliorum in leg.1. in fin.ff.ſolut. matrim. & in leg. nec non in princ.ff.ex quib.cauſ.maior integr.reſtit.*

13 Quibus omnibus hoc modo conceſſis manifeſtum eſt iiſdē ſcholas literarum gaudere priuilegijs quibus res ſacræ fruuntur: non ſolum hoc ad honorē, & annua ſalaria verum etiā quo ad immunitates, & fori aliquam præſcriptionem.

14 Sic enim reſcripſit expreſſis verbis *Imperator Conſtantinus Magnus in l.medicos C.de profeſſ. Medicis lib.19.* Medicos inquit Grāmaticos, & alios profeſſores literarum, & Doctores legum vna cum vxoribus, & liberis rebuſque ſuis omnibus, quas in Ciuitate poſſident ab omni functione, & ab omnibus muneribus ciuilibus publicisuè immunes eſſe præcipimus, & neque in Prouincijs hoſpites recipere neque vllo fungi munere, neque ad iudicium deduci, nec eximi iniuriamuè pati, quod ſi quis eos vexauerit pœna digna arbitrio Iudicis plectatur mercedes quoque ijs, & ſalaria reddi iubemus, quo facilius liberalibus, & bonis artibus, quam plurimos inſtituant, hactenus Conſtantinus Imperator (quē ſecuti ſunt in eo *Diui Imperator Honorius, ac Theodoſius*, & alter deinde cum ſuo Valentiniano, *Theodoſius lex.vlt.C.de profeſſ. & Medic. lib. 10. l. archiatros C. de metantis lib.12.facit l.vni.C.de ſtud.Vrb.Rom.*

Eodem que pertinet conſtitutio noua Federici I. Cęſaris de ſcholis earumque priuilegijs: quæ exſtat *in authent. habita C.ne filius pro patre*, vbi expreſsè dicitur ſecure, id eſt ſine omni exactione, aut pignoratione eos qui in ſtudijs literarum viuunt habitare, & ad

& ad alia loca peruenire debere, vt scilicet immunes sint ab omnibus vectigalibus tam in vijs faciendis quæ pedagia vulgo nominantur quam in alijs rebus liberè, & sine, cuiusdã interpellatione per frueñdis, vt notat *glos. in d. authen. babita arg. l.* 109. *si quando ff. de legat.* 1. *& l.* 4. *de publica. & vectig. & l.* 5. *vniuersi de vectigal & commissis..*

15 Nam eadem vtrobique ratio est, vt quamdiu in gymnasio sunt scholastici tamdiu in via esse censeantur secundum *DD. in l.* 17. *cum fil famil.* ibi *Alciat. ff. si cert. pet.*

16 Principum si quidem beneficia quam latissimè interpretari conuenit *l.* 1. *de legib. & constit. princ. l.* 2. *§. merito ne quid in loc. publ. l.* 3. *si quando C. de bon. vacant.* præsertim si ea

16 sint Iuris communis quantũuis contra communem regulã concessa, vt notat *Anton. de Butr. in cap. olim tibi in fin. de verb. signif.*

Secus vero est si ea priuata sint, aut omnino singularia quæ strictæ sunt interpretanda, etsi priuilegia *cap.* 1. *de fil. presbyt. Bartol. in l.* 1. *in princ. per ill lex. C de legib.*

18 Iniquùm enim est quod fauore conceditur in odium retorqueri *cap. quod ob gratiam*, vbi latè *Dyn. de reg. iur. in* 6. *l.* 6. *quod fauore C. de legib. l.* 19. *plures in fin. C. de fid instrum. l.* 1. *§. accedit C. de rei vxor. acti. Bald. in l.* 4. *si Rufinus C. de testa. milit. quomodo & Imper.* absurdum esse dicit temerariũ liberalitatem principalẽ subtili, & astuta interpretatione non augeri potius quam denuis, vt est *tex. in l. vlt. circ. med. C. de prapos. agen. in reb. lib.* 12.

19 Quando quidem proprium est principis liberalitatẽ exercere *cap.* 2. *de donatio cap.* 2. *de suppl:nd. neglig. pralat. lib.* 6. *Alberic. & Bald in l. vlt. de constit. princ.* & idem *Bald. in l. vbi §. cum autem in fin. C. de caduc. tollend. & in l.* 4. *& in legatis C. ad l. falcid.*

Neque enim frenum patitur magnificentia liberalitatis in Principe propter dignitatem ipsius *l. penult. C. de donat. inter vir. & vxor. l. sancimus §. exceptis C. de donat. l. cum multa in fin. C. de bon. qua liber. l.* 2. *hac saluberrima C. de præpos. in reb. lib.* 12. sic vt, & plerumque ea ab omni diminutione aliena est *§. illud authent. de consti qua de dign. Bald. cons.* 417. *in fin. lib.* 4. *Crauett. cons.* 404. *nu.* 16. *lib.* 1. *& cons* 889. *nu.* 6. *& in vers. liberalitatem.*

Ex quo rectè *Gregorius Magnus Pontifex in cap.* 1. *de donatio* hanc inquit sibi quo ad modo legem nobilitas imponit, vt debere se quod sponte

tr buit

tribuit existimet, & nisi in beneficijs satis caueric nihil se præstitisse patet.

Quam in sententiam præclare quoque scribit *M. Tull. Cicero in orat. pro Rege Deiotaro Frugi* hominem dici non multam laudis habet in Rege fortē iustum grauem magnanimum largum beneficium liberalem esse hę sunt regiæ laudes.

20 Quod si ergo augendæ rei alicuius causa Princeps aliquid indulsit id operari deminutionem nullo modo debet *Leg. si mancipia in princ ff. de fund. instrut. lega. cum similib. allegat per Brun. in tract. de deminut. col. 2. vers. idem etiam est quem ad hoc refert Cephal. cōs. 67. nu. 5. lib. 1.*

21 Ex quibus omnibus liquido apparet, quod sicut pia loca, & Ecclesia habent fori electionem, ita pariter scholæ literarum quæ sunt plantaria, & seminaria Ecclesiæ, & argumentaria veluti quædam rerum publicarū minimè eo grauare oportet, quoniam generaliter omnia priuilegia quæ Ecclesię competunt alijs quoque locis pijs, & maximè scholis literarum competere manifestum est, qua de re est textus valdè notabilis *in leg. 35. omnia vbi Bart C. de Episc. & Cler & in §. pro temporibus auth. de Ecclesiast. tit. coll 9. & in l. 19. illud iun. glos. C. de sacros. Eccl.* cui sententiæ subscribit *Ioan. Andr. in cap. 2. de in integr. restit. lib. 6.* quem refert, & sequitur *Panorm. in cap. relatum de test. & in c. 1. de in integr. restit. Euerard. in Topic. ab Ecclesia ad pia loca*, & sic consultus respondi nonnullis quippe vicibus, & vidi etiam in hanc sententiam deuenisse viros valde graues, & miræ eruditionis, & præsertim clarissimum Equitem Dominum meū D. Fabritium Carrafam virum in legali scientia, & præsertim in Satris Canonibus versatissimum.

QVAESTIO XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Publicæ pœnitentes gaudent fori electione.*

2 *Publici penitentes sunt conueniendi coram inquisitoribus.*

3 *Miserabiles personæ sunt sub protectione Ecclesiæ.*

4 *Intellectus ad text. in c. aliud 11. quæst. 1.*

ARGVMENTVM.

An publicæ pęnitentes gaudeant beneficio electionis fori.

1 Regula sit affirmatiua, vt publicè pęnitentes gaudeant

deant fori electione, quia tales sunt miserabiles personæ, vt per *Imol. in cap. significantibus de offic. deleg.* qui sunt de foro Ecclesiæ *Barbat. in cap. 2. nu. 60. de foro compet. Perez in l. Regni Castell. libr. 3. tit. 1. vers. 4. c. item publica pęnitētes.*

2 Et ratio est, quia Inquisitores fauore fidei sunt Iudices cōpetentes omnium causarum ciuilium, & criminalium illorum qui Ecclesiæ sunt reconciliati, & habitum gestant publicè pœnitentium: qui vulgariter *sanbenitados* vocantur quippe qui sub iurisdictione Inquisitorum sunt nolasque Iudices seculares, vel Ecclesiasticos in omnibus causis habent *tex. est sing. in cap. aliud 11. qu. 1. & in cap. aliud de pęni. §. 1.* vbi Leo Papa statuit in dictis Iuribus, dicens: si quis pœnitens causam habeat quam negligere forte non debeat melius est illi, vt expectet Ecclesiasticum quam forense iudicium, & statim ibidem Gratianus subiungit hoc esse generaliter intelligendum tam in ciuilibus causis quam in criminalibus, ita affirmant *glos. & interpetres ibi Host. in summa de foro compet. §. expremissis patet nu. 11. Spec. tit. de compet. Iud. Butr. §. 1. vers. 17. Calder. cons. 7. tit. de Iud. auth. in cap. 2. de foro compet. col. 2. & ibi Barb. nu. 71. Alciat. in praxi vtriusque Iuris tit. de compet. Iud. ad. vers. 6. Repertorium Inquisitorum in verb. pęnit. pecuniariam*: quæ conclusio amplianda est siue penitēs sit actor, siue reus *glos. in verb. Ecclesiasticum in d. cap. aliud tenent DD. modo citati*, & in hoc casu cessat iuris regula

3 quod actor sequitur forum rei vnde dicit *Innoc. in cap. significantibus de offic. deleg.* quod pęnitentes, & aliæ miserabiles personæ sunt sub protectione Ecclesiæ, & super iuribus suis possunt adire Iudicem Ecclesiasticum sicut causæ pauperū, pupillorum, & viduarum, ac miserabilium personarum ad examen Ecclesiæ pertinēt *cap. licet cap. defensionis 87. distin. c. si quis de pęnitentibus 24. qu. 3. cap. super quibusdam in fin. de verb. signif.* sed contrariam sententiam tenuit *Abb. in cap. 2. num. 9. de foro compet.* ibi *Aret. colum. 2.* quos allegauit mihi *Ioannes Antonius Nouarius frater Couarruuia in quæst. pract. cap. 34. num. 13. & Iac. Sept. instit. cath. cap. 47. nu. 19.* qui nituntur respondere ad *tex. in d. cap. aliud dicentes illum tex.* procedere de cōsilio tantū, aut in causis mixti fori, quod nihil pęnitentes potius Iudicem Ecclesiasticum quam secularem adeant, vel quod prædictus *tex.* loquatur de talibus pœnitentibus, qui

aliquem

aliquem profitebantur ordinē, vel Religionem quandam publicè pęnitentiæ qui sunt sub iurisdictione Ecclesiastica de quibus loquitur de re conciliatis, vel degerentibus publicum habitum pęnitentium ne eorum delicta priuilegium tribuant aut exemptionem *cap. intelligimus de iudic. c. legimus 16. quæst. 1. l. relegatorū §. fin. in fin ff. de interdictis & releg. l. siuè hæreditaria ff. de nego. gestis*, sed inter se pęnitentes leuiter rixati fuerunt, dū sunt in perpetuis, vel tēporalibus carceribus, vel propter habitum pęnitentiæ vnus in alterū conuitia dixerit: ita *Iac. Sept. in instit. cath. cap. 47. nu 20. allegando cap. accusatus de hæret, lib. 6.*

QVAESTIO XLV.

SVMMARIVM.

1 *Consortes litis gaudent beneficio electionis fori, vt eorum socij, quod limita num. 15. & 16.*

2 *Connexorum idem est iudicium.*

3 *Actor sequitur forū rei, quod limita nu. 4.*

5. *Habens rem communem cum Ecclesia gaudet præscriptione, sicuti Ecclesia.*

6 *Laici patroni Ecclesiarum tenētur præsentare infra quatuor menses.*

7 *Clerici patroni tenentur infra sex menses præsentare.*

8 *Laicus compatronus cum Clerico, vtitur tempore præsentandi, quo vtitur Clericus.*

9 *Sententia lata à pluribus Iudicibus, quo non alter nō est inhabilis valet.*

10 *Restitutio concessa pupillis competit litis consortibus.*

11 *Beneficium concessum minori, maiori litis consorti communicatur.*

12 *Immunitas concessa Clericis de non hospitando extenditur ad fratres cum eis habitantes.*

13 *Frater non admittitur ad testificandum pro fratre, sed limita nu. 14.*

17 *Beneficio mihi competendi eæ persona tua non vtor te inuito.*

ARGVMENTVM.

Consortes litis cum habentibus fori electionem, an gaudeant eodem priuilegio eligendi forum.

1 Regula sit affirmatiua scilicet consortes litis, cum habentibus fori electionem, gaudere eodem priuilegio eligendi forum vnde qui causam simul cum pupillo, vidua, aliauè miserabili persona habet, gaudet

gaudet beneficio electionis fori, ad instar gaudent ipsæ miserabiles personæ, vt habetur per *Nattam in consf.590.num. 56.vol.3. Foller. in constit. Regni statuimus nu. 14. & seqq.* tradunt etiam *Cumia in ritib. Siciliæ cap. 82. nu. 15. Thesaur. in decis. 177. num. 5. Menoch. de arbitr. Iudicum lib. 2. casu 66. nu. 17. Marchesan. de commissionib part. 2. §. 2. in tit. de auocat. causarum nu. 42. Viu. in decis. 521. nu. 21.* vbi testatur sic decisum per signaturā iustitiæ Romæ coram Illustrissimo Cardinali Sfortia.

Et ratio est, secundum me, ex connexitate, cuius causa multa conceduntur, quæ alias non concederentur *l. etiam §. 1. ff. de minorib. l. si alieni num-*
2 *mi ff. de solutionib.* & quia cōnexorum idem est iudicium *cap. translato de constitutionib. cap. præterea*, & ibi *gloss. de offic. deleg. l. 2. de iurisdict. omn. iudic.*

3 Hinc; quamuis actor teneatur sequi forum rei, vulgatis Iuribus, tamen hoc non habet locum, quando sunt plures rei de eiusdem causæ, & ad eun-
4 dem agitur: tales rei omnes, qui sunt diuersis iurisdictionibus subiecti, diuersosque Iudices immediatos habēt, benè possunt propter eandē, & indiuisibilem causam coram vno eodemq; Iudice ipsorum omnium mediato superiore conueniri, nè causæ continentia diuidatur, *l. nulli C. de iudicijs cap. 2. de causa possess. & proprietatis*, & vtrobique Doctores latè *Capyc. in decis. 122. & 173. Artamanus obseruat. 7. in tit. de iudic. lib. 2. Misinger. obseru. 4. centur. 1.* vbi sic in camera Imperiali seruatum refert.

5 Et huc etiam spectat, quod priuatus habens rem communem cum Ecclesia Romana, gaudet beneficio ipsius Ecclesiæ, vt contra eum non currat præscriptio, nisi centum annorum, iuxta sententiam *Innocentij, & Abbatis in cap. ad audientiam de præscriptionib; vnde Rota Florent.* decidendo voluit, quod ratione connexitatis, quando plura bona separata simul venduntur, poterit vicinus, qui in vna re tantum cohæret, omnia bona sua retrahere, vt testatur *Magon. in decis. 29.* iuxta cuius sententiam vidi quandoque responsum per eruditos viros.

6 Hinc enim est etiam, quod licet laici patroni alicuius beneficij, vel Ecclesiæ, teneantur ad illud beneficium præsentare infra quatuor menses ad *text. in cap. cum propter de Iure patronatus in 6. cap. vnico §. fin. vbi gloss. in verf. qua-*
7 *drimestre eodem tit. in 6.* & sic Clerici fuerint, teneantur in-

ſta ſex menſes præſentare, *cap. vnico de Iure patronatus in 6. cap. quoniam cap. ſi verò, cap. iam te, & cap. ſi propter extra eodem tit. Biſignett. deciſ. 3 in eod. tit. de Iure pa-*
8 *tronatus*; tamen ſi laicus ſit cõpatronus cum Clerico, tempus ſemeſtre, quod competit Clerico, competit etiam, & laico, & non eſt inſpiciendum tempus quatuor menſium cõpetens laico, iuxta *gloſſ. final. in cap. vnico §. fin. de Iure patronatus in 6.* vbi etiam hoc notant *Anchand. Archidiac. & Abb. cum pluribus alijs congeſtis per Lambert. de Iure patronatus par. 2. lib. 1. quaeſt. 6.* & nouiſſime abunde tradit *D. Riccius in ſua praxi reſol. 458. tom. 2.*
9 Hinc ſententia lata à pluribus iudicibus, quorum alter erat inhabilis, & minus competens, valet *Abb. Felin. Butr. & Innocent. in cap. cum ſemper de offic. deleg. Vantius de nullitate ex defectu iuriſdict. ordin. num. 183. Maſtrill. in deciſ. Siciliæ 27.* vt etiam dicimus de proceſſu facto à Iudice recuſato cum Iudice non recuſato: nam ratione connexitatis ex parte Iudicis non recuſati, valebit proceſſus, iuxta *deciſio. Rotæ, de qua per Achill. de Graſſ. in deciſ. 2. de exceptionib.*
10 Et huc etiam pertinet, quod reſtitutio conceſſa pupillis, competit litis conſortibus *l. 1. vbi Bart. C. de conſort. eiuſdem litis Bimius in conſ. 98. nu. 31. vol. 1. Aff. lect. in Conſtit. Regni obſcuritatem num. 20. in fin. Muta ſuper rit. Siciliæ 134. nu. 23. & ſeqq.* & beneficium conceſſum minori, maiori li-
11 tis conſorti ſemper communicatur, iuxta *deciſ. Afflict. 151 Franc. in deciſ. 269.* ſubdens, adeò beneficium conceſſum pupillis, acquiri maioribus litis conſortibus, quod non poteſt per pupillos renunciari, & ſic tradit per Sacr. Conſil. deciſum, ſequũtur etiam *Cagnol. in l. 1. num. 44. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Ruin. conſ. 76 lib. 4. Couarr. lib. 4. practicarũ quaeſtionum cap. 7.* & ideò diſponitur in *l. ſi communem in princip. ff. quemadmodum ſeruus amittatur*, quod ſi maior habet fundum, cui debetur ſeruitus communem cum pupillo, licet vterque non vtatur, tamen propter pupillum maior etiam viam retinet, latè *Felyn. in cap. 1. col. 3. & ſeqq. extra de reſcript. & in rubr. de offic. deleg. in 1. col.* vbi multa ſimilia adducit.
12 Hinc immunitas hoſpitandi conceſſa Clericis, extenditur ad fratres ipſorum Clericorũ ſecum habitantium in domo cõmuni, *Arnon. ſing. 83. Bombim. in dub. 8. poſt eius conſilia, Marſil.*

Marsill. in sing. 180. *Aloysius de Leo in l. placet C. de sacrosanct. Eccles.* vbi allegat *tex. in cap. 1. de immunit. Eccles.* ex eo quod priuilegium alicui concessum, extenditur ad eius socios, *Abb. & Felyn. in cap. quæ sit nu. 1. de Iudæis, Dec. in l. in omnibus ff. de regul. Iuris, Affl. in Const. Regni sequentes nu. 11. Bald. in l. administrantes §. 1. ff. de excusat. tutor.* & in specie quod socius consequatur vacationem, & immunitatem ab oneribus cõcessam suo consocio, & *gloss. in l. fin. ff. de muner ib. & honorib.* & tradũt *Iason. in l. si emancipati col. 4. C. de collat. Cephal. in cons. 661 lib. 5. nu. 78. Natta cons. 65. nu. 2.* latè *Surd. in cons. 301. nu. 8.* vbi dicit, quod immunitas cõcessa Doctoribus extẽditur ad eorum fratres, & ibi alios allegat.

Et hunc benè facit singul. doctrina *Baldus in leg. seruitus per illum textum ff. quemadmodũ seruitus amittatur*, vbi etiam *Angel. & Florian.* hoc notãt, quod si sunt plures Domini vnius Castri, & per vnum solum iurisdictio exerceatur, quod omnes videntur, vti ea iurisdictione, & sic possessio omnibus conseruatur.

13 Hinc licet frater non admittatur ad testificandum prò fratre, iuxta doctrinam *gloss. in l. lex Iulia vers. sed an prò eis ff. de testib.* quam sequuntur *Soccin. vol. 2. cons. 17. Aretin. cons. 33. col. 6. Bart. in l. parentes vers. quaro quid in fratre C. de testib. Gabriel. conclus. 14. de testibus*, tamen admittitur

14 frater prò fratre quando habet contestem non consanguineum, vt per *Bald. in cons. 10. col. 2. vol. 4.* Inhabilitas enim vnius testis suppletur ex habilitate alterius, *Bald. in l. si quis argentarijs §. cogentur*, & ibi *Castrens. & Iason. & alij ff. de edendo, Alex. cons. 14. vol. 2. Paris. cons. 120. vol. 1. Gabr.* latè alios *cumulans in concl. 5. de testib. Cancer. variar. resol. cap. 20. de testib. nu. 58. par. 1.*

15 Limita firmatam conclusionem consortes litis, non gaudere fori electione, vbi causa esset diuidua, vt dicit *glos. in l. vnica in verbo patrocinari C. si in vna eademque caus.* & tradit *Cumia in rit. Sicil. cap. 82. nu. 15. in fin.* & ratio est, quia ex persona adiuncti, tunc quis consequitur, id quod ex persona sua consequi nequit, vbi sumus in materia diuidua, vt per *Angel. in l. si communẽ ff. quemadmodũ seruitus amittatur Dec. in auth. cassa in 2. notab. C. de sacrosanct. Eccles. Nevisan. in Sylua Nuptial. lib. 6. num. 42. Cacheran. in decis. 103. num. 9.* vndè meritò Sacrum Consilium iudicauit, vt tunc restitutio detur ma-

G 2 iori

iori litis conforti cum minori, quando causa esset indiuidua, at secus quando diuidua teste *Afflict. in decis.* 113.

Et Hinc est, quod quãdo Clericus, & laicus in casu diuiduæ, Iudex laicus facit causam laici, & Ecclesiasticus causam Clerici, *Capyc. decis.* 173. vbi dicit, quod quando causa est diuidua Sacrum Consilium retinet laicos, & remittit Clericos, & inter diuiduas causas intelligitur hypotecaria, iuxta quam senten iam nonnullis quippe vicibus consultus respondit vir miræ erud tionis, & doctissimus D. Thomas Imperatus meus deuinctissimus.

Hinc etiam est quod si Clericus, & laicus fratres habent patrimonium indiuisum, tamen laicus propter hoc non consequetur excusationem à muneribus, quia publica vtilitas, ex quo causa est diuidua nou debet vacillare obtentu priuilegij Clericalis *Specul. in titul. de Cleric. coniugat. col.* 2. *versic. quid si Clericus habens*, tradit *Felyn. in cap.* 1. *extra de præscription.* vbi hoc declarat non procedere in priuilegio Reali dato vni ex socijs, quo cęteri gaudent.

Limita 2. vt non procedat, si habentes fori electionem, suo vti nollent priuilegio fori, quia neque litis consortes eo vterentur, vt in proprijs nostris terminis notat *Cassan super Consuetud. Burgund. rubr.* 9. *§.* 17. *glos.* 3. *num.* 2. quem refert, & sequitur *Marchesan. de commission. in tit. de Auocat caus. par.* 2. *§.* 2. *nu.* 44. quæ limitatio secundum me probatur per textum aureum in *l. si Iudex*, vbi *Bart. ff. de minorib.* qui disponit, quod beneficio mihi competenti ex persona tua te inuito non vtor, vt latè in quadam facti contingentia disputando obtinui.

Limita 3. in causis criminalibus, in quibus consortes litis non debent gaudere beneficio electionis fori, quod secundum me probatur per *textum in leg. si quis vxori ff. de furtis in princip.* vbi in delictis socius criminis minimè gaudet priuilegio socij, nam si vxor, & Titius à marito res surripuerint simul, Titius tenebitur actione furti, licet vxor ab ea libera sit, & solum teneatur actione rerum amotarum.



QVAE-

QVAESTIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Causa connexa dicitur, quæ separari non potest.*
2 *Ius patronatus dicitur spiritualitati annexum.*
3 *Connexum dicitur, cum ex duobus illis, quæ connexa sunt vnum ad alterius perfectionem tendit.*
4 *Connexa dicuntur quæ ad vnum finem tendunt.*
5 *Connexa dicuntur, quæ sub vna specie continentur.*
6 *Connexa dicuntur indiuidua.*
7 *Continentia quæ sit.*
8 *Capitula connexa quæ.*
9 *Adulterium lenocinio est connexum.*

ARGVMENTVM.

Causa connexa, quæ dicatur; ad hoc, vt litis consortes cum habentibus fori electionem, gaudeant eodem beneficio fori electionis.

QVoniam in proximo iam relato casu firmatum fuit consortes litis, cum habentibus fori electionem, tunc gaudere eodem beneficio, quando causa est connexa, & indiuidua; ideo hic reponere volui, quando causa connexa esse dicatur.
1 Causa connexa, & indiuidua illa itaque dicitur, quæ separari non potest, & in vno, eodemque iudicio debet terminari, *l.1 ff. si plures ad eandem rem, l. nulli C. de iudic.* connexum enim in Iure nostro
2 dicitur, quod separari non potest, vt verbi gratia ius patronatus dicimus spiritualitati annexũ *c. quanto de iudic.* nõ enim sine corruptione separari spiritualitas à temporalitate potest; cum in ea temporalitate viuat spiritualitas, vt anima in corpore *cap. si quis obiecerit 1. qu. 3.* & ibi declarat *Ioan. de Turrecrem. & D. Thom. 2. 2. quæst. 100. artic. 1. in responsione sexti argumenti* dicitur etiam cõ-
3 nexum; cum ex duobus illis, quæ connexa sunt, vnum ad alterius perfectionẽ tendit. Hoc mihi probat *in l. eum actum §. planè si quid connexum ff. de neg. gest.* si seruus negotia gerens ędificium reficere incipiat, & factus liber, in refectione perseueret, actus illi, quicquam diuerso tempore, ac à persona diuersi status facti, connexum tamen negotium habent, atque ita de toto rationem esse redendam, *Vlpianus* respondit, & licet actus plures in se sint, cum tamen connexa sunt vnius loco iudicantur, illa scilicet perfectione inspecta, cum vnus omniũ sit finis. Hine plura vulnera, quibus homo interficitur, effi-

ciunt; is percussor non vulnerare, sed occidisse dicatur, *l. illud in fin. ad l. Aquil.* quo adducto de Iure respondérunt *Signorol. & Fulgos. in respons. inserto post commentaria Cepolla ad titulum C. de seruis*
4 *fugi*. Connexa negotia esse, quæ ad vnum finem tendunt, & in hanc sententiam citarūt *glo. cum filius §. 1. de verb. oblig.* sic docuit *Bald. in l. ampliorem in fin. C. de appell.* & post eum *Felyn. in c. cum inter num. 7. de re iud.* connexa, & coniuncta dici, quæ ex consequentia factorū, diuersionem
5 non recipiunt, Connexa pariter dicimus, quæ sub vna specie continentur, vt probat *tex. l. etiam si §. 1. ff. de minor.* pupilla à suo curatore conuenta fuit condemnata ad restituendum fundum; item ad domū restituendam. Pupilla aduersus vnum caput sententiæ restituta est, (puta) quòd domum restituere condemnata est: actor vult ex integro in eam agere, quasi tota sententia rescissa sit, respondit *Modestinus*, non posse cum due species domus, & fundus sint separata, nec vnum alteri cohęreat. Ego intelligo post modum tunc cohærere vnum alteri, puta, si restituatur pupilla, vt domum consequatur, erit etiam in eo rescissa sentētia, vt pretium eius aduersarius cōsequatur, cum pretium ipsi rei cohæreat, quare rectè ex *tex. in illo docuit Aret. in cap. translato, 1. notab. de constit.* connexa dici, quorum vnum sine altero stare non potest, & *Aret. sequutus est Frāc. Niconitius in rubr. ff. de oper. nou. nunc. nu. 58.* à qua opinione non dissentit *Aret. cons. 29. nu. 20. vers. his breuiter præmissis*, qui respondet; connexa illa dici, quorum vnum pendet ab altero, vt in necessariū antecedens, vel necessarium consequens venit, quò circa, inquit ille ipse *Aret.* mandatū de suscipiēdis mutuò pecunijs pro negotiorum administratione, esse quid connexum ipsis negotijs gestis, & administratis, ex *l. 1. §. non autem de exercit. act. ex l. si tutor post pubertatem de tutel. & ratio. distrab. ex l. ita autem §. si tutor. de admin. tutor. & ex l. 3. §. in iudicio de contract. Iudic. tutela*, quam egregiam *Aret.* declarationem probauit *Marsil. rubr. ff. de fideiuss. num. 218. & Crauett cons. 232 nu. 1.* quo loci subijcit *Crauett. post Ang. cons. 326. col. 3. in 4. dub.* con-
6 nexa censeri indiuidua, & ob id respondit *Ang.* quod si vnus hæredum contrauenit contractui ob dolum, vel metum illatum, in totum etiam, quo ad alios rescindi, quoniam contractus connexitas quid indiuiduum

uiduum iudicatur, his accedit *Ancb. consf. 160. col 2. vers. item dicitur*, qui respondit, connexa dici induidua, puta, domus vna alteri connexa est; cum ex vna ad alteram patet aditus, *l. quod conclaue, ff de damno infect.* & alibi *in l. pradÿs §. balnea. ff. de leg.* 3. has domos coniunctas habet, quod idem est, ac si connexas dixisset, sic inquit *Ancb.* Cęmiterium Ecclesiæ connexum dicitur: ob id polluto cæmiterio, polluta Ecclesia dicitur *cap. 1. de consecr. Ecclesf. vel altar. Rota dec. 6. de concess. praben. in nouis*, quæ ob id decidit, quod habens gratiam in certa Ecclesia de beneficio inibi vacaturo, potest acceptare beneficium vacans in cæmiterio, vel ambitu, vel Cappellis ipsi Ecclesiæ cõtiguis situato, hac etiam ratione inquit idem *Ancb.* plura ædificia continentia esse Ciuitati, quæ serie quadam situata, ac velut connexa sunt *l. 2. l. ædificia, de verb. signif. cap. si Ciuitas de sent. excom. in 6.* ita pariter *M. Tull. in 1. de in-*
7 *uent.* his verbis scripsit: continentia ipso negotio sunt ea, quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari. Sic porticus Ecclesiæ, dicitur esse connexus ipsi Ecclesiæ, ita vt confugiẽs in porticum, immunitatem consequatur, ac si ad Ecclesiã confugisset, *cap. si quis contumax 17. quast. 4.* quo textu adductus sic docuit *Rom. in repet. l. si vero §. de viro num. 214. solut. matr.* adeò porticus esse domui connexas, vt in porticu vulnerans in domo vulnerasse dicatur, confert *l. cætera §. hoc senatus consultum, el 2. de leg.* & quæ scribunt ibi omnes, & in *l. plerique*, ibi *Iason. nu. 19. ff. de inius vocan.* vt is, qui non potest in domo præhendi, nec etiam possit in porticu.

8 Hinc ergo rectè *Bartol. in l. Aurelius §. idem quasÿt in fin. ff de lib. leg.* connexum capitulum esse docuit, cum ipsum solum factum cum suis qualitatibus continet; puta, si dico, me tibi centum, sub conditione promisisse, ita plura capitula connexa dicuntur, (inquit ille) si dico, me tibi centum promisisse pacto incõtinenti adiecto, vt tu prò me ires Romam: nam cum inesse dicatur, quod incontinenti fic *l. lecta, vers. dicebam ff si cert. pet.* perinde est, ac si vnico cõtextu facta esset promissio, *Bart. assentitur Felyn. in cap. cum inter nu. 7. de re iudicat.* sic capitula esse connexa dixerunt iam à me relati *Signorol. & Fulgos. qui Bart.* sequuti sunt. Si dicerem, me tibi decẽ promisisse, sed à te mihi esse factum pactum, de non peten-

do, quod sanè exemplum probauit *Boer. decis. 243. num. 9.* verum si confertur cum *Bart.* traditione, ab eius opinione, non parum recedere videtur, cum separata illa esse sentiat *Bart* quæ per temporum interualla gesta sūt. Rectius tamen sensisse *Signorol & Fulgos. ac Boer.* opinor, vt statim dicam. Sic aiunt isti, sunt duo capitula connexa, cum vnum ab altero descendit, quod placuit *glos. in d. l. etiam §. 1. de minor.* quam sequuti sunt *Bald. in l. 2. nu. 1. C. de re iud. Socc. Sen. inter consilia Curt. Sen. cons. 20 col. 10. versic. si ergo respectu Ripa in l. admonendi nu. 124.*
9 *de iureiur. & Crauett. consil. 175. nu.* quare adulterium cum lenocinio connexum esse, vtpotè ab eo descendens, dixit *Bartol. in l. qui reus de public. iud. & in l. 2. §. si publico de adulter.* sic, vt inquit *Boer. d. decis. 43. num. 5.* connexa dicuntur, quando vnum est consequens alterius: puta, fateor me per apocham esse confessum à te accepisse centum; sed illud asseueraui, dixisse sub spe futuræ numerationis, vel si dicam, te mihi dedisse decem, quæ tibi solui. His accedit, quod respondit *Card. Zabarel. consil. 9.* Iudex, idest de Iure &c. *col. penult. vers. prætereà,* quod potuerit &c. si arbiter laudum sic proferat absoluo Titium à petitione Sempronij; hoc adiecto, vt Sempronius conqueri possit, si læsum, se senserit, respondit ille, esse duo capitula connexa, idem pariter sensit *Zabarell.* si sic arbiter pronunciat: pronuncio Titium debitorem in centum, & declaro illū, quinquaginta soluisse. Quo fit (inquit ille) si vnam partem acceptare volet, sic, & alteram, & è contra, ex *cap. translat. de constit. cap. cum super de offic. deleg. & l. 1. §. item quæritur ff. de aqua quotid. & æsti. & alijs permultis.*

Non etiam illud Præteribo, quod à *Bart scriptum est in l. 3. §. filius nu 3. de lib. & posth.* dum docuit vnum capitulum dici simul connexum, quando plura in vnum concurrere possunt (puta) plures hæredum institutiones in vno gradu: connexa etiam dicuntur, quando vnum fuit causa alterius: vt si fideiussores, occasione laudi, intercesserunt, dicitur causa fideiussionis, cum causa laudi connexa, ita causa excōmunicationis cum causa, ob quam lata est, connexa dicitur, ita *Dec. cons. 33. nu. 2. post Rotam, quam citauit.* Et ex his satis potest intelligi, quæ separata dici possunt:

QVAE-

QVAESTIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Vxor habet priuilegium electionis fori, vt vir, quod amplia vt nu.* 10.

2 *Priuilegium concessum marito dicitur concessum vxori, & quare num.* 3. *Amplia num.*4.

5 *Vir, & vxor per matrimonium efficiuntur vna caro.*

6 *Vxor reputatur pars corporis viri.*

7 *Mulier mariti honore vtitur, & iniuria facta vxori dicitur facta viro nu.* 8.

9 *vsus relictus marito, censetur relictus vxori.*

11 *Vxores Clericorum coniugatorũ gaudent priuilegio fori Clericalis.*

12 *Mulier effecta vidua gaudet priuilegijs mariti mortui.*

13 *Omissum in contractibus dicitur omissum.*

14 *In contractibus nihil debet inquiri, præter id, quod scriptum est.*

15 *Vir, & vxor non debent ad imparia iudicari.*

16 *Correlatiuorum eadem est dispositio.*

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori competens marito priuilegiato competat etiam, & vxori.

1 Regula sit affirmatiua, & sic quod vxor habentis fori electionem possit, vti eodem priuilegio viri in fori electione, vt in proprij nostris terminis tradiderunt *Calà de modo articul. & prob. in princip. nu.*91. *Tartagl. in praxi ciuili Magn.Cur.Vic. cap.*2. *nu.*22. qui sic refert decisum in Sacr. Reg. Conf. vt etiam meminit nouissimè *Thorus in suo Aureo Compend. decis. in verb. vxor ad tex. in l. mulieres C. de incolis lib.*10. *& in l. exigere*, vbi *Glos. in verb. reddit. ff. de iudic.* quod probo, quia priuilegium
2 concessum marito, intelligitur etiam cõcessum vxori, quæ ipsi marito annexa esse dicitur *Villaut. de extensione legum in tit. de extens. priuileg. num.* 45. *Aloys. de Leo in l.*1. *nu.*14. *C. de Episc. & Cler. Menoch.*
3 *de arbit. Iudic. centur.* 6. *casu* 362. *num.*6. *Ferrett. cons.*167. *nu.*5. vbi tradit, quod licet in priuilegijs extensionum nulla fiat mentio de vxoribus priuilegiatorum, tamen includuntur per consequentiam necessariam, stante vnitate, & identitate corporis, *Asinius in tract. de exequutione §.*1. *cap.* 52. *nu.* 21. dicens, quod priuilegium immunitatis concessũ Doctoribus legis, & Medicinę, etiam in realibus comprehen-
4 dit etiam eorum vxores, & *nu.* 19. scribit adeò verũ esse,

quod

quod priuilegium concessum viro, comprehendat etiam vxorem, vt locum etiam habeat in priuilegio singulariter, & dispensatiuo contra ius concesso *Decian.in tract. crimin.part.1.lib.4.cap.9. nu.53. in fin.* vir enim, & vxor per
5 matrimonium efficiuntur vnũ corpus,& vna,eademque caro *cap.debitũ de Bigamis cap hac imago 33 quæst.5.cap. agathosa 27. quæst.2. l.1.ff. de rerum amotarum, l.1.§.vir.ff.ad Syllanianum*, & vna eademque caro censentur, *Castrens.in l. rei iudicata §.socero num.4. ff. solut. matrim. Surd.cons.367. nu.37.lib.3.& in tract. de aliment.tit.1.quæst.95.Cartar.in decis.23 num.4.Amat. in decis. Marchia 16.num.36.* & vxor
6 reputatur pars corporis viri *cap ad Apostolicam de conuers. coniugat cap.fraternitas, & c. frequenti 35.quæst.10.* & dicitur vnum corpus, & vna anima cum ipso viro, *l.1.ff. de ritu nuptiarum*,& reputantur socij diuinæ,& humanę domus *gloss.in l.hæres ff. de negot.gest. Amatus in decis. Marchia 63. nu.29.Decian.in tract.crimin. part.1.lib.4.cap.9. num.53.* Et idem esse dicuntur, *Menoch. de arbit.Iudic. casu 379.nu.5. Simon de Pratis cons.95.num. 44.* subdens quod impensa pro vxore iudicatur ad instar impensarum erogatarum prò marito, & pari passu ambulant; eamdem compensationem hęredum.

7 Hinc enim euenit, quod mulier mariti honore fruitur, & nobilitatur,& pari loco honore, & commodo comprehenduntur vir, & vxor *l. cæterum §.mulier in §. sequent.de vsu, & habitatione,l.fin.C.de nupt. in l.mulieres C.de dignitat.lib. 10.Tiraquell.in l.si vnquam in præfatio nu. 12.C. de reuocandis dotat.& optim.in tract. de nobilit.cap.18.per totum*, vbi ad hoc vtilia multa cumulat.

8 Hinc iniuria facta vxori,marito dicitur esse facta, vt post alios, quos allegat, habetur *Lancellott. Galliam super consuetud. Alexandria in versic. vxori num. 45.* & hinc vxores amittunt genus,& familiam patris, & transeunt in familiã viri, *l.quicumque*, vbi *Bart.C. de re militari lib.30.Barbat.in l.cum acutissimi nu. 150. C. de fideicomm.latè Tiraquell.alios allegans de legib. connubialib. gloss.1.par.1.nu.31.Surd. plures cumulans in cons. 140. nu. 10. & 11.lib.1.* asserens, hanc esse magis communem opinionem.

9 Hinc relicto vsu alicuius rei marito, censetur etiam relictus prò vxore *Felyn. in cap. quam sit conclus.1. de iudicijs, gloss. penult. in cap. omninò 31. distinct.*

distinct. Oltrad. cons.95.col.3. & hinc vir,& vxor cettari possunt eisdem cartis, *Iason in l. patris, & filij nu 7 ff de vulg. & pupill. Dec in l. licet num. 3.* vbi etiam *Iason. & Castrens. nu. 2. C de pactis.*

Hinc vxor, si eius vir haberet exemptionis priuilegium à solutione collectarum,& gabellarũ,quæ deberetur ex forma statutorum, gaudebit eodem priuilegio non soluendi gabellam, *Cuman. in l. non tantum in notab. ff. de re iudic. Ferrett. cons. 157. num.8. lib. 1.* vbi dicit, quod ad hoc benè facit *tex in l. fin. ibi æqualiu. C. de diuortijs.*

10 Hinc vxor, tam in ciuili, quã in criminali gaudet priuilegio fori, quo gaudet vir,& ibi debet conueniri, vbi vir conueniendus est, *tex. est*,& ibi *Bar. in l. nec ad diuersa C. de silentiar. lib. 12. & in l. sacris scriniis militantes, C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. & l. hac saluberrima, C. de præposit. agent. in rebus lib. 12. & l. penult. de fabricensibus lib. 11.* quæ prædicta Iura loquuntur, quando priuilegium fori habent viri ratione alicuius exercitij, officij, vel dignitatis, quem *text.* & alios Doctores id tenere refert *Franch. decis. 363.* & alios latè in facti contingentia scripsi.

Immò,& etiam in casu, quo vir ab officio cessat, gaudet priuilegio fori, propter præcedens officium, & exercitium, etiam gaudet,& ipsa vxor, prout in fabricensibus notat, *tex.* & ibi *Bart. & alij in d. l. penul. C. de fabricensibus lib 11.*

11 Et in Clericis coniugatis, quod vxores eorum gaudeant priuilegio fori Clericalis in omnibus causis, in quibus Clericus eius vir gaudet, & gaudere potest, notant *DD. in c. 2. de foro competent.* vbi *Abb. nu. 7. & 9.* addit eum *Soccin. ibidem num. 10 & in rubr. de foro competent. nu. 13. & omnes alios DD in d cap. 2. vbi Fely. Io. de Imol. Alex. de Neuo. ibidem à nu. 13. vsque ad 25.* vbi dicit hanc esse communem contra *Ioannem Andream*, licet ipse firmet ex pluribus opinionem *Ioannis Andreæ*, & deinde facit tres conclusiones, sed hanc opinionem *Ioannis Andreæ*, sequitur *Ioannes de sancto Gregorio in d. cap. 1.* & eam etiam sequitur *Alex. de Neuo in d cap. 2. de foro cõpet.* vbi per plura argumenta confirmat prædictam opinionem, *à nu. 13. vsque ad nu. 23.* & deinde in fine facit tres conclusiones, mouentur ex *tex. in l. femina ff. de Senator.* vbi vxores corruscant radijs maritorum, & eorum priuilegio, & dignitate gaudent, allegatur etiam *tex. in l. cum quadam puella,*

puella, ff de iurisdict. omn iud. vbi vxor collata in matrimonium ante iudicium cœptum debet conueniri in foro viri, secus autem, post iudicium cœptum,& lata forsan sententia.

Et extenditur hoc priuilegium, etiam si fuisset quæsitū priuilegium ex dispositione statuti, quod esset strictè intelligendum, & interpretandum, quia tale statutum extenditur ad vxorem, nam vxor vnitur per virtutem matrimonij ipsi viro,& tamquam pars corporis viri effecta esse dicitur: nam matrimonium est illius naturæ,& virtutis,quod transfundat originem vxoris ad originem viri, nullaq; est maior vnio, quam coniugalis, per quam vir, & vxor efficiuntur vna caro, *Soccin. latè plura allegans in d. rub. de foro compet.nu.*13.

12 Et hoc priuilegio, seu beneficio, quod comfertur in eam secundum *DD.* infra allegandos potitur ipsa vxor, & gaudet etiam, quod sit viduata viro, ea manente in viduitate, donec alteri nubat, *tex. est leg. filij §. vidua mulier ff. ad municipal illa ratione*: nam vidua, viduando videtur in matrimonio perseuerare, & in eiidem onere, & genere nobilitatis, donec ad secunda vota transierit *ex tex. in l fin. C.de incolis lib.*10. *§. non tamen in authent.de nupt. l. femina ff. de Senator. & per ibi notata, & notatur in l.eum te C.de nupt.* ita etiam firmat *Soccin. in d. rubr. de foro compet. nu.*13. *& Bart.Soccin.ad Marian. Soccin.in cap.2.nu.22.litt.B. de foro compet. & in cons.*12.*num.*18. *vol.* 1. & prædictam opinionē extendit, *Soccin. Sen. in cons.* 12.*nu.*18.*vol.*1. procedere, nè dum in foro, quod maritus sortitur de Iure communi, sed etiam si vir sortiatur forum ratione artis, vel priuilegij personalis, quia vxor eo casu similiter gaudet illo priuilegio allegat *tex. in l.penult. C. de fabricens. lib.* 11. idem firmat *Marian.Soccin. & dictum tex. in l.penult. in rub. de foro compet nu.*13.*in fin.* vbi etiam extendit, quod quis ex forma statuti nō posset conueniri coram officialibus mercantræ, non poterit etiam conueniri eius vxor coram dictis officialibus.

13 Hinc licet omissum in contractibus, habeatur pro omisso *l. quicquid astringendæ ff. de verbor. obligat. l. si extraneus ff de condit. ob causam l si cum dotē in princ. ff solut.matrim. Parisius cons.*117.*nu.*6.*n.*1.*Cephal.*

14 *cons.* 370. vbi quod in contractibus nihil debet inquiri, pręter id, quod scriptum reperitur, & vbi etiam locus extensioni,

sioni, tamen non fit de persona in personam *d. leg. quicquid astringendæ*, & in stipulatione non subintelligitur extrinseca persona, quæ non fit expressa *l. si ita stipulatus §. Chrisogonus in fin. ff. de verborum obligatione*; tamen quãdo maritus stipulatur sibi alimenta præstare, intelligitur stipulatus etiam prò vxore, vt voluit *gloss. in cap. admonere in versic. partem 33. quæst. 2.* & tradidit *Oldrad. in consil. 95. num. 10.*

15 Quorum omnium ratio est, quia vir, & vxor non debent ad imparia iudicari *cap. si quis vxorem 33. quæst. 1. Mantic. decis. Rotæ Rom. 50. nu. 10.* sed dispositum in marito, debet habere locum in vxore, ratione correlationis, & *Bal. in l. fi. C. de diuortÿs in l. fin. C. de indictæ viduitate tollen.* correlatiuòrum enim eadem est dispositio, & propterea dispositio loquens in vno, debet habere locum in alio, *d. l. fin. vbi Bart. l. Iulianus §. si procurator ff. de action empt. Abb. in cap. fin in 2. notab. de iudic. Lapus alleg. 11. Iason. qui dicit communem opinionem in l. qui condemnare num. 9 ff. de re iudic.* & communem opinionem etiam dicit *Curt. Iunior in cons. 6. in princ.* latè *Gabriel in conclus. 8. de legib. & constitutionib.* vbi ad plura notabilia infert, vt ibi abundè per eum videri potest.

QVAESTIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Sponsa gaudet electione fori, sicut sponsus.*
2 *Sponsa habet priuilegia vxoris.*
3 *Vxor pro marito testis esse nõ potest sic sponsa pro sponso nu. 4.*
5 *Sponsa habet priuilegium hypoteca in bonis sponsi.*
6 *Potentia proxima actui habetur pro actu.*
7 *Laureandus de proximo habetur pro laureato.*
8 *Banniendus incontinenti habetur pro bannito.*
9 *Idem efficit suspicio imminẽs, quod ipse actus.*
10 *Destinatio habetur pro re perfecta.*

ARGVMENTVM.

An sponsa habentis fori electionem gaudeat eodem priuilegio eligendi forum, sicuti sponsus.

1 Regula sit affirmatiua, & sic quod sponsa habentis fori electionem, gaudeat eodem priuilegio electionis fori, sicuti eius sponsus. Nam idem ius militat in vxore, quæ gaudet fori electione, sicuti vir, habens

habens idem priuilegium, quod in sponsa,& sponso: vnde sicuti prohibetur donatio inter virum,& vxorem, sic inter sponsum, & sponsam per verba de præsenti, *l. penult. ff. de donation. inter virum,& vxorem, gloss. in l. ea, quæ ff. ad municip. Bald. in l. cum te sponse C. de donation. ante nupt.* & facit, quia sponsus de adulterio sponsæ accusat sicut maritus de adulterio vxoris *l. propter C. de adulter. vbi glos.* ibi parificat spem matrimonij ipso matrimonio, per *tex. l. si vxor §. diuus ff. de adulter.* & hinc sponsa habet priuilegia vxoris *l. si sponsa ff. de Iure dotium*,& idē iuris est de sponso,& sponsa, quod est de vxore,& marito in fundo dotali, vt alienari nequeat *l 4. ff de fund. dotal.*

2 Et quod sponsa habeat priuilegia vxoris tenuit *Cardin. in clem fin. de celebrat. missarū in* 3. *quæst.* vbi quærit, si nomine Pontificum comprehendantur electi, nondum consecrati, & arguit, quod sic, argumentum de sponsa, quæ gau

3 det priuilegijs vxoris, & his adnectitur, quod sicut vxor prò marito testis esse non potest,& è cōtra: vnde vnus prò altero à testimonio repellitur *cap. literas §. idonei 4. quæst. 3.* vbi *gloss. in verb. imperari,* latè *Mascard. de prob. concl.* 1420. abundè post alios *Farinac. de*

testib. quæst. 54. sic pariter spon-

4 sa prò sponso,& è contra testificari non potest, vt per *Bald. in l. 2. circa fin. C. de testib. Alberic. in tract. de testib. cap. 2. num. 3. Gabriel in concl. 16. nu. 2. eodem tit. de testib. Mascard. de probat. d. conclus.* 1420. *nu.* 4. *DD. in l. etiam C. de testib.*

5 Hinc sponsa habet priuilegium hypothecæ in bonis sponsi, sicuti vxor in bonis mariti, secundum doctrinam *Angel. in authent. de æqual. dot. §. his cōsequentes ad finē collat.* 7. sponsi enim dicuntur coniuges *cap. coniux 27. quæst. 2.* & quod in fauorabilibus, vt in casu nostro appellatione maritatarū veniat sponsa, *est tex. in l. non fine, C. de bon. quæ liber.* vbi per *Cynum*, & habetur etiam per *Panorm. in rubr. extra de sponsalib.* quod meritò conceditur; nam, quæ incontinenti sequun

6 tur actum, censentur illi inesse: potentia proxima actui, habetur pro actu: disposita in termino, censentur disposita in via; & ideo pro facto habetur, quod paratum est, vt fiat, *l. abesse, l. si cui §. tamdiù ff. ex quibus causis maiores*, vnde, cum sponsalia sint disposita in matrimonium, ipsum matrimonium habetur prò contracto, & consequenter, sicuti vxor, ratione matrimonij gaudet priuilegijs viri, sic pariter sponsa gaudebit priuilegijs sponsi,

sponsi, nam vim pariter suam ostendit, quod incontinenti est faciendum, sicuti quod iam est factum.

7 Hinc enim videmus, quod qui statim laurea est ornãdus, habetur in multis prò laureato. Sic mox matriculandus, habetur prò matriculato, cingendus infra breue tempus, habetur prò cinto, *l. penult ff de milit. testam. Alex. in l. si quis id quod ff. de iurisdict. omnium iudic. Gail. in obseruat.* 80. *lib.* 2. *nu.* 9. condemnandus etiam infra breue tempus, habetur pro condemnato *Caball. de omni genere homicidij nu.* 167.

8 *& sequ.* bandiendus in continenti, habetur pro bandito, *Surd. cons.* 367. *nu.* 21. & delendus ex albo, habetur prò deleto, idem *Surd. in cons.* 367. *nu.* 22. vide scripta per *Carpan. ad statuta Mediolani cap.* 16. *nu.* 16. *&* 144. *lib.* 1. *& Farinac. in quaest.* 103. *nu.* 319. *& sequ.* vbi agit de occidente banditũ proximi rebandiendũ, sic perdendum, habetur prò perdito Conditio statim defectura, habetur prò defecta, *Marsil singul.* 106. *Caball. resolut crim.* 65. & idem efficit suspicio im-

9 minens, quod ipse actus *Surd. d. cons.* 367. *nu.* 21. ideò è carcere intra breue tempus liberandus, non debet valde arte custodiri, *Menoch. de arbitr. Iudic. casu* 304. *nu.* 9. quare ipse idem respondet *in cons.* 502. *nu.* 35. non censeri eum indignum, qui audiuit hæreditatem viuentis, quem sciebat ob delictum breui secreti feriendum, vel capite puniendum. Faciendum igitur de proximo habetur prò facto, *Gratian. lib* 1. *discept forens. cap.* 96. *nu.* 19. *Costa de facti scientia in*

10 *spect.* 25. immò destinatio habetur pro re perfecta, *Surd. cons.* 195 *nu.* 2. *Tiraquell. de legib connubiali lib. gloss.* 1. *nu.* 43 latè *Gabriel omnino videndus in concl.* 12. *de praesumpt.* ideò in legato vestis continetur ea, quæ nondum est completa, & consuta, sed adhuc existit pœnes sarcinatorem, *Crass. de succession. ab intest. in §. legatum quaest.* 21. & in vniuersum in legatis interpretandis; quidnam videlicet voluerit ijs contineri testator potissimum eiusdem spectamus destinationem, *l. quod in rerũ, §. si quis post testamentum ff. de legat.* 1. *Menoch. de praesump. lib* 4. *praesumpt.* 127. *nu.* 31. *Natta cons.* 479. *nu.* 21. *Surd. decis.* 241. *nu.* 12. *& sequent.*

QVAESTIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio fideiussoria est accessoria principali.*

2 *Fideiussor regulariter non potest*

potest in duriorem causam obligari.

3 *Fideiussio non extenditur vltra contractus naturam.*

4 *Exceptiones rei competentes prosunt fideiussori, sed vide num.7.*

5 *Exceptio personalis non competit fideiussori, & nu.9.*

6 *Fideiussores miserabilium personarum non habent fori electionem.*

8 *Laicus fideiussor Clerici non vtitur fori declinatoria Clerici.*

ARGVMENTVM.

An fideiussor miserabilium personarum gaudet beneficio electionis fori.

1 Videbatur prima facie dicendum in facti contigentia fideiussorem prædictum gaudere dicto fori priuilegio, quia obligatio fideiussoria est accessoria ipsi principali §. *in omnibus institut. de fideiussor.* vnde principali obligatione non subsistente fideiussoria corruit ea vero consistente naturam, & qualitates præcedentis obligationis inducit *Cauale. decis.91.nu.5.par.3.* cum regu-

2 lariter non possit fideiussor in duriorem caussam obligari *l. Grae. §. illud ff. de fideiussor. Specul. de compet. Iudic. adit. nu.26.in fin.Cancer.in 2. par. var.cap.5.nu.73. lib.2. comun. opinion. pag.41. in fin. Gomez tom.2. cap.13.num. 2.* neque

3 fideiussio prætenditur vltra contractus naturam *Bursat. cons.193. nu.6.* idcirco omnes exceptiones competẽtes principali competunt fideiussori *l 2.C.qua res pingn. l constitutionibus C.de vsur. l.tam mandatori,* vbi *Bald. C.de non numer.pecun.l.omnes ff. de exception. Magon.in decis. Florent.* 110. *numer.* 3. declarat optime *Farinac.lib.1.quæst.34.ex nu.25. elegãter Gaspar Caual. in adit.ad cons.18.Butr.* etiam inuito reo *Paris.cons.121. vol. 1.nu.9.* quanto magis illo postulante *glos. verb. competit in d. l. tam mandatori, & in l. si stipulatus esses de fideiussor.* & multa exempla refert *Marsil. in tract. de fideiussor. ex num. 268.* qui ample loquutus est teste *Bursat.cons.193.nu. 5.* & pulchre *Magon.in d.decis.110 num.4.*

4 Imo quod fortius est exceptiones rei eius personæ coherẽtes prosunt fideiussori quando alias inutilis redderetur exceptio, vel priuilegium reo competentes veluti, quia fideiussor si solueret repeteret soluta debitori principali, tunc enim reus ne iacturam patiatur potest in iudicio comparere suscepturus iudicium, tanquam defensor necessarius, vel vt pro-

vt procurator in rem suam, ex *l. idemque §. generaliter, & ex l. fideiussor §. quidam ff. mandat.* tradunt *Bar. in l. verum ff. pro soc. num. 3. & in l. cum filius §. 1. nu. 2.* vbi *Alex. nu. 6. Ias. nu. 4. de verb. oblig. Bar. in l. Stichum §. quod vulgo nu. 2. de solution. Bald. in l. quoties nu. 4. C. de precibus Imper. offer. Rebuff. in tom. 2. tit. de restitut. artic. & gloss. 3. num. 5. Duen. regul. 330. num. 3.* latè *Guttierez de iurament. confir. par. 3. cap. 15. ex nu. 15.* asserẽs huiusmodi cauthelam probari in expressis terminis in dicta *l. verum in vers. videndum*, vbi postquam dixerat, quod hoc beneficium est personale, & proinde fideiussori non datur sub die, sed si hic fideiussor socij iudicium susceperit, proderit sibi, & ratio est, quia defendere est eadem vicẽ, quam reus subire *l. minor vers. quoniam ff. de procur. qui tex.* inquit defensor mariti, in amplius quam maritus facere possit non est condemnandus, & ibi *Glos. vers. quam reus subire* allegat *d. l. verũ §. 1. alia iura*, ex quibus omnibus satis colligitur quod exceptio declinatoria fori competens principali debet competere fideiussori.

5 Nec obstat, si dicatur cum communi Doctorum opinione quod exceptio ex eo, quod est personalis non competit fideiussori, per *tex. in l. ex persona ff. de fideiussor. & glos. in verb. competit in d. l. tam mandatori*, nam adhuc saltem dici debet, quod reus potest iudicium in se suscipere, vt tueatur fideiussorem, si opponat istam exceptionem in persona sua, licet fideiussor, vt fideiussor ea, vti non potuisset per *tex. in d. §. generaliter vers. quod si eam*, vbi loquens textus in omissione exceptionis, reo principali competenti, inquit, quod si eam qua reus vti potuit omisit fideiussor non habiturum mandati actionem si quando habuit facultatem rei conueniendi desiderandique, vt ipse susciperet potius iudicium, vel suo, vel procuratorio nomine, & ibi *glos. in verb. conueniendi*, exponit idest denunciandi coram testibus, quam quidem cauthelam tenet idem *Bart. in d. l. & si fideiussor nu. 2. & Castr. in l. Marcellus col. 2. post medium ff. de fideiussor.* & tradunt *Lanfranc. in cent. 1. col. 17. in vol. 3. commun. opin. Guttierez de iurament. confir. 3. par. cap. 15. nu. 16.* quia nisi id agere posset iacturam pateretur, quoniam hic potest opponere exceptionis falsi contra instrumentum probando per testes in iudicio seculari.

Vnde si non fruatur fideiussor hoc beneficio soluet executionem posteaque repetet ab eo, & sic reus frustra priuilegium habebit.

6 Regula sit supradictis non obstantibus fideiussores miserabilium personarum non gaudere fori electione, vt in proprijs terminis scribit, *Marchesan. de commissionib. in tit. de Auocat. caus. parte 2. §. 2. num. 55. allegat text. in l. & si fideiussor ff. de re iudic. & Franc. Marc. in decis. 1057. par. 2. num. 12. & secundum*

7 *me probatur*, quia regula illa quod exceptiones rei competunt fideiussori procedit in exceptionibus obligationem respicientibus, & hærentibus rei, & substantiæ obligationis; secus verò si personæ obligatæ adhæreant, quia tunc cum personales sint obligati, & rei principali personam non egrediuntur, sicque fideiussor vti non potest illis exceptionibus, *l. si reus ff. iud. solu. l. sed si restituat §. 1. de iudic. l. exceptiones quæ persona de except.* facit *l. priuilegia, & l. in omnibus de Regul. Iur. l. ex persona ff. de fideiussor. l. si stipulatus esses eodem titulo l. fin. de pactis l. idemque §. generaliter ff. mandat.* & tradunt *Gomes. tom. 2. variarum cap. 14. num. 9. Cancer. in 2. par. variar. cap. 5. num. 161. Molin. de iustit. & Iure disputat. 539. Marsil. de fideiussor. num. 267. Roman. singul. 633.* & inde flu-

8 xit, quod laicus fideiussor Clerici non potest vti exceptione fori declinatoria Clerico reo principali competenti, sed coram Iudice seculari conueniri debet, *Guid. Pap. singul. 449. num. 2. Afflict. decis. 206. Bouadilla libr. 1. cap. 18. ex num. 246.* optimè *Marsil. de fideiussor. num. 311. post Specul. in tit. de competent. Iudic. Adit. num. 26.* quia non obligatur fideiussor in duriorem causam, sed præbet se idoniorem facultate conueniendi,

9 vt inquit pulchrè *Bald. in dicto num. 18.* per Iura quæ allegat *Cancer. d. cap. 5. num. 73.* & per rationem de qua superius quoniam personales exceptiones ad alios nō transferuntur sicuti, quæ rei adhærent, vndè ex *Bald.* refert *Marsil. vbi supra*, quod si Clericus fideiuberet pro laico, tunc sententia Iudicis secularis non mittetur executioni contra Clericum fideiussorem, & dicit, quod *l. fin. C. de vsur. rei iudic.* intelligitur, quando reus, & fideiussor sunt eiusdem fori, vel quando fideiussor potest prorogare iurisdictionem quod à Clerico fieri non

ri non potest ex iuribus vulgatis, vndè talis sententia non poterit micti exequutioni contra Clericum fideiussorem.

Sciendum tamen est, quod licet fideiussor vti non possit exceptione personali, quæ tantum reo competit, vt dictum est, veruntamen si ipse fideiussor denunciet reo principali, vt litem in se suscipiat illum defendens, poterit tanquam necessarius defensor fideiussioris litem suscipere in se ex *Bart. in l. verum ff. pro socio num. 3. & in l. si procurator §. 1. num. 1. ff. rem ratam haberi, & in leg. Marcellus num. 6. ff. de fideiussor. & in l. Ticeum §. quod vulgo ff. de solut.* Ex quibus omnibus satis patet solutio ad ea quæ in contrarium adducta fuerunt.

QVAESTIO L.

SVMMARIVM.

1 *Filij habent fori electionem sicuti pater, & quare nu. 2. sed limita vt nu. 3.*
4 *Maxima est coniunctio inter patrem & filium.*
5 *Extimum patris prodest filio.*
6 *Pater cum filijs vnico capite reputantur.*
7 *Mortuo patre non fit noua acquisitio filio.*
8 *Mortuo emphiteota non tenetur filius soluere laudemium Domino directa, sed vide num. 9.*
10 *Nobilitas à patre acquisita transit ad filios.*
11 *Doctorum priuilegia ad filios extenduntur.*
12 *Priuilegia personalia patris transeunt ad filios.*

ARGVMENTVM.

An filij persona priuilegiata habentis fori electionem, gaudeant eodem beneficio electionis fori?

1 Regula sit affirmatiua, & sic quod filij habentes fo-
2 ri electionis beneficium, eo gaudeant, enim priuilegium fori, concessum patri, extenditur ad filios, *Platea in leg. adoptiones C. de cur. libr. 10.* vbi etiam *Alex Franc. Marc. in decis.* 887. *part.* 1. *Aloys. de Leo in l. plures num.* 11. *C. de sacrosanct. Eccles. & l. 1. num.* 14. *C. de Episcop. & Cler.* quos refert, & sequitur *Graff. de effectib. Clericatus effect. 1. num.* 202. vbi *num.* 1589. dicit pri-

uilegium Clericorum extendi ad eorum filios, allegat *l. omnes*, vbi *gloss. C. de Episcop & Cler. Bertachin. in suo repertor. in verbo Clerici filius Specul. in tit. de Clerico coniugato versic.* & nota quod non solum Clerici *Bellug. in Specul. princip. rubr.* 11. *§. videndum num.* 6. *Asin. in tractatu de exequut. §.*1. *cap.*52. *num.*16. *Decian. in tract. crimin. par.*1. *lib.*4 *cap.*9. *nu.*49.

4 Et ratio est, quia maxima est coniunctio inter patrem, & filium, ita quod ex Iuris fictione prò vnica persona reputantur, *l fin. C. de impuber. & alijs substit*; vnde eadem quoque coniunctio operatur, quòd vnicum quodammodo videantur habere patrimonium, ita quòd promiscua est possessio patris, & filij, & quòd ab vno possidetur, censetur ab alio possideri, vt dixit *Bald. in l.* 2. *in fin. C. de legit. hared.* & ideò extimum patris, prodest filio, etiam seorsum habitanti, vt inquit idem *Bald. in l. prætor §. sed, & filius ff. de eden. & in l.* 1. *§. Domini ff. ad Syllan. & in cap. qua in Eclesiarum, in fin. de constitut.* & refert *Gulielm. de Benedict. in repetit. cap. Raynutius, de testament. in verbo mortuo, itaque testatore in* 2. *parte num.* 45. *& Niger. in cap. Regni porrecta, num.* 104. Hinc est, quod si adsit statutum, quòd nemo possit esse de antianis, nisi allibratus sit in appretio vniuersitatis in mille, & pater multorum filiorum habeat bona allibrata ducatorum mille, donec pater viuit; illud appretium prodest omnibus filijs in solidum, vt pulchrè dixit *Iason. in l. filius paciscendo, num.* 3. *C. de pactis*, & plenius in *l. sciendum num.* 25. *cum sequent. ff qui satisd. cog. post Alberic. in l. in suis ff. de liberis, & posthum.* quem refert *Cuman. in consil.* 152. *sub num.*1. idem *Alberic. in* 1 *part statu quæst.*71. *&* 109. & plenè *Tiraquell. in repetit. in l. si vnquam* C. *de reuocand. donationib. in præfat sub num.* 23. Pater enim cum filijs prò vno capite reputantur, secundum *Bald. in l. etiam num.* 15. *C. de exequen. rei iudic.* & domus habitationis patris, censetur domus habitationis filij, vt dicit *gloss sing. in l.* 2. *C. qui atat lib.* 10. quam refert *Bald. in leg.* 1. *§. illud num.* 2. *C. commun. de manumiss. & Iason. in leg. sciendum, num.* 28. *qui satisd. cog.* & filius dicitur quasi Dominus in vita patris, *leg. in suis ff. de liberis, & posthum.* vnde filius Regis dicitur Rex etiam

in vita

in vita patris; licet Regnum in sua dispositione non habeat, neque in administratione, secundum *gloss. in cap. Adrianus in ver. Augustos*, 13. *distinct.* quam refert *Gulielm. de Benedict. in dict. verb. mortuo, itaque testatore in 2. par. num.* 48. *Loffred. in consil.* 17. *num.* 39. *Tiraquell. in d. prefat. l. si unquam num.* 21. plenè *Fab. de Anna in consil. terminum vita in addit. ad eius genitorem nu.* 26. *cum plurib. seq.* & plenissimè *Mastrill. in tract. de magistrat. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. *& sequ.* qui hanc
7 conclusionem pluribus modis declarat, & notabiliter exornat. Itaque mortuo pa-
7 tre, non fit noua acquisitio filio, sed est potius quædam continuatio eiusdem dominij; adeò, quòd nec momento quidem temporis dici potest paternam hæreditatem iacuisse, vt singulariter dixit *gloss. in l. cum hereditas C. deposit. & Gulielm. de Benedict. in eodem loco num.* 47. Vnde sequitur, quòd licèt hæreditatis obuentio in quolibet extraneo, dicatur acquiri titulo lucratiuo, secundum *glos. in leg. si duo ff. de acquirend. hæredit. per text. in leg.* 1. *C. de imponen. lucrat. descript.* nihilominus quoàd filium non dicitur titulus lucratiuus, sed dominij continuatio in bonis paternis iure naturæ sibi debitis, *l. cum ratio in princip ff. de bon. damnat. & l. scripto, ff. vnde liber.* & ideò non tenetur filius de paterna hęreditate soluere decimam, seù gabellam, fortè debitam, vigore statuti de bonis titulo lucratiuo quæsitis, vt testantur *Gulielm. de Bened. in loco supracit. num.* 52. *Tiraquell. in ead. prefat. dicta l. si vnquam num.* 19. & plenè *Surd. in decisio.* 96. *per totam* Hinc etiam est, quod
8 mortuo emphiteota, non tenetur filius de re emphyteotica, in qua succedit, soluere laudemium domino directo, cum non sit noua acquisitio, vt inquit *Bald. in cap. que in Ecclesiarum, de consil. Dec. in consil.* 443. *sub num.* 5. *& in auth. preterea sub num.* 20. *C. vnde vir, & vxor*, & idem annuit *Iason. in l. fin. num.* 50. *C. de iur. emph.* nam filius succedens patri, non dicitur acquirere, sed acquisitum capere, vt dicit *glos. in cap.* 1. *§. fin. de feud. cong.* quam ibi sequitur *Bald.* dicens, hunc esse pulchrum, & lepidum modum loquendi, & idem affirmant, *Cassan. in consil.* 23. *num.* 27. *Tiraquell. in prefat. d. leg. si vnquam num.* 20. *&*
9 *Gulielm. de Bened. in citato loco nu.* 61. qui tamen dicit, in illa patria contrariũ seruari: nam

H 3 licèt

licèt filij succedentes in emphyteosi paterna, non soluant laudemia, soluunt tamen quædam accapita, secundum quod facit conuentum, aut consuetum.

10 Et hinc est, quod nobilitas à patre acquisita, ad eius filios descendit, *l.* 1. *cum ibi notatis per Bart. num.* 49 *& Plat. sub num.* 1. *C. de dignitatib. lib.* 12. *Lucas de Penna in l. mulieres colum.* 2. *vers.* 6. *C. eodem tit. Isern. in Constitut Regni prosequen.* & ibidem *Affl. quaest.* 7. *num.* 16.

11 Et huc spectat Doctorum priuilegia, etiam eorum filijs cõpetere, vt suadet *tex. in l Medicos C. de profess. & med. lib.* 12. per quem *tex.* & alia nonnulla Iura ad hoc propositum benè põderata cõcludit *Guid. Pap. decis.* 389. Doctorum filios, etiam post patris obitum, gaudere debere omnibus honoribus, immunitatibus, & prærogatiuis, quibus eorum pater gauisus fuit: pater enim, & filius ita sunt naturæ lege coniuncti, quòd prò vnica persona reputantur, *l. fin. C. de impub. & alijs substitut.* adeò quòd vbi vnus est, alter esse videtur, *cap cum contradicimus §. authorit.* 35. *quaest.* 3. vnde filius vocatur sanguis patris, *l.* 4. *ff. de inoffic. testam.* & vox patris, dicitur vox filij, & è contra *§. ei, qui instit. de inutil. stipulat.* immò filius censetur portio viscerum patris, *l. cum scimus*, cum ibi notatis per *Lucam de Penna C. de agricol. & censitis lib.* 11. licèt enim verè sit nouus homo, propter animam, quæ non est eadem; cum anima patris: nihilominus caro paterna, non dicitur omnino extincta, sed potius aucta, & propagata, vt pluribus authoritatibus, & exemplis probat *Guliel. de Bened. in cap. Raynutius de testament. in vers. mortuo, itaque*

12 *testatore in* 2. *par num.* 31. & ideò etiam priuilegia personalia, prout in casu nostro, ad filios transire, plenè defendit, *Soccin. Iun. in cons.* 84. de quo etiam habes pulchrè, & notab. dictum *Bald. in cons.* 345. *nu.* 5. *vol.* 2.

13 Declara tamen supradicta procedere in filijs legitimis, & naturalibus, non autem in illegitimis: nam filij legitimi, & naturales gaudent priuilegijs patris, non autem illegitimi, prout in nobilitate loquendo, benè animaduertit, *Bart. in l.* 1. *C. de dignitatibus nu.* 50. plenè *Tiraquell. in tract. de nobilit. cap.* 15. *num.* 10. pulchrè *Bellug. in spec. princip. in rub.* 7. *de habilit. cur. num.* 10. *& seq.* vbi *Borrell. in additt. lit. R.*

Declara etiam procedere in filijs, dũmodo habitent cum ipso

ipso patre, secus si diuertant ab eo, vel eo mortuo, vt in simili decisum refert *Fab. in suo Cod. lib. 3. tit. 17. definit. 3.* vbi *Senat. vel Clariss.*

QVAESTIO LI.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio quomodo probetur.*
2 *Fama tribuit quasi possessionem, quod quis sit talis.*
3 *Probatur filiatio quãdo quis natus est exvxore in domo mariti vicinis scientibus.*
4 *Idem fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana.*
5 *Vxore adultera tempore conceptionis in hoc casu filius semper præsumitur verus.*
6 *Alia coniectura quomodo probetur filiatio.*
7 *Ex educatione, & tractatu probatur etiam filiatio.*
8 *Id etiam procedit in iudicio petitorio.*
9 *In casu iudicij petitorij sufficit probari quasi possessionem.*
10 *Reliqua cõiecturę quibus probatur filiatio remissiuè.*

ARGVMENTVM.

Filiatio quomodo probetur ad effectum de quo supra.

QVoniam supra retulimus filios personæ priuilegiatæ gaudere fori electione, sicuti patres propterea merito fuit visum hic adducere aliquas coniecturas, ex quibus probetur filiatio.

1 Filiatio ergo in iure multifariam contingit probari, & primo per famam *Alexan. cons. 110. num. 6. & sequ lib. 6. Doctores l. filium ff. de his qui sunt sui, vel alieni Iuris & in cap. per tuas de probat. Capra cons. 2. Cornazan. in decis 21. Triuis. in decis. Venet. 60. Farinac. in decis. Rot. Rom. criminali 37. latè Menoch. de arbitr. Iud. casu 89. lib. 2. nu. 87. & seq.* vbi quod satis hæc recepta sentẽtia adiuuari *l. quod si mater C. ne de stat. def.* qua

2 propter fama tribuit quasi possessionem, quod quis talis sit, quæ quasi possessio transfert onus probandi in aduersarium, vt hoc *tex.* adductus *docuit Bart. in l. de minor. §. plurimum nu. 30. vers. idem ff. de quæstion.* & sic respondet *Ruin. cons. 51. lib. 5.* latissimè tradit *Mascard. de probation. conclus. 191.* vbi hanc sententiam ampliat, & declarat.

3 Secũdo probatur filiatio, vbi aliquis natus est ex vxore in domo mariti cohabitante ibi, & vicinis scientibus, vt habetur cõmuniter per *DD. in l. filium ff. de his qui sunt sui, vel*

alieni Iuris, latè *Barbat. conſ.* 27. *vol.* 1. *Paleott. de Nbot. & ſpur. car.* 22. abundè plures cumulans *Maſcard. de probat. concl.* 788. nouiſſime poſt alios *D. Ricc. in deciſ.* 223. *par.* 2. dicens pro indubitato fuiſſe ha-
4 bitum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana filium natũ ex vxore in domo mariti cohabitante ſimul cum ipſo marito, & vicinis ſcientibus præſumi verum, & proprium filiũ viri legitimum, quòd adeò ipſe *D. Riccius* dicit verum, vt procedat etiam, ſi mater negaret illum eſſe filium mariti natum que ex adulterio nihil obſtaret, quia etiam præſumeretur filius ipſius mariti, *Abb. in cap. per tuas nu.* 3. *&* 4. *de probat. Bal. in conſ.* 74. *lib.* 1. *Barbat. conſ.* 18. *col.* 2. *vol.* 2. *Iaſon. in l. Gallus num.* 63. *ff. de liber. & poſthum. Gloſſ. in l. ſi poſth §. fi. ff eodem Alexan. in l. neque poſſeſſio C. de teſtament. Boer. in deciſ.* 289. *nu.* 6. *Gozad. in conſ.* 12. *nu.* 27. *Marſil. in l.* 1. *§. ad quaſt. num.* 35. *ff. de queſtionib. Pariſ. conſ.* 10. *nu.* 14. *lib.* 2. &
5 etiam ſi tempore conceptionis vxor eſſet adultera, quia etiam hoc caſu præſumeretur filius mariti, per *tex. in l. miles §. defuncto ff ad leg. Iul. de adulter.* quẽ *text.* dicit ſingularem *Bal. in rubr. C. de prob. col vlt & l. ſi matre C. de ſuis legib. hared. Crem. in ſingular.* 126. *Alciat. de præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 39. *Bertrand. conſ.* 121. *vol.* 2. *Caſtr. in l.* 3. *ff de lib. & poſthum. Couarr. in epitom. cap.* 8. *§.* 3. *par.* 2. *nu.* 8. vbi multos allegat.

6 Tertio, & ſic alia ſolet probandæ filiationis coniectura ſumi ex tractatu quia cõſueuit oriri à parentibus, & ab eiſdẽ quis vt filius tractatur iuxta ſententiam *DD. in l. quidam quaſi ff. de probat.* & communiter notant etiam *in cap. per tuas d. tit. de probat.* latè *Menoch. alius allegans de arbitr. Iudic. caſu* 89. *nu.* 60. abundè *Vaſq. Illuſt. controuerſ. cap.* 85. *nu.* 20. poſt alios *Maſcard. de probat. concluſ.* 789. vbi hanc concluſionem ampliat, & declarat, vt apud eum videri latè poteſt.

7 Quarto datur etiam alia cõiectura probandi filiationem, quæ oritur ex tractatu, & educatione, nam ſi filius domi educetur, & à patre ita tractetur, vt filij loco eum habere verè videatur is in quaſi poſſeſſione filiationis conſtituitur huncq; parit effectũ, vt verè filius credatur, niſi contrarium probetur *DD. communiter in d cap. per tuas de probat. Alex. conſil.* 88. *lib.* 7. *Dec. conſ.* 44. *Gozad. conſil.* 12. *Paleott. de notb. & ſpur. cap.* 12. *num.* 4. *Rub. conſ.* 16. *nu.* 6. *Alban. conſ.* 83. quod
8 procedit etiam, ſi agatur iudicio

dicio petitorio cum quis petit hæreditatem sibi tanquam filio de communi, nam, & si in iudicio petitorio necesse sit probare titulum, siuè dominiū *l. sicuti § sed, & si res ff. si ser-uit. vendic. DD. in l. cum res C.*
9 *de probat.* tamen in hoc casu sufficit probare quasi possessionem *Bar. in l. 1. §. 1. ff. de quaest. Alex. cons. 51. lib. 1. Paris cons.* 10. *nu.* 110. *lib.* 2. latè *Cravett. cons.* 149.
10 Has coniecturas sufficiat dixisse nam reliquæ possunt latè videri apud *Menoch. de arbit. Iudic. casu.* 89. *& de præsumpt. lib. 6. c.* 53. vbi latissimè abundè videas *Mascard. de probat. conclus.* 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. & denique *concl.* 797. vide nonnulla nouissimè apud *D. Ricc. in decis.* 223. *par.* 2. & apud *Thor. in suo Compend. decis. in verb. filiatio*, vide *Gabriel. in concl.* 14. *de præsumpt. Petr. de prohibit. alienat. fideicomm. quaest.* 11. *nu.* 240. *cum alijs sequent.*

QVAESTIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius priuilegiatæ personæ habentis fori electionem non gaudet fori electione.*
2 *Cessionarius dotis non habet priuilegia dotis.*
3 *Cessionarius mariti non gaudet beneficio cap. salubriter de vsur.*
4 *Mutatione personæ mutatur, & conditio.*
5 *Exceptio fori est personalis.*
6 *Exceptio non cohærens rei sed personæ non transit in singularem successorem.*
7 *Compromissum si est faciendū concedente, non debet fieri cum cessionario.*
8 *Subrogatus sapit naturam illius in cuius locum subrogatur, quod amplia num. 9. sed intellige vt nu. 10.*
11 *Res allodialis subrogata in locum feudalis non fit feudalis.*
12 *Quando est electa industria personæ subrogatus non sapit naturam subrogantis.*
13 *Filius quando subintret in locum patris.*

ARGVMENTVM.

An cessionarius personæ priuilegiatæ, habentis fori electionem, gaudeat eodem beneficio electionis fori?

1 Regula sit negatiua, vt scilicet quod cessionarius priuilegiatæ personæ non gaudeat fori electione; vti cedēs gaudet: ex eo quòd cessionarius non priuilegiatus nō gaudet priuilegijs cedentis. Vndè; quando mulier cessit actionem de dote alteri, & is eam intentat,

2 tat, cessionarius non habet amplius illa priuilegia, quæ mulier habuisset, si intentata fuisset directo per ipsam. Ita eleganter notat, *Bald. in l.1. col. 4. versic. quærunt Doctores C. de priuileg. Doctorum*, quem sequitur *Iason. in l. cum fundus §.1. vers. & an sit differentia ff. si cert. pet.* & his addo *Affl. in decis.* 306. *Misinger. in obseru. 3 centur.* 3. vt nc pariter
3 dicimus de cessionario mariti quo non potest vti beneficio, *cap salubriter de vsur iuxta doctrinam Bald. in rubr. C. de vsur. Archiep. Florent. par. 2. tit. 1. cap. 7. §. 32. Clauas in sua*
4 *summa §. 26. in verb. vsura*, quasi mutatione personæ mutatur etiam priuilegium *l. 1. à contrario sensu C. de impon. lucrat. descript. l cum quidam §. si debitores ff de public. & vectigal. l. fiscus ff. de Iure fisci c. vnico §. verum de Iure patron. in 6. l. Paulus, alias prò Procuratore ff. de acquirend. hæred.*

Et pro hac opinione spectat *decis. Afflicti* 74. vbi fuit excitatum, vtrum exceptio declinatoria fori competens debitori contra suum creditorem, obstet singulari successori creditoris (hoc est) eius cessionario; & fuit decisum in causa Notarij Melchioris, qui agegat contra quondam debitorẽ sui debitoris Iure cesso, ex causa onerosa, quod illa exceptio declinatoria, quę competebat contra cedentem, non habet obstare ipsi cessionario agenti: qui potest trahere quecumque
5 in Ciuitate Neapolitana, quia declinatoria fori, est exceptio personalis, & cohæret personę, & non realis: & sic non transit contra cessionarium, licet obstaret ipsi cedenti, vt tenet *Bald. in l. per diuersas C. mandat. Bar. in l si tertius §. si quis prius ff. de aqua pluu. arc. Bal. in l. si cum dotem §. si pater ff. solut. matr. Bart. in l apud Celsum §. apud Iulianum ff. de dol. except.* idem firmat *Bald: & Angel. expressè in l. si quis rem ff. de procur.* qui dicunt, quod exceptio non cohærens
6 rei, sed personæ, non transit contra singularem successorẽ: vnde si cum cedente debet fie-
7 ri compromissum, quia sunt consanguinei, non debet fieri cum cessionario agenti vtili actione. Et ideò dicebat *Bald. in l. qui stipendia C. de procur.* quod si exceptio non afficit obligationem, sed repellit personam, tunc non obstat cessionario. Idem dicit *Bald. in disputat. sua*, quæ incipit, *statuto cauetur, quod fœnerato penul. char. Dyn. in regul. si quis in ius lib. 6. gloss. Ioan. Andr. in cap. 1. de Iure patron. lib. 6.* Vnde cum Notarius Melchior sit Neapolitanus, & agit contra

tra

tra vnum debitorem debitoris sui de Costa Amalphiæ iure cessò ex causa onerosa; licet creditor non possit conuenire debitorem, nisi in suo foro: tamen cessionarius, qui est Neapolit. qui agendo potest alios trahere virtute priuilegij Neapoli. illa exceptio declinatoria, quæ obstabat cedenti, non obstat cessionario: quia erat personalis, respectu cedentis, quæ non afficit cessionarium, & fuit conclusũ in Sacro Consilio.

Et in proprijs terminis iuxta hanc opinionẽ tenent *Carauit. in ritu M. C. V.* 228. *nu.*15.*Castrens.in l. post diuortium ff.solut.matrim. Roman. cons.* 135. vbi quod priuilegio suo, & non cedentis cessionarius gaudet, vt interrogatus aliquando respondi, & obtinui pluribus quippè vicibus ob meas allegationes.

8 Non obstat illa regula Iuris, quod subrogatus sapit naturã eius, in cuius locum subrogatio est facta, vt habetur in *l. eum qui ita*, *§. iniuriarum ff. si quis cautionibus*, *§ fuerat*, *vbi Faber*, & post alios *Iason. nu.*4. *& sequ. instit. de action. Bart.in l.*3.*§.hac actio ff.si quis testam liber. esse iuss.fuer. Napod. in consuet. si mulier in verb si non extant fol.*232. addentes ad ipsum in consuet. si moriatur *nu.*92.*præcip. Frecc. & Vincent.de Franch.fol.*103. & hoc est vulgatum adeò, vt fiat subrogatio cum omnibus

9 qualitatibus quæ inhærent rei, in cuius loco censetur facta; & hoc tam respectu rerum, quando vna res est subrogata in locum alterius, quàm etiã respectu personarum, quando vna persona aliam representat *l.final C.de proxim. sacr. scrinior.lib.*12.*Cassan.cons.*22.*nu.*22. *post eum, Dec. Cephal. & alios, Surd. cons.*424.*num.*26. *vol.*3. *Morot. cons.*20. *num.*7. *Peregrin.in tract. de fideicommiss. art.* 16. *num* 30. vbi post alios subdit habere etiam locum, vt sapiat naturam præcedentis dispositionis, in cuius locũ facta est subrogatio, prout latius hoc ibidem confirmat.

10 Quia respondetur, quòd illa regula procedit, vbi subrogatio habet omnes qualitates subrogantis: si enim diuersas haberet qualitates, vt in nostris terminis nullo modo fieret subrogatio: sic scripsit *Bald. in l. Parabolani C. de Episc. & Cler.* post ipsũ *Alex. Marsil. Gozad. Dec. & alios plures, Surd. cons.*31.*num.*41. *cons.*138.*nu.*21. *cons*143.*num.* 48.*vol.*1. *& cons.*269. *num.*30. *vol.* 2.

11 Ex quo fit, vt si res allodialis subrogata sit in locum rei feudalis, non procedat regula sub-

subrogationis; quia res sunt diuersæ qualitatis, & consequenter res allodialis, libera non efficitur feudalis,& sic ser ua, vt probat, *Andr. in cap.*1. *§.cum autem de controuer. inuest. & est tex. in l. Lucius ff. de fideicommiss hared.* & post ipsum *Isern.Frece.& alios*, sic etiam scripsit *Surd. consil.*53. *nu.*14.*vol.*1 *& cons.*311.*num.* 54.*& seq.vol* 3.

Quòd procedit si subrogatio fieret sine consensu Domini, ipse enim hoc posset, quia in eius arbitrio est, rem allodialem efficere feudalem, vt post *And. & alios probat de Ponte in tract. de potest. Proreg.tit.*1.*de prouision.fier.solit. §.*2.*nu.*10.ipse enim Dominus ex allodio facit feudum,segregat,& vnit.

12 Infertur secundò, vt quando esset dispositio personalis,quia nempè electa esset industria personæ,vel esset aliud speciale in illa re, in cuius locum fieri deberet subrogatio; tunc, nec etiam regula procederet, quia deficiunt qualitates subrogantis, sic post *Bart. in d. l.* 1.*§.hac actio Alex.*& alios probauit, *Surd. cons.*31.*num.* 42. *& cons.*53 *nu.*15.*vol.*1.& consequenter est regula vniuersalis, vt quoties mutaretur qualitas subrogantis, vel adesset aliqua ratio diuersitatis in subrogante, quæ non esset in subrogato, tunc nullo modo subrogatio locum habere potest, vt post innumeros Doctores probauit idem *Surd.cons.*440. *nu.*51.*vol.*3. quo fit, vt ex ratione prædicta, subrogatio nō habeat locum, nisi in illis, in quibus expresse facta reperiretur, & extra illa extendi nō posset, vt ex multis probauit, *Alex.cons.*106.*num.*15.*&* 16. *vol.*3. *Dec. consil.* 38.*in fin.* & & post alios, *Surd. consil.*151. *nu.*32.*vol.*2. *& cons.*311. *num.* 53.*vol.*3.

13 Infertur tertio, quòd licet filius subrogetur in locum, & gradum patris, hoc non procedit semper, sed solum,quando in filijs adesset eadē ratio, & qualitas,quæ est in patre:& ideò, si ex dispositione statuti vocarentur masculi ad successionem,exclusis fœminis; tunc filia non subingrederetur in locum patris, ex quo non posset assumere qualitatem masculinitatis,nec rationem conseruationis bonorum, in familia, quæ sunt in patre, & hac de causa,fœmina, ex masculis, in huiusmodi statutis, non nocent alijs masculis; innumeros,ad hoc propositum,cumulat *Doct.Surd.cons.*403.*nu.*61. *vol.*3.nunquam enim censetur statutū vocare fœminas quatenus adsunt masculi,vt scripsit *Dec.cons.*164. *nu.*2. post ipsum *Brun. Menoch.* & alios

plures

plures idem *Surd. consil.* 416. *nu.* 24. *vol* 3. *Peregrin. in tract. de fideicommiss. art.* 25. *nu.* 57. vbi loquitur in fideicommissis, in quo casu interrogatus quandoque iuxta ipsius Peregrini doctrinam, & sententiam respondi.

QVAESTIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles personæ dicuntur illæ quas ad miserandum natura nos inducit.*
2 *Vbi eadem est ratio, ibi debet esse idem ius.*
3 *Statutum comprehendit omnes casus, in quibus eadem ratio viget.*
4 *Instrumenta confecta per Notarios, vasallos non faciunt fidem, & amplia nu.* 5.
6 *Argumentum de similibus ad similia valet.*
7 *Miserabiles personæ quæ dicantur remictitur arbitrio Iudicis.*

ARGVMENTVM.

Arbitrio Iudicis remittitur quenam dicantur miserabiles personæ ad effectum habendi fori electionis beneficium.

1 QVamuis longa iam serie enumeratæ sint, quodammodo omnes personæ miserabiles ad effectum tractatus nostri scilicet habendi fori electionis beneficium; Tamen conclusiuè loquendo dicas miserabiles personas illas omnes dici, quorum natura mouet nos ad miserandū propter fortunæ iniuriam *Azo in summa C. quando Imper. inter pupill. & vid.* & dicuntur miserabiles, quasi miseria habiles secundum *Isidor. lib.* 10. *Ethimologiarum cap. ex parte ibi ipsius miseriæ miserandum de Clericis egrotant.*

Et est aduertendum, quod si aliqui casus inueniantur, in quibus maior ratio, vel equalis faciendi, & prouidendi sit, idem censetur dispositum scilicet, quod censeantur miserabiles personæ *argum. tex. in l. bis solis C. de reuocand. donat.* & eorumque notat *Alex. in auth non licet nu.* 4. *C. de liber. prater & in l. si quis id quod nu.* 19. *ff de iurisdict. omn. iud.* vbi dicit quod est communis opinio, quod filius ingratus nō solū in expressis in *auth. vt cū de appellat. cognosc. §. causas*, possit exheredari, verū etiam ex alijs similibus, vel maiorem rationem habentibus, *Perez in Repetit. l.* 1. *§. si vir nu.* 119. *ff de acquir possess.*

2 Prouenit autem, hoc quia vbi

vbi eadem est ratio, ibi idem ius est statuendum *l. illud ff. ad l. Aquil.* plenè *Salyc.* loquens in materia statuti in *l. 2. num. 21. C. de noxal. vbi num 22.* quod quando est eadem ratio & omnimoda similitudo etiã in correctorijs facienda est extensio, nec tunc dicitur fieri extensio Iuris, sed terminorum.

3 Et statutum comprehendit omnes casus in quibus eadem, vel maior ratio viget *glos. in l. illud versic. causa C. de sacrosanct. Eccles. & in l. sancimus C. eodem tit. & in l. transigere C. de transaction. & in l. si quis seruo C. de furtis Salycet.* qui *testatur de communi in d. l. 2. nu. 21. versic. item contra C. de noxal.* & latè dixi in quadam allegatione facta pro quodam meo familiari contra quendam Beneuentanum.

4 Hinc enim mensibus elapsis interrogatus respondi, *Capitulum Regni incipiens Ladislaus,* vigore cuius sancitum est, vt instrumenta confecta per Notarios vasallos pro Barone aliquam fidem non faciant, quod recipit interpretationem etiam si apparerent facta contra Barones, secundum *Afflict. in Constitut. Regni in locis demanij colum. 5. versic. sed mihi occurrit Frecc. de prasent. instrument. part. 2. num. 3. Anna singul. 244.* vbi quod instrumentũ tale factum à vasallo, non prodest, nec valet Baroni, & quod non noceat dicit esse decisum *Franc. in decis. 118. Marta in decis. 186.* procedere etiam in affictatore alicuius oppidi seù Terræ,

5 vt scilicet, quod sicuti non valet instrumentum confectum à vasallo Notario pro Barone, sic etiam pro affictatore.

6 Argumentum enim de similibus ad similia licitum, & probatissimum est *cap. in causis de re iudic. l. 1. C. de liber. præter. Bero consi. 4. num. 6. vol. 1. Corn. consil 225. num. 3. vol. 1. Canens. in Ritu Magn. Cur. Vic. 284. num. 8. Grat. consil. 30. num. 31. vol. 1. Viuius alios referens in decis. 255. num. 2.* vbi subdit tale argumentum de similibus ad similia fine scrupulo procedere, vbi militat eadem ratio, vt per *Corn. in cons. 140. num. 9. volum. 1.* & vbi omnimoda est similitudo cum ex diuersis non fiat illatio *Eugen consi. 63. nu. 48. & sequent. lib. 1.*

7 Vnde quæ aliæ dicantur miserabiles personæ Iudicis arbitrio relinquuntur *Cyn. Bar. Alberic. Bald. & alij in l. unica C. quando Imper. inter pupill. & vid. Alexan. in addit. ad Bart. in l. nec quicquam § fin ff. de offic. proconsi. Guid. Pap. decis. 466. Iason. in l. Titia*

tia textores col. 5. de legat. 1. *Dec. in cap. sedes num.* 8. *de rescript. Bertacchin. de Gabell. septima par. quaest.* 27. *Specul. de reo* §. 1. *nu.* 19. *Viuius alios allegans in Sylua comm. opin. conclus.* 61. *num.* 4. *Marta de iurisdict. part.* 2. *cap.* 21. *num.* 5. *in fine*, vbi post *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2. *casu* 66. dicit cęteros autem, qui numerari non possunt relinqui arbitrio Iudicis.

Et per haec sit impositus finis huic primae Sectioni ad laudem Omnipotentis Dei, cui semper sit gloria.

Ioannes Maria Nouarius Author.



IOAN.



IO. MARIAE NOVARII

AVREA

PRAXIS ELECTIONIS, & variationis fori.

SECTIO SECVNDA.

QVAESTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles personæ habent fori electionem etiam si Barones habeant iurisdictionẽ primarum, & secundarum causarũ derogantẽ omnibus priuilegijs quod amplia nu. 10. 11. 12. 13. & 14. & limita nu. 15 & 16.*

2 *Per clausulas generales non derogatur priuilegium clausum in corpore Iuris, quod amplia nu 3.*

4 *Lex generaliter loquens non comprehendit causas speciales.*

5 *Lex generaliter loquens non tollit priuilegium alicui specialiter concessum.*

6 *Depositio generalis non comprehendit dotem.*

7 *Dispensatio debet esse specialis derogatoria Bullæ Clement. VIII.*

8 *Restitutio minorum non intelligitur exclusa ex generali derogatione.*

9 *Vbicumque requiritur specialis mentio, non sufficit generalis.*

ARGVMENTVM.

An priuilegiũ electionis fori competat miserabilibus personis si Barones, & Domini habeant iurisdictionem primarum, & secun-

secundarum causarum derogantem omnibus priuilegijs.

1 Regula sit affirmatiua procedit enim hoc eligendi forum priuilegium non obstante quod Barones, vel Domini aliqui habeant amplum priuilegium iurisdictionis, & cognitionis primarum, & secundarum causarum cum clausula derogatoria quorumcunque priuilegiorum, quia per eas non dicitur derogatum priuilegio miserabilium personarũ nisi de ea fiat specialis derogatio, vt post *Cyn. & Bald. in l. vnica C. quando Imperator*, voluerunt *Roman. consil.* 436. *nu.* 20. *&* 21. *Decius in cons.* 65 *nu.* 20. *Felyn. in cap.* 1. *num.* 2. *& in cap. nonnulli nu.* 26. *de rescript. Gram. decis.* 20. *nu.* 4. *&* 5. *Thesaur in decis.* 177. *nu.* 9. vb: *Gaspar filius in addit.* dicit ita in illo Senatu Sabaudiæ decisum in anno 1591. & sic determinatum in Sacr. nostro Reg. Consil. *Fab. de Anna in addit. ad allegat patris* 148. *Borrell.* alios allegans *de Regis Cathol. præstantia cap.* 62. *nu.* 59. *Franc. in decis* 152. *nu.* 2. *Mastrill in decis* 127. *num.* 14. *&* 15. & alij penes *Foller. in Constit. Regni statuimus num.* 20. & penes *Menoc. qui eandem sequitur opinionem de arbitr. Iud. casu* 06 *lib.* 2. *num.* 39. *&* 40. quibus addo *Nigr.* alios allegantem, & de communi testantem in *cap. Regni quod decretam nu.* 9. *Tap. in Constit. Regni statuimus nu.* 30. *Vad. in suo Repert. in verb. clausulam*, & nouissimè tradunt *D. Ricc in collect. decis. collect.* 1. *Thorus in suo Compend. decis. in verb. priuilegiũ.*

2 Cuius ratio est, quia per clausulam generalem derogatoriã quibuscunque priuilegijs non obstantibus nõ reuocantur priuilegia clausa in corpore Iuris *Felyn. in cap.* 1. *num.* 12. *& in cap. nonnulli nu.* 9 *& nu.* 26. *de rescript. Gabriel conclus.* 9. *nu.* 10. *de reg. iur. Iason. in rub. ff de constit. nu.* 19. *Gomez in cap.* 1. *num* 93. *de constit. in* 6. *Alexan. in l. miles nu.* 3. *in fin de re iudic. Rebuff. respons.* 15 *vers. septimo etiam, & resp.* 134. *vers. item si mandetur Petra ad Gramat. decis.* 21. vnde cum priuilegium istud sit in corpore iuris clausum non dicitur derogatum per illam clausulam generalis derogationis.

3 Et eo magis hæc præsumptio locum habet pro qualitate personæ, cui primum priuilegium fuit concessum, vt si piæ causæ nam tunc reuocatio non præsumitur facta per secundum priuilegium, nisi specialiter facta sunt cum expressa clausula non obstante dicto priuilegio piæ causæ cõcesso, vt post

Rom in.l.si vero §.de viro fallent. 24 *ff solut.matrim.& Felyn. in c. nonnulli col.* 23. *de rescript.* tradit *Crot in.cap.*1. *de constitut: in 6. num.*48. vbi *num.* 49. in terminis scripsit idem esse in priuilegio conces-
4 so miserabilibus personis lex enim generaliter loquens non comprehendit casus speciales, & multum prærogatiuos, vt infertur ex dictis *Salycet. in l fin. C. de ius dot.* & habetur per *Iason in l.* 1.*colum.*3.*ff. solut matrim. Cassan. consil.* 32. *colum.* 2.. *Ruin.consil.*136.*col.* 4. *volum.*4. *Calcan. consil.* 13. *colum.* 2. *Gozad. consil.* 43. & lex noua superueniens generalis non tollit legem antiquam specialem *Glos. in l. sciendum ff qui satisdare cogantur Fulgos. in l. cum in testam. C.de testam. Alex.consf.*80. *col.* 3. *vol.* 1.
5 Hinc est, quod lex generaliter loquens non tollit priuilegium alicui specialiter concessum *Glos.in l.*1.*in verb. decurionibus C.de silentiarijs lib.* 12. *Loffred. consil.* 31. *col. pen.* & hinc *Bald.in l. Lucius in fine ff ad Turpill.* dixit quod dispositio generalis de carceratis relaxandis non habet locum in carceratis ob crimen falsi, nisi ad id specialiter exprimatur, vt voluerunt etiam *Nellus in tractatu de bannit. in* 3. *par.* 2. *temporis quæst.* 12. *Boer. in decisio.* 217. *numer.*21.
6 Hinc enim etiam dispositio generaliter loquens non comprehendit causam dotis, vt per *Salycet. in l. final. C. de iure dot. Castr. consil* 98. *in fine volum.*1. vbi tenet, quod legatum dotis non venit in generali renunciatione *Iason. in l* 1. *colum.* 3. *ff solut. matrim. Marsil. singul.*442. *Afflict. in Constitut. Regni in tit. de ser. & sal. iud. fol.* 151. *colum.* 1. *Loffred.consil.*74.*Bald. nouell. de dote special.*17.& 18.
7 Et ad hoc facit, quod dispensatio debet esse in specie derogatoria *Bulla Clem. VII. & Concil.Trident.sess.*25. *cap.* 1.*de reform.* vt illegitimus valeat in Ecclesia ministrare, vbi pater habuit beneficium, vt latè nouissime habetur per *D. Riccium in praxi resolut.* 369. *parte* 2.
8 Et ideò in generali exclusione, & derogatione priuilegiorum pro raro beneficio restitutionis minoribus competenti censetur derogatū *Glos. singul. in l. postquam liti C. de pact.* quam ad hoc notat *Benedict. in cap. Raynutius in verbo mortuo num.* 180. *de testament. Gaball. milleloquio* 784. quia beneficium restitutionis requirit specialem derogationem *l. illud §. final. cum l. sequent. ff. de minorib.*

Signorol.

Signorol.conf.234. Bald.consil. 236.lib.1. Aret.in cap.2.colum. fin.de probat.

Hinc respondit *Gemin.in consil.*30. priuilegio generali, vel speciali reseruationis beneficij non præsumi derogatum alteri priuilegio optandi beneficia reseruata, nulla de ea mentione facta, & sic respondit *Butr. in consil.* 95. *in fin.* generali reuocatione priuilegiorum immunitatis non censeri sublatam specialiter concessam, & idem consuluit *Soccin.Sen. in consil.*209. quos sectatus in quadam facti contingentia multa allegaui pro huius opinionis robore.

9 Vnde quotiescumque requiritur specialis mentio non suf ficit generalis *Calder.conf.*11. *de priuileg.* facit *text. in cap. veniens, vbi scribentes de præscript. Decius in cap. omnes eodem tit.num* 9. *Felyn. de communi dicens in cap. accedentes col.fin.eodem tit. Alex.consil.* 126.*colum.*2.*volum.*1.*De Ponte consil.*59.*num.*44. *lib.*1. vbi assignat rationem, quia semper præsumitur legem velle concedere ne tertio præiudicet secundum *Innocent.& Canonist.in cap.nisi de renunciatione*, notabiliter *Alexan. in conf.*125.*col.*2. plenius *Soccin. conf.*225.*col.*5.*vol.*2. & ne tertio præiudiciũ inferatur quando adest clausula derogatoria illa restringitur ad inualidas & friuolas dispositiones *Compost. in cap. causam quæ de rescript.Dec.conf.*33.*col.*7.*vol.*1. *Alex.d.conf.*125. *& consil.* 35. *lib.*6.*nu* 4. *Affl.in prælud. Constit.Regni quæst.*25.*col.*2.quos refert, & sequitur *de Ponte in d.conf* 59 *nu.*46.*lib.*1.

10 Amplia 1. firmatam conclusionem procedere etiam dato quod adessent aliæ clausulæ derogatoriæ amplissimæ valde de prægnantes *Crescent. decis.* 222. loquens de magno magistro Melite, & eius religionis priuilegia cũ amplissimis clausulis *Marches.de com.auocat. caus par.*2.*§.*2.*nu.*66.

11 Amplia 2.etiam si motu proprio concessa iurisdictio foret, & derogatoria *Alciat.conf.*165 *Foll.in const.statuimus nu* 77. *&* 83.*versic. intellige tamen Marches. vbi supra par.*2.*§.*2. *num.*67.

12 Amplia 3. procedere dato ꝙ interrogatorijs fuerit dictum, & si hoc addentes addendo dixerint nõ obstantibus priuilegijs quorũ specialis mentio facienda foret *Fely.in c.accedentes nu.*4.*de præscript. Rom.cõs.* 307.*nu.*8. *Marches. vbi supra* ab hac communiori sententia recedendum non esse dicens.

13 Amplia 4. miserabiles personas gaudere fori electione etiã si per Regem fuerit iurisdictio concessa cũ derogatione dicti

l vnica,& venditione postmodum intermedia in demanium iurisdictio reuersa sit vniuersitati concessaq; cognitione primarũ causarum pro quibusuis causis ciuilibus, & criminalibus, vt de vidua decisũ refert *Franc.in decis.*517.de quo meminit *Thorus in suo Compend. decis.in verbo vidua*.

14 Amplia 5. vt locum habeat etiã in personis miserabilibus mediatè subiectis Principi, & immediatè vasallo, cui Ciuitas, vel oppidum fuit infeudatum,nam adhuc ipsa miserabilis persona poterit aduersarium conuenire corã ipso Principe, & sic habere fori electionem in præiudiciũ iurisdictionis ipsius vasalli, ita in specie *Franc.in decis.*192.*nu.*7. *&* 8. *Thesaur.decis.*177.*num.*11.qui eiusdẽ opinionis recenset *Bellug. in Spec.princip.rub.*38. *§. conqueruntur col.* 3. *Menoch. de arbitr. Iud.casu* 66.*num.*41. *lib.* 2. qui inquit hoc euenire, nam cũ hoc sit priuilegiũ Principi reseruatum ob pietatem erga miserabiles non censetur translatum in vasallũ per generalem ipsam priuilegiorum concessionem.

15 Limita 1.vbi Barones haberẽt priuilegiũ cum clausula abdicatiua etiã quo ad personas miserabiles,vt habetur per *Frãc. in dec.*541. vbi dicit, ꝙ Barones Regni qui habent priuilegia cum clausula abdicatiua etiã quo ad personas miserabiles nõ possunt in præiudicium vnius ex vasallis illi renũciare.

16 Limita 2. præfata si adesset clausula ex certa scientia vim specialis expressionis habẽs,ac derogationes, vt per *Gabr. in concl.*1.*nu.*21.*&* 30. *& concl.* 2.*nu.*24 *&* 28.*in tit.de clausulis*,quẽ refert,& sequitur *Marches.loco cit.sub.nu.*68.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles personæ gaudẽt fori electione etiam in criminalibus.sed contrarium n.*5.

2 *Amplia etiam si per inquisitionẽ procedatur,vt etiã si ex officio limita tamen n.*3 *et* 4.

6 *Ratione delicti sortitur forũ, quod amplia vt num.* 7. *& vide num.* 13.

8 *Quæ sit ratio, vt delicta sint punienda in loco delicti, & vide nu* 9.*&* 10.

11 *Delicti locus est potẽtius forũ.*

12 *Remissio est facienda ad locum delicti.*

14 *Damnificans seminata sortitur forum illius loci, in quo damnum factum est.*

15 *Per delictũ quis efficitur subditus Iudicis loci in quo delinquit.*

16 *Testis punitur de falso per Iudicẽ,corã quo falsũ deponit.*

17 Capi-

17 *Capitaneus guerra potest punire testem prouincialem coram eo falsum deponentem.*
18 *Iudex potest cogi ad remittendum delinquentem.*
19 *Iacobus Narsinus commemoratur, & laudatur.*

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori locum habeat in causis criminalibus.

1 REgula sit affirmatiua, vt scilicet quod habentes fori electionem illam nō tantum habent in ciuilibus, verū etiam in criminalibus causis, & sic pro delictis per eos patratis, ita *Isern. in constitut. statuimus num.* 17. vbi etiam *Afflict nu.* 23. *Foller. in pract. crimin. in verb. audiantur excusatores nu.* 27. *& in d. constit. statuimus nu.* 69. *&* 70. *Franc. in decis.* 108. quos allegat, & sequitur *Borrell.* alios cumulās *in addit. ad Specul. princip. in rubr.* 38. *in verb. ita causis prasertim ex Neapolitani Iuribus Carauit. in ritu* 230. *nu.* 1. *&* 2. vbi dicit, quod ad allegandum hanc declinatotiam fori habentes electionem fori de persona comparere debent, & non per procuratorem, vt etiā eum allegando meminit *Trentacin. variar. resolut. lib.* 2. *resolut.* 2. *in tit. de citat. num.* 13. *Viuius in decis.* 65. de quo mētionem facit eruditissimus Dominus meus *Rocc. in Collect. decis collect.* 1. cuius ratio est, quia cum priuilegium *l. vnica*, tendat vt aduersariorum potentia indebitè miserabiles non grauentur, sequitur ex delicto priuilegia istud electionis fori non perdi, quoniam etiam delinquentes defendi debent à Iudicibus, & protegi ne oprimantur *l. & si non defendantur ff. de pen.* & sic est quotidiana praxis.

2 Amplia 1. procedere hanc cōclusionem firmatam tam si ex officio quam si per inquisitionem procedatur, nam vtroq; casu habere tales electionem fori tradit *Foller. in d. constit. statuimus nu.* 51. quem refert *Marchesan. in d. tit. de auocat. causar. par.* 2. *§.* 2. *nu.* 64.

3 Limita 1. firmatam regulam non habere locū, vbi esset manifesta malitia, vt quia cū esset causa coram Iusticiario, vel Magistro Iusticiario, & procederetur Rigorosè secundum merita causæ delictorum, & criminum habentes fori electionem, vellent forum illud declinare, & recurrere ad officiales inferiores cum quibus melius possent concordari, vt habetur per *Foller. in d. Constit. statuimus num.* 69. iuxta cuius sententiam in facti contingētia interrogatus respōdi.

4 Limita 11. vbi ipsæ personæ habentes fori electionem in se seuirent, nam non gaudere fori electione, tradit idem *Foller. in citata constitut. statuimus* de quo meminit *Marchesan. in d. tit. de auocat. causarum par. 2. §. 2. num. 64.* vbi post *Foller.* ponit exemplum in vidua de adulterio in virgine de stupro in miserabili qui seuerit in se ipsum.

5 Aduertendũ tamen est, quod contrarium defendit *Marchesan. de comiss. par. 2. §. 2. in tit. de auocat. causarum*, vt scilicet quod nõ habeat locum in causa criminali, quoniam ratione delicti sortiuntur forum, vbi deliquerunt *Authent. qua in Prouincia C. vbi de cri. ag. opor.* & in hoc, vt ibi subdit *Bald. nu. 6.* particulariter legi præfatæ derogatum est *Borgn. Caualc. decis. 2. nu. 11. Afflict. decis. 133. Corn. cons. 70. col. 1. vol. 2. & de Marchesano meminit Scaccia de appell. quæst. 7. nu. 132.* vbi hanc opinionem dicit probari ex *cap. 1. de priuileg. in 6.* vbi Papa declarat, quod exemptio alicui concessa ne possit conueniri coram suo ordinario, non habet locum quando exemptus delinquit in loco non exempto intra iurisdictionem illius Iudicis ordinarij, quod idem notat *Legista in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. ag. oport. & præsertim Bald. num. 1. sub nu. 6. not. vlt. vers. oppono quod aut* dicens, quod delinquens potest conueniri in loco delicti non obstante priuilegio sibi dato quod non possit conueniri, nisi sub certo Iudice.

6 Et hæc opinio potest fundari quia attenditur locus, vbi delictum committitur, vt notatur in *l. 1. C. vbi de crim. ag. oport.* & ratione criminis commissi, quis sortitur forũ *Auth. qua in prouincia C. vbi de crimin. ago oport. Glos. in l. à diuo Pio §. sententiam ff. de re iudic. cap. fin. & ibi glos. de foro compet. luculenter D. Ricc. in collect. decis. collect. 854.* vbi allegat *Laurent. in dec. Rot. Auinion. 114. Franc. Marc. in decis. 920. par. 2.* & ampliat procedere, etiam si alias haberet priuilegium ne conueniatur, nisi certo loco, & dicit

7 quod mandans fieri delictum non in loco mandati, sed delicti puniri debet *Guid. Pap. decis. 204. Franc. Marc. in dec. 178. par. 2.* immò delinquens debet ad Iudices loci delicti remicti non obstante contraria consuetudine per *text. in l. 1. C. vbi de crimin. agi oport. Salyc. & Iason. in l. 1. C. de Summ. Trinit. & fide cathol. Bald. cons. 205. vol. 4. Felyn. in cap. 1. l. 3. ratione delicti col. 4. de foro compet. Foller. in pract. crim. in verb. audiantur excusatores*

satores in 1. *par*.2. *part.nu*.80. *Glos. in clem. pastor in verbo more de re iudic.* vbi etiam *Imol. Castr. cons.* 307. *Cepoll. cons.*59. abundè *Boer. in decis.* 29. cuius decisionis plures rationes constitui solent.

8 Et prima scilicet quia maxime congruit Reipublicæ scelera in eo loco puniri, in quo fuerunt perpetrata propter exemplum, vt qui non dum deliquerunt à criminibus abstineant delinquentium punitione territi *l.capitalium §.famosos ff.de pen.cap.ad liberandum de iud.clem.*1. *de offic. ordin.cap.quapropter* 2.*quæst*.7. idcirco qui deliquit etiam puniendus, vbi crimen commiserit *text. optimus in auth. vt nulli Iudicũ §. si quis vero comprehensorum, & in auth. vt omnes obediant Iudici §. hoc considerantes l. si cui §. vlt. & l.vlt ff.de accusat.cap.si ille* 23. *quæst*. 4. & alia eiusdem sanctionis, & instituti publici ra-

9 tio quod res publica illa in cuius territorio delictum est perpetratum absq; dubio speciali iniuria afficitur, vt constat cũ magistratus illius maxime offendantur quibus cõuenit prouinciam malis hominibus expurgare ne ab his quieta hominum vita illius Reipublicæ, quæ illis extitit delegata passim turbetur, & ideò par est, quod his Iudicibus conueniat eorum criminum punitio, vt publica fiat vindicta, & deniq; satisfactio illius Reipublicæ, quæ læsa fuit, vtque in ea tutior sit inter improbos innocentia *l.3 & l congruit ff. de offic. Præsid. cap. facta sunt leges 4.distinct.* 3.

Et his adnectitur ratio ex eo quod punitio scelerum admodum necessaria Reipublicæ facilius fit, ac comodius de criminis authore discutitur, si ea causa in loco delicti commissi examinetur, nam si alibi foret examinando quotidie manerent scelera impunita, propter occultam authorum cognitionem quæ difficillimè posset in lucem prodire si in loco delicti non ageretur de

10 eiusdem criminis punitione, quod satis constat, & notatur in *§. hoc cõsiderãtes in auth. vt omnes obed. Iud.* quibus suffragatur alia ratio, quia iniuriã, & damnum passi, & coacti eius publicam vindictam in alieno territorio prosequi præsertim apud Iudicem illius loci, cuius incolæ sunt, & in quo domicilius habent delinquentes omitterent profectò publicam istam, vel priuatam accusationem quam prosecuturi sunt multis expensis in eo loco, vbi qui iniuriam intulerunt amicos, & cognatos habent atq; ideò parum essent tuti, nec temere incerti de iustitia, &

ministerio quemadmodum, & in *d. §. hoc considerantes in Auth. vt omnes obediãt Iud.* & insinuatur, & habetur per *Iacob de Bellouis. in cap. Romana §. contrahentes nu.* 110. *de foro compet. in 6. Couarr. prat. quæst. cap. 11. num. 3. Decian. in tract. crim. tom. 2. cap. 19. de remiss. reor. ad suos Iudic. lib. 4. Peguer. in decis. 66.* vndè meritò licet delictum cognoscatur regulariter per quatuor Iudices nempe originis domicilij delicti, & loci in quo quis plurimum conuersatur nihilominus

11 nus delicti locum in criminibus puniendis cæteris alijs potentiorem esse tradit, alios allegans *Cirill. in sum. crimin. in tit. vbi de crimin. agi oportet nu.* 2. quem sequuntur *Farinac. de inquisit. in sua pract. quæst. 7. Franc. in decis. 37.* hinc

12 etiã si delinquens reperiatur penes Iudicem originis, aut domicilij, tamen ambo hi Iudices requisiti à Iudice loci delicti tenentur illum remittere ad ipsum Iudicem loci delicti, prout est omnis opinio de qua per *Cepoll. in cons. crimin. 59. vers. primum est an de Iure Cur. Iun. in l. hæres absens §. 1. nu. 5. ff. de iudic. Clar. in pract. crimin quæst. 38. vers. est autem tanta potentia locus delicti*, optimè *Thesaur. in decis.* 90 *nu. 60. Franc. in d. decis. 37. nu. 1. & 2.* & expresse dispositum de Iure Regni in *prag. 5. item quod Officiales vbi de delicto quis conueniri debeat*, vbi

13 statuitur omnes delinquentes debere remitti ad officialem territorij, in quo deliquerint exceptis disrubatoribus stratarum hinc Iudex loci delicti, in delinquentem ibidem repertum quo ad omnes effectus habet iurisdictionem, & quo ad bona alibi existentia, vt per *Hartaman. in cap. 7. in tit. Miscicell. lib.* 1. hine delinquens debet remitti ad locum delicti, vt ibidem puniatur *Bald. singul. 179.* & Iudex negligens remittere punitur *l. si dum, & auth. si vero C. ad l. falcid. de adult.*

14 Et ex his euenit, quod damnificans seminata sortitur forũ illius territorij, in quo dam num factum est, iuxta *DD. sententiam in l. hæres absẽs ff. de iudic. Afflict. in Constit. Regni cum per partes Apuleæ nu. 13. Anna in singul. 137.* qui sic in practica seruari refert.

15 Et ratio depromitur ex *tex. in l. nullũ C. de test.* vbi est prouisum, quod delinquens corã aliquo Iudice, licet alius Iudex ille non esset competens delinquentis, efficitur tamen delinquens de foro ipsius, & poterit illũ punire, prout latè habetur per *Couarru. in libr. pract. quæst. cap. 18 nu. 8. Frãc. decis. 147. Vsu. in opin.* 910. *D. Rice.*

Ricc.in Collectan. decis. Collectan 243.

Et huc spectat dictum *Bar. in l. si quis obrexerit in fin. ff. de falsis*, quod vbi in actu iudiciario sit delictum aliquod coram Iudice à Notario, à parte, à teste, vel ab Aduocato, poterit tunc Iudex istud delictum ex officio punire.

Et hinc *Bald.in d.l. nullum C.de test.nu.6.* inquit quod Iudex Perusinus cōmittens examen Iudici Florentino in causa pendente, vel de partium consensu, aut de Iuris necessitate coram eodem Iudice Perusino, & testis Florentiæ receptus falsū deposuerit, quod etiam per viam inquisitionis poterit per Iudicem Florentinum puniri, vt sequitur ibidem *Salyc.*

16 Quorum authoritate dicitur testem puniri de falso per Iudicem coram quo testificatus est etiam si alias ille Iudex sit incompetens, vt scripsit *Maranta in sua pract. par.6. actu* 11. *nu.* 2. vnde ab eo puniendum esse testem de falso, coram quo falsum deposuit, & cuius aures fuerunt offensæ inquit *Ferrar.in pract. in form. iur. test.§. & falsitates num.*4. latè *Peguer. decis.*79. *Afflict. decis* 219. & 230.

17 Ex his etiam pariter fundari potest *decisio Peguer.* 60. vbi decisum refert Capitaneum Guerræ posse punire testem Prouincialem coram eo falsū deponentem.

18 Hinc nouissimè secundum *D.Ricc. in sua praxi resol.* 80. *part.* 2. Iudex potest cōgi ad remittendum delinquentem, nam potest Iudex loci delicti requirere Iudicem domicilij, vel originis, vt capiat delinquentem, ad hoc vt sibi remittat *tex. est in §. si quis comprehensorum in auth. vt nulli iud. & in l solent ff. de success. reor. Soccin. in cap. postulasti vers. quoad tertium, & Felyn.* post alios *in cap.fin.de foro cōpet.Bart.in l.*1.*in princ. C.vbi de crimin. agi oport. & in l. si cui §.fin.ff.de accus.& est communis DD.* sententia de qua per *Boss. in tit. de foro compet. num.*49. vbi etiam dicit, quod cogitur Iudex cui scribitur hoc facere, & vbi non vult superior coget *Cepoll.cons.crim.* 58.*nu.*1.*vers. primum, & si an de Iure communi Curt. Iun. in l.hæres absens ff. de iudic.& Clar. pract.crim fol.*438. *vers. est autem.*

19 Ex quibus omnibus interrogatus à Domino meo Iacobo Narsino viro integerrimo, & in negotijs mira dexteritate præclarissimo Illustrissimique Principis Cardinalis Burghesij in hoc Regno Agente dignissimo, & pro Reuerenda Camera Apostolica Fisci patrono

trono vigilantissimo, respondi potuisse Illustrissimum Nuncium cognoscere de quadam falsitate commissa in eius Tribunali à quodam teste.

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiũ fori competit personis priuilegiatis quando Actores sunt.*

2 *Persona priuilegiata possunt conuenire suos aduersarios coram Principe.*

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori competat personis priuilegiatis si fuerint Actores.

1 Regula sit affirmatiua, quod scilicet priuilegium fori cõpetat his personis quando actores sunt, enim priuilegiũ est eis cõcessum, vt conue-
2 nire possint suos aduersarios coram Principe, vt statuit Constantinus Imperator in *l. vnica in fin. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* cuius verba hęc sunt, (quod si pupilli, vel viduę aliijque iniuria fortunę miserabiles Iudicium nostræ serenitatis orauerint, præsertim cum alicuius potentiam perhorrescunt, cogantur eorum aduersarij examini nostro sui copiam facere,) & sic in proprijs terminis scribit *Menoch. de arbitr. Iudic lib 2. casu 66. nu. 17. post Bald. in summario d. l vnic.* vbi dicit, quod miserabiles personæ habent priuilegium, ne possint extrahi extra eorum domicilium etiam per rescriptum Principis, vel in Curia Principis, sed ex proprio domicilio sunt cõueniendi; ipsi tamen benè possunt trahere aduersarios eorum extra domicilium coram Principe etiam per viam simplicis querelæ, iuxta notata etiam per *Castrens. ibid.* & ita est quotidiana praxis, quæ est in vsu recepta, vt quotidie videtur.

QVAESTIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Habentes fori electionem, illa gaudent si agant ex Iure cesso.*

2 *Miserabiles persona habent fori electionem, ex cessione, tam si sit ex causa lucratiua, quam onerosa.*

3 *Electio fori non datur ex cessione, vbi cessio esset fraudolenta.*

4 *Cessio fraudolenta quando dicatur facta.*

5 *Fori electio non datur ex cessione, vbi cedens est priuilegiatus cessionarius vero non.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori competat priuilegiatis ex iure cesso.

1 REgula sit affirmatiua, quod habentes electionem fori illa gaudere debeant si agant ex Iure cesso, vt per *Afflict. in constitut. statuimus voluerunt Alber. in tract. statut. quaest.* 202. *par.* 1. *Carauit. in ritu* 228. *nu* 7. *Cumia in rit. Siciliae cap.* 82. *sub nu.* 16. *Menoch. de arbit. Iudic. lib.* 2. *casu* 66. *nu.* 43. *Muscatell. in praxi Sacri Consilij in glos. competentes nu.* 80. *&* 81. *Tapia in Constitut. statuimus nu.* 23. vbi etiã *Foller. nu.* 24. *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 257. *nu.* 7. *Intrigliol in singul.* 101. vbi loquitur de virgine quae habet priuilegium eligendi forum Principis, & sic practicari in Senatu Cathaloniae, refert *Cancer. variar. resolut. cap.* 2. *de iurisdict. omn. Iudic. par.* 2. *nu.* 28. *in fine.*

2 Amplia 1. in miserabilibus personis procederet etiam, si cessio fuerit facta ex causa onerosa, quam lucratiua, nam quamuis Ritus Mag. Cur. Vic. 228. *&* 290. prouideant quod priuilegiatus pro iuribus ei cessis ex causa lucratiua non trahat, hoc tamen non procedit, quando cessio est facta miserabilibus personis, & tenet *Isernia* quem sic intelligit & sequitur *Afflict. in d. Constitut. Regni statuimus in* 6. *quaest.* data tamen cessione vera, & non simulata, & dicũt praedictos Ritus non obstare, quia non comprehendunt has personas priuilegiatas, & sic iudicatum die 3. Nouembris in anno 1578. refert *Franc. in decis.* 195. quem sequuntur *Calà de modo articulandi, & probandi num.* 95. *fol. mihi* 11. *Capobianc. de authorit. Baron. pragm.* 8. *nu.* 171. licet contrarium tenet *Iacob. in l.* 2. *in* 6. *colum. vers. item quaero numquid num.* 39. *C. ne lic. potent.* & aliter distinguat *Foller. in d. Constitut. statuimus num.* 74. *vers. quaerit insuper Afflict. fol.* 120. *col.* 2.

3 Limita 1. praemissa non procedere si cessio fuerit facta in fraudem, & simulatè, vt puta per terminum *l. per diuersa C. mandat. Afflict. in d. Constitut. statuimus sub num.* 27. *& Foller nu.* 74. *vers. & similiter restringe Cumia in ritib. Sicil. cap.* 82. *nu.* 17. *Marchesan. de commiss. in tit. de commiss. Aduocat. caus. par.* 2. *§.* 2. *Carauit. in ritu* 228. *num.* 7. *cum sequent.*

4 vbi subdit tunc dici cessionem simulatam, quando agitur in rei veritate, quod lucrum sit cedentis, licet aliud appareat vt notatur per *glos. in cap. per diuersas in vers. quam alijs in princip. C. mandati Rota in nouis in decis.* 1. *de alienat. Iudic.*

dic. mutand cauſ. facta, item quando ceſſionarius eſt homo litigioſus, & ſolitus talibus im plicari, item quando nulla alia ratio aſſignari poteſt, quare ceſsio facta fuit, niſi vt reus vexetur, & alijs de modis, vt ibi pęnes eum videre poteris in facti contingentia.

5 Limita 11. vbi cedens eſſet priuilegiatus ceſsionarius verò non, nam cedentis priuilegio ceſsionarius vti non potuerit circa fori electionem, vt habetur per *Carauit. in rit.* 228. *nu.* 15. vbi aſsignat rationem, quia priuilegium electionis fori eſt perſonale, & perſonam ſequitur *cap. priuilegium de regul. Iur. in* 6. allegat *Caſtrenſ. in l. ſi poſt diuortium ff. ſolut. matrimon. & Roman. conſ.* 135. vbi quod ceſsionarius gaudet priuilegio ſuo, & non cedentis, & ſic quandoque interrogatus reſpondi, & vidi reſponſum per viros valde graues, & miræ eruditionis.

QVAESTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Habentes fori electionem illa gaudent, tam ſi ſint pauperes, quam ſi ſint diuites.*

2 *Alimenta ſunt priuilegiata, etiam quod illa diuiti relinquantur, & idem dicitur de dote nu.* 3.

4 *Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

5 *Fauores ſunt ampliandi.*

6 *Pactum de non petendo tollit ipſo Iure naturalem obligationem.*

7 *Beneficia Principis latiſſimè ſunt interpretanda.*

8 *Dictio ſed in beneficijs principum augmentatiuè eſt interpretanda.*

9 *Verba enunciatiua Principis diſpoſitionem inducunt.*

10 *Conceſſio Caſtri facta ſimpliciter à Principe intelligitur cum pertinentijs, & adiacentibus.*

11 *Conceſſio Caſtro alicui, & filijs per Principem extenditur ad nepotes, imò ad omnes deſcendentes nu.* 12.

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori competat perſonis priuilegiatis diuitibus.

1 Regula ſit affirmatiua, & ſic quod habentes fori electionem illa gaudeant, tam ſi ſint pauperes, quam ſi ſint diuites iuxta opinionem *Abb. in cap. ex parte extra de foro compet. Alexan. in l. Titia textores nu.* 7 *ff de legat.* 1. *Bal. Nouel. in tract dotis par.* 9. *priuileg* 12. *Bulgar. in l.* 1. *nu.* 125 *ff. ſolut. matrim. Neuizant lib.* 6. *Silua Nuptial. nu.* 34. & 35. *Ioannes Lup.*

Lup. in cap per vestras notab. 2. nu. 12. de donat. inter vir. & vxor. Couarr. pract. quaest. cap. 6. nu. 2. vers. obtinet Parpalia in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Alberic. de Ros. in l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid. latè *Natta cons. 590. vol. 3.* loquens de viduis, & pupillis diuitibus *Thesaur. in decis. 177. nu. 3.* vbi refert decisum in Senatu Pedemontano in anno 1586. viduam etiam diuitẽ gaudere fori electione, & sic indistinctè iudicari in nostro Sacro Regio Consilio Neapolitano testatur *Franch. in decis. 100. nu. 19. Cumia in Ritib. Sicil. cap. 82. num. 12.* & sic seruari per Senatum Cathaloniae dicit *Cancer. variar. resol. cap. 2. de iurisdict. omn. iudic. p. 2. n. 5. & nu. 6.* vbi inquit esse tamen verum quod pupillis, & viduis diuitibus non subuenitur in expensis publicis ad litis prosecutionem, vt ibi per eum habetur esse praxim Cathaloniae, tradunt etiam, & hanc opinionẽ sectantur *Azo in summa C quando Imper. inter pupill. & vid. Menoc alios referens de arbitr. Iudic lib. 2. casu 65. nu. 17 & sequent. Milanens. decis. 5. num . lib 2 Capobianc. de authorit. Baronib. pragm. 8. nu 100* vbi post *Imbrian. in tract. de primo, & secundo benef. cap. 1.* dicit viduã Reginam dici miserabilem ad effectum eligendi forum *Molfes. in Consuetud. Neap. par. 2. de bonis quaest. 13. num. 18. Viu. in decis. 521. sub num. 8.* qui testatur sic pluries decisũ in Regia Audientia Barensi, & fuisse decisum Romae in vna Reatina D. Virginiae viduae per signaturam iustitiae coram Illustrissimo Cardinali Sfortia, tunc dictae signaturae praefecto; & *nu. 9.* pro hac sententia dicit plurimum facere *tex. in l. cum hi §. nihil ff de transaction.*
2 vbi alimenta sunt priuilegiata, etiam quod ea diuiti relinquantur, ex quo illud tantum attenditur quid sint alimenta ipsa, non autem cui ea relinquantur, dum alimenta dantur pro vitae substentatione, &
3 idem dicit de dote, quae habet priuilegia plurima *l. 1. ff solut. matrim. cap. fin. de re iudic.* quae nempe priuilegia habet dos ipsa, vel quod diuiti, vel quod pauperi relinquatur, nam causa ipsius dotis inspicitur, non autem cui datur, & ideò non diuitiae viduarum, pupillorum, & aliarum personarum miserabilium, sed potius conditio viduitatis, pupillaris aetatis, & miserabilitatis attendi debet, quia huiusmodi personae, quibus hae conditiones insunt solent regulariter opprimi, vt experientia, quae est omnium rerum magistra, docet, & probat *text. in cap.*

Regum

Regum 23 quæst. 5. & in §. penult. institut. de satisdat. vbi Angel. & in c. quæ sit ae elect. in 6. & hinc rationabiliter canebat Petrarca cantilena 15. stantia 7.

Non sta per te di star fra gente allegra
Vedoua sconsolata in veste negra.

Probatur insuper firmata opinio, quia Imperator dum cōcedit beneficium electionis fori viduis, pupillis, & alijs miserabilibus personis non distinguit de pupillis diuitibus, &
4 pauperibus, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus vulgata *l. de pretio ff. de public. in rem act.* ergo generaliter, & indistinctè est intelligendum tam de miserabilibus personis diuitibus, quā pauperibus, eò magis, quia sumus in materia fauorabilis,
5 quæ potius est amplianda, quā restringenda, vt in *cap. odia de regul. Iuri. in 6. cap. statutum à contrario sensu de elect.* vbi dicitur quod statutum de his, qui ad parrocchialium Ecclesiarum Regimen assumuntur promouendis ad sacerdotium intra annum, alioquin ipsis Ecclesijs sunt priuati ad collegiatas extendi non debet, quia cum sit odiosum restringi potius debet, quam ampliari concordat *tex. in l. cum quidā ff. de liber. & posthum.* vbi si pater instituat filium ex re certa valet institutio, sed si exhæredet à rè certa non valet exhæredatio, quia in institutione versatur fauor quem conuenit laxari.

6 Hinc licet pactum liberatorium idest de non petendo tollat ipso Iure naturalem obligationem *l. sticcum §. naturalis ff. de pactis*, pactum verò de petendo quod est obligatoriū non tollit ipso Iure *l. si vnus §. pactus ne petere ff. de pactis*, quia in pacto prædicto de non petendo versatur fauor, quem cōuenit ampliari in pacto vero de petēdo versatur odium, quod oportet restringi *l. Arrianus ff. de act. & oblig.*

Denique non est tacendum hoc priuilegiū electionis fori
7 fuisse concessum per Principē, & beneficium principis latissimè est interpretandum quoad verba, nam vt inquit *Bald. in cons. 181.* quem refert *Roland. in cons. 7. nu. 17. lib. 1.* beneficiorum verba sunt gratiosè, ac liberaliter intelligenda, nec tenaciter interpretanda, *tex. & Glos. in c. allegant. 26. quæst. 7. Gramat. cons. 6. nu. 3. & cons. 58. nu. 23. & sequent.* in quibus astricta verborum significatione est recedendum, & ad amplam latioremque, & generalem, quam in vltimis voluntatibus accedendū, vt post alios

firmat

firmat *Franc. Marc. in decis. 365. nu. 29. & decis. 454. nu. 28. lib.* 1. imo etiam ad impropriã & post *Oldrad.* tradidit *Gramat. decis. 59. nu.* 48. & ita interpretanda, vt sub verbis cõprehendatur, quod alias esset exprimendum, vt tradit *Bero cons. 70. num.* 30. *lib.* 1. itaque intelligenda, vt citra ius proprium aliquid de nouo concedatur iuxta allegata per *Suarez. in alleg* 28. cuius sententiã in facti contingentia sectatus magnum assumpsi honorem.

8 Hinc dixit *Alex. cons. 193. nu. 3. lib.* 2. dictionem seu in beneficijs Principum augmentatiuè, & non disiunctiuè interpretandam ideoque data potestate edificandi molendinum, seu domum intelligendi datam potestatem vtrumq; edificandi, & hinc *Gramat. in dec. 59. num.* 21. *& sequent.* latissimè probauit dictionem, prout in beneficijs pro quia accipi, nec conditionem, sed causam inducere, ideoque etiam non vera causa substineri concessionem, vt idem est in dictione secundum, * sicut iuxta latè probata per *Glos. in cap. Abb. ex illo text de verb. signific. Dec. consil.* 168. *nu.* 4. *Boer. decis.* 247 *nu.* 1. *Paris cons. 15. nu.* 47. *lib.* 1.

9 Hæc etiam spectat quod verba enunciatiua Principis ex certa scientia prolata dispositionem inducunt *Innocent. in cap cum ab Ecclesiarum nu.* 3. *in fine de offic. ordin. Butr. in probem. decret. nu.* 31. vbi *Fely. nu.* 21. moti ex *cap. indemnitatibus §. fin. de elect. in 6. & clement. attendentes de statu monac. Bart. in l. sodales nu.* 5. *de colleg illic. Roman. in l. ex hac scriptura num. 7. de donat. Bellam. decis.* 741. *num.* 9. vide *Isern in c. 1. § similiter. nu.* 22. *de cap. qui cur. vend.* vbi dixit quod si Rex cõcessit alicui Castrum, vel feudum in Baroniã ex certa scientia id faciens cõcessionarius ex eo erit Baro.

10 Hinc etiam concessio Castri simpliciter facta à Principe intelligitur cum adiacentibus, & pertinentijs suis omnibus *l. si quando la* 1 *C. de bon. vacan. lib.* 10. *Hostiens. Ioan. Andr. Butr. Abb. & Imola in cap. cũ dilecti de donat. Corsett. in singul.* 251. *Glos Odofred. Bart. & Alber. in l fin. ff. de constit. princip.*

11 Hinc concesso Castro alicui, & filijs etiam ad nepotes extendi tradiderunt *Bart. in l. liberorum nu 7. de verb signific. Alex. cons. 17. nu. 5. lib. 5. Card. in cap. 2. de verb. signific. Anchar. in cap. 2 de battism. Fely. in cap causam qua nu.* 12. *de rescript. Dec. cons* 372. *num.* 9. *Natta cons.* 64. *num.* 14. qui ad omnes descendentes extendit latè *Gabr.* alios cumulans in

conclus.

conclus. 1. num 15. de verb. signific. vbi num. 36. dicit non
12 solum ad nepotes verum etiã ad omnes descendentes feudũ alicui, & filijs concessum extendi, vt etiã ante eum voluerunt *Glos. in cap 1. §. & si clientulus quam ibi receperunt Bal. & Beluis. de alien. feud. Alex. cons. 124. nu. 7. lib. 4. Dec. cons. 445. nu. 51. Iason. in l. de quibus num. 20. ff. de leg. Frecc. de sub feud. lib. 3. de distin. inter feuda regalia dist. 41. Menoch. cons. 1. nu. 189.* latè post alios *Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 6. nu. 29.* & iuxta hanc firmatam opinionem votaui in casibus occurrentibus cum fuissem in statu de voto meo.

QVAESTIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Vbi ceptum est iudicium ibi terminari debet.*

2 *Amplia procedere tam in principali negotio, quam in alio etiam ab eodem origine trabente.*

3 *Miserabiles personæ habent fori electionem etiam si ceptum sit iudicium coram ordinario Iudice.*

4 *Consortes litis miserabilium personarum gaudent fori electione.*

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori competat personis priuilegiatis, si ceptum sit iudicium coram Iudice ordinario.

1 Regula sit affirmatiua, vt scilicet quod miserabiles personæ habentes fori electionem, illam habeant, etiam si ceptum sit iudicium, coram Iudice ordinanio, nam licet vbi ceptum sit iudicium, ibi finiri debeat ad *text. in l. vbi ceptum ff. de iudic. §. quoniam autb. de testib. l. nulli prorsus C. de iudic.* exornat *Felin. in cap. ex tenore col. 7. & 8. de rescript. Afflict. decis. 334. Gabriel conclus. 1. de iudic. Ponte in cons. 70. Intrigliol. decis. 49. nu. 15.* latè post alios *Giurba in decis. 23.* magna enim causæ ad se ipsam est continentia, vt inquit *Cyn. in d. l. nulli prorsus C. de iudic. Surd. cons. 222. num. 11.* quod procedere voluerunt *DD.* ne dum in prin-
2 cipali negotio, sed in alio etiã ab eodem originem trahente *Bald. in cap. 1. col. fin. de controuers. inuestit. Fachin. controuers. Iur. lib. 11. cap. 78. fol. 75. Polidor. Ripa obseruat. 40. num. 2. & 3.* latè alia cumulãs *Giurba in d. decis. 23.* tamen
3 fori electio competit personis miserabilibus etiam si coram ordinario Iudice ceptũ sit iudicium,

dicium; quia illo omisso ad Principis forum conuolare poterint, & in his cessat dispositio *tex. in d. l. vbi cæptum ff. de iudic.* vt tradunt *Soccin. consil. 94 nu. 3. Neuizan. in sua Sylua Nuptial lib. 6. nu. 38. Affl. in Constit. statuimus num. 25. Nacta consi. 590. nu. 15. vol. 3. Franc. in decis. 100. in fine Thesaur. decis. 177. num. 6. Carauit. ritu 233. nu. 9.* & hoc ordinario Iure vtimur in hoc nostro Regno, & ita seruatum, & decisum fuisse in Senatu Sabaudiæ, refert *Gaspar Thesaur. in addit. ad patrem in dec. 177. nu. 6. Belluga in Specul. princip. rubr. 23. num. 2. versic. sed pone Vrsill. ad Afflict. in decis. 257. sub num. 2.* qui sic refert decisum in Magn. Cur. Vic. quem refert *Thorus in suo Compend. decis. in verbo variatio Cancer variar. resolut. cap. 2. de iurisdict. omn. iudic. par. 2. nu. 26.*

Declara non procedere, quando cum ipsa persona miserabili esset connexa altera non miserabilis, iuxta doctrinam *Carauita in ritu 233.* & fine quam refert *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu. 66. nu. 38.* quæ declaratio mihi non placet, vt neque eam sequuntur *Couarru. pract. quæst. cap. 7. versic. 9. & Aretin. consil. 83.* ex eo quod cõsortes litis cum miserabilibus personis gaudent fori electione, vt per *Nattam in consi. 590. vol. 3. Cumia in ritib. Siciliæ cap. 82. nu. 15. Thesaur. in decis. 155. num. 5.* & latè alias dictum fuit.

QVAESTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori potest fieri in secunda instantia, & sic in appellatione, sed vide nu. 2.*

3 *Appellatio fieri debet gradatim.*

4 *Iurisdictiones non debent confundi.*

5 *Vasallus non debet per saltum venire ad Principem.*

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori competat personis priuilegiatis in secunda instantia, & sic in appellatione.

1 Regulã sit affirmatiua, & sic quod habẽtes fori electionem, illam habeant adhuc in secunda instantia, & appellatione, vt in proprijs terminis sequuntur *Carauit. in ritu 19. nu. 20. Thesaur. in dec. 177. nu. 8. Rebuff. de sentẽt. prouisional. artic. 3. glos. fin. num. 31. & in tit. de appellat. artic. 3. glos. cum fall. 3. num. 14.* de quibus meminit *Scaccia de appellat. q. 7. nu. 113.* quibus addo *Menoch.*

nceb de arbitr. Iudic. casu 66. in addit. lib 2. nu. 38. vbi dicit priuilegium electionis fori habere locum etiam in secunda instantia, & si enim coram ordinario litem inchoauit miserabilis hęc persona, & lata sit sẽtentia, adhuc tamen poterit adire Principem omisso medio allegat *Neuizant. in lib. 6. Silua nuptialis nu.* 36. & sic etiam tenet *Marchesan. de commiss. in tit. de auocat. caus. par.* 2. *§.* 2. *nu.* 156. & sic est praxis, vt audiui obseruari.

2 Vide tamen *Cumiam contrarium tenentem in ritib. Sicil. cap.* 38. *nu.* 477. vbi allegat *Couarr. pract. quaest. cap.* 7. *nu.* 4. qui dicit probari in *l. vnica. C. quando Imper. inter pupill. &*
3 *vid.* & ita alias decisũ, ad quod facit nã appellatio debet fieri gradatim non ommisso medio *l. Imperatores ff de appellat. & relat.* Imperatores rescripserunt appellationes quæ retro ad Principem factæ sunt omissis, is ad quos debuerunt fieri ex vno ordine ad Præsides remitti, &c. *gloss.* 2. *in cap.* 66. *di lecti il* 3. & ibidem *Abb. nu.* 6. *& Dec. nu.* 10. *vers. in gloss de appell. gloss.* 1. *in c.* 1. *vers. ad quẽ* 2. *q* 1. *Guid. de Suzar. tract. de ord. iudic. tit. ad quẽ appellatur nu.* 118. *tom.* 3. *par.* 1. *fol.* 38. *Archid in c.* 7. *si delegatus versus finem sub nu.* 4. *ibi Bisign. dec.* 21. *nu.* 4 *de appell. Anan. cons.* 2. *Soccin. in reg.* 25. & quod de Iure ciuili non possit appellari omissis medijs etiam si appellaretur ad Imperatorẽ, notat *Aret. in d. l. Imperat. nu.* 1 *ff. de appellat. & relat.* & quod hæc cõclusio sit vera de Iure ciuili scribit *Nicol. in tract. de concord. gloss. concord.* 6. *fol.* 39 *nu.* 81. *tom.* 18. *fol.* 194.

4 Ratio est, quia iurisdictiones non debent confundi *l. nemo*, & ibi *gloss in verb. auxilium C. de iurisd omn. iud. Guid. Pap. dec.* 436 *nu.* 3. *Natta cons.* 82. *nu.* 4. *& cons.* 271. *num.* 2. *lib.* 2. *Gail. obseru.* 119. *sub nu.* 2 & pulchrè *Rol. à Vall cons.* 48. *nu.* 29. *& seqq. lib.* 2. & non debet vasal-
5 lus venire ad Principẽ per saltum pro consequenda iustitia *Paris de Put. in tract. de syndic. rubr. de excessibus baronũ erga subd in verb. an baro nu.* 4. *tom.* 7. *fol.* 231.

QVAESTIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Per satisdationem de iudicio sisti, & de iudicatum soluendo non censetur quis consentire in Iudicem.*

2 *Petens libelli copiam coram aliquo Iudice non dicitur consentire in Iudicem.*

3 *Satisdans de parendo mandatis Curiæ non censetur renunciare priuilegio fori.*

4 *Dans sportulas Iudici non dicitur*

dicitur in eum consentire.

5 *Per constitutionem procuratoris ad respondendum corã Iudice, non censetur quis consentire in illum Iudicem.*

6 *Miserabiles persona non possunt renunciare eorum beneficio electionis fori.*

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori competat personis priuilegiatis, si satisdederunt de iudicio sisti, & iudicatum soluendo.

1 Regula sit affirmatiua, & sic quod habẽtes fori electionem illam habeant etiam si satisdent de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, nam per has satisdationes non censetur quis cõsentire in Iudicẽ *Bal. in auth. offerantur C. de litis contest. in fin. & in c.1. col.* 1. *de iudic.* vbi etiã *Abb. & Aretin. in fin. Bar. in l. si conuenerit col.* 1. *ff de iurisd. omn. iudic. Arnon Soli loq.* 37. *Mars. sing.* 227. *Vrsill. in addit. ad Affl. in dec.* 133. *n.* 7. quos sectatus iuxta ipsorũ sententiam, & Doctrinã respondi rogatus de voto meo.

2 Amplia firmatam regulã procedere etiam si petijssent copiam libelli coram aliquo Iudice, nam hoc nõ obstante possunt eligere forum, enim quando quis petit copiã libelli coram aliquo Iudice nõ censetur in illum consentire, ita quod excludatur à remissionis petitione ad suum Iudicem competentem, vt probat *tex. in l. non videtur la* 2. *ff. de iudic.* & tradunt *Oldrad. in cons.* 26. *Calder cons.* 1. *de Iure iur. Anchar. cons.* 139. *Ias. in l. fin. C. de iurisd. omn. iud. Bald. cons.* 28. *nu.* 5. *vol.* 1. *Innoc. in c. praeterea de dilat. Castrens. cons.* 276. *vol.* 2. & sic pariter quando quis

3 satisdat de parẽdo mandatis Curiæ, quia non censetur renunciare priuilegio fori *Marsil. singul.* 227. *Alex. in l. quidam consulebat ff. de re iudic. Anna singul.* 413. *Guid. Pap. dec.* 607. *Boer. dec.* 44. *nu.* 41. *post Bal. in l. iurisdictionis in fin. C. de bon. author. Iudic. possidend.* & etiã si essent datæ sportulæ iudici,

4 quia nec per hunc actum consentitur in Iudicem, nec perditur ius declinandi forũ *Alex. cons.* 57. *nu.* 4. *vol.* 1. *Dec. cons.* 142. *nu.* 5. *vol.* 1. *Ias. in §. tripli instit. de action. nu.* 41. *Bald. in auth. offeratur notab.* 2. *C. de litis contest. Mant. cons.* 337. *num.* 13. *vol.* 2. *Felyn. in cap. inter Monasterium de sentent. & re iudic.* vbi quod hoc pro-

5 cedit etiam per constitutionem procuratoris ad respondendum coram Iudice, vel ad disputandum super exceptionibus, nam in tali casu neque videtur Iudici consentire, vt voluit etiam *Butr. in cap.* 1. *col.* 15. *vers. nota primum glos.*

de iudic. & facit *text. in cap. fin. de dilat.*

6 Quæ omnia tanto magis procedunt in miserabilibus personis quæ non possunt beneficio electionis fori renunciare, vt est *glos. in l. vnica in verb. excedere C. quando Imper. inter pupill. & vid.* quam ibi cõmendant *Bald. & Salyc. & sequuntur Felyn. in cap. si diligenti num. 16. de foro compet. Natta cons. 590. nu. 15. Viuius decis. 65. nu. 2. Bellug. in Spec. princip. rubr. 23. num. 9. vers. sed pone.*

QVAESTIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Miserabilis persona contumax potest eligere forum.*

2 *Fori declinatoria amittitur per contumaciam.*

3 *Miserabilis persona non potest renunciare beneficio electionis fori.*

ARGVMENTVM.

An miserabilis persona contumax vti possit beneficio electionis fori.

1 Regula sit affirmatiua, & sic quod miserabilis persona contumax gaudeat priuilegio electionis fori, enim licet vna contumaciæ pœna

2 sit, quod per contumaciam amittatur priuilegium declinandi forum, ita quod fori declinatoria non potest ab eis apponi iuxta doctrinam *Innoc. in cap. præterea extra de dilat. Bar. in l. vbi cęptum ff. de iud. Bal. in l. si quis ex consensu C. de Episc. audient. Alex. in l. si quis ex aliena ff. de iudic. Marsil. singul. 219. Affl. decis. 133. nu. 2. & 5. Foller. in sua praxi crim. in verb. banniantur nu. 51. Anna* alios cumulans *in singul. 120.* nouissimè *D. Ricc. in praxi resol. 148. nu. 2. par. 2.* vbi de alijs meminit, cuius ratio est, quia per contumaciam videtur renunciasse fori priuilegio *argum. tex. in l. de die,* vbi *Bar. ff. qui satisd. cogant.* tamen hoc cadere non potest in mi-

3 serabili persona, quæ non potest renunciare huic beneficio electionis fori, ex *glos. in l. vnica in verb. excedere C. quando Imper inter pupill. & vid. Gratian. discept. forens. 182. nu. 22. Masull. ad Capyc. in decis. 160. num. 7. Costa de scient. & ignorant. inspect. 98. nu. 9. Franc. in decis. 187. & decis. 192. num. 7.* & alij relati per *Giurb. in decis Sicil. 82. num. 5.* vel si poterit, non tacitè, sed expressè, vt latè infra *in tertia Sectione dicemus in quæst. 7.*

QVAE-

QVAESTIO X.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori facta per miserabilem personam non cessat cessante causa miserabilitatis.*

2 *Lis cœpta in iudicio priuilegiato, non debet remitti cessante causa primordiali.*

3 *Sufficit, vt tempore citationis pertineat lis ad iurisdictionem citantis, & nu. 5.*

4 *Citatio inducit litis pendentiam.*

6 *Cessante causa, non cessat ius quaesitum.*

7 *Effectus causa consumata nō cessat cessante causa & amplia nu. 11 & vide nu. 15.*

8 *Priuilegia durant etiam cessante causa, propter quam fuerunt concessa.*

9 *Legatum praestitum alicui ob paupertatem non cessat, si sit oblatus Episcopatus.*

10 *Mulier relicta pauper tempore mariti obtinet per auth. praeterea C. vnde vir, & vxor, non obstante quod postea effecta sit diues.*

12 *Conditio sufficit quod ad fuerit momento temporis.*

13 *Status primus est attendendus.*

14 *Maior est restituendus in causa, qua tempore minoris sua aetatis ab eo fuit cępta. Ioannes Dominicus Nouarius Authoris genitor commemoratur.*

16 *Actus est intelligendus re in eodem statu permanēte quod intellige vt nu. 17 & nu. 18.*

ARGVMENTVM.

An electio fori facta per miserabilem personam, cessat deinde cessante miserabilitate.

1 Regula sit; quod electio fori facta per miserabilē personam non cessat cessante causa miserabilitatis, vt sequuntur *Thesaur. in decis. 177. num.* 4. vbi *Gaspar filius in addit.* qui sic decisum refert in Senatu Sabaudiae, in causa pupillorum, qui inceperant in minori aetate iudicium, & interim adulti facti erant *Menoch. de arbitr. Iudic. casu 66. nu. 36. in addit. lib. 2. Tapia in const. statuimus nu.* 18. qui alios allegat, vbi agit de vidua quā dicit habere electionem fori, etiam si post nuberet, aut remitteret post litem contestatam, vel post decretum interpositum super Iudicis competentia *Valascus* in genere loquendo *in decis.* 57. vbi tenet 2 quod lis cępta in iudicio priuilegiato non debet remitti cessante causa primordiali priuilegij, si quidem coram eo Iu

dice lis finiri debet coram quo cępta est *l. vbi cęptum ff. de iudic § quoniam auth. de testibus l. nulli prorsus C. de iudic.* exornat *Felin. in cap. ex tenore col. 7. & 8 de rescrit. Afflict. decis. 354 Gabriel conclus. 1. de iudic.* latè *Giurba in decis. Sicil. 23.* & sufficit quod tempo-
3 re citationis pertineat lis ad iurisdictionē citantis *l. si quis postea vbi DD. omnes ff. de iudic* quæ citatio continet effectum citationis præuentiuum *Glos. in clement. 2. de iudic* notat *in cap. proposuisti de foro compet.* & inducit litis penden-
4 tiam *glos. in cap. vt debitus de appellat. element. 2. vt lit. pendent*, & licet cesset qualitas priuilegij, quæ produxit litem ad illud iudicium, non debet idcirco transferri ad aliud tribunal. *l. fin. C. de veteran. lib. 10.* & in nostris proprijs terminis sequitur *Foller. in Constitut. statuimus nu. 39. & seq. de magistro iustitiario* dicens miserabiles personæ adeundo Regium Tribunal, & iurando perhorrescentiam aduersariorum in partibus, ac eligendo suum Iudicem competentem dictum tribunal, ex priuilegio *l. vnica C. quando Imper. inter pupill & vid & Constit. Regni statuimus*, in eo instanti consequi eff. ctum priuilegij, & priuilegium ipsum, vt patet in dicta *l. vnica* ibi, in verbo ora-

uerint, & ibi cogantur eorum aduersarij, nam cum appareāt accusasse tempore additionis, & electionis, & iuramenti sufficit quod fuerit tunc in priuilegio, & elegisse dictum tribunal, ex illa enim electione, & accusatione, iam illud tribunal fuit effectum competens, & priuilegiatum, & posset inquirere, & citare, vnde si cęptum est inquiri, & processum 5
fit ad citationem requisitam est ius ipsi tribunali electo cū per citationē perpetuetur iurisdictio, & sufficit, quod tempore citationis citatus fuerit de iurisdictione citantis *l. si quis postea ff. de iudic.* vbi notant *DD.* & ibi tempore pri-
6 uilegij ex causa ipsius sit acquisitum ius alicui licet cesset causa priuilegij non tamen cessat ius quæsitum, imo illud retinetur *l. si post mortem §. 1. l. non putauit §. sed post mortē ff. de bonor. possess. contra tabul. l. cum vxori C. quando dies legat, cap. ab eo de elect. in 6. clement. constitut. col. penult. in fin. eod. tit.* abunde habetur per *Tiraquell in suo tractatu cessante causa limit. 11.* effectus
7 enim causæ cōsumatæ, nunquā cessat cessante causa *l. inter stipulantem §. sacram, ff. de verb. oblig at. l. qui res §. aream ff de solut. l fin in princ. ff. vnde liberi l. patre furioso ff. de his qui sunt sui, vel alieni Iuris*

cap.

cap. de bigamis extra de bigam. cap quaris, & ibi *glos. in verbo contrahatur de consecrat. distinct.* 4.

8 Quo fit, vt durent ad huc priuilegia cessante etiam causa propter quã illa fuerunt concessa *l. eos*, vbi *Platea l. maximam*, & ibi *glos Bar. & Ang. C. de excusat. munerum lib.* 10.

9 Hinc enim legatum pauperi præstitum ob paupertatem non cessat, si eidem sit collatus Episcopatus à Summo Pontifice, vt late consuluit *Anna-*

10 *th cons.* 21. *vol.* 1. & hinc mulier relicta pauper tempore mortis mariti obtinet per *auth. praterea C. vnde vir, & vxor*, quã exornat, latè *Marta in decis.* 22. vbi inquit, quia cum tẽpore mariti mulier reperiatur laborare extrema inopia effectus est cõsumatus, ideò potest petere, & exigere ipsam quartam, etiam si eadẽ die mortis exegisset *l. in delictis §. si extraneus ff de noxal. l. titius* & ibi *Bart. ff. de milit. testam.* & cum superueniunt, postea bona effectus est consumatus, & non aufertur *l. fin. in princip ff vnde liber.* cum alijs allegatis per *Decium in cons.* 14. *nu.* 3. latissimè *Mancil. de imputat. legitime quast.* 166 *per totam*.

11 Nec tantum hæc locum habent in effectu omnino consumato, sed etiam in inchoato *l. & si non sint. §. infecti ff de aureo, & argento legato*, nam nec is effectus inchoatus cessat, etiam cessante illius causa secundum *Curt. Iun. in l. more col.* 11. *nu.* 12. *ff de iurisd. Iudic. Tiraquell. in tract. cessante causa limit.* 11. *nu.* 19. *versic. amplia etiam, & facit tex. in l. si quis haredem C. de institut. & substitut.* & *in l. quecumque §. vltio ff. de public. in rem act.*

12 vbi probatur conditionem sufficere adfuisse momento temporis quo adesse debuit, vnde si legatum est factum etiam annuũ eo adiecto onere, quod legatarius morari debeat cum aliquo, si legatarius cęperit morari, si moritur ille, vel aliquo casu defecerit conditio, aut onus adhuc debetur legatum *tex. in l. mewia in princ ff. de annuis legat.* ita expresse *Fulgos. in l.* 1. *C. de institut. & substitut.* & ibi *Dec. nu.* 11. *in fin.* qui satis egregiè respondet, ad id quod posset dici, quod legatum annuũ pro primo anno est purum pro alijs vero conditionale, & quod sũt plura legata, *Ruin. consil.* 37. *num.* 5. *lib.* 2. & plures cogesti per *Menoch.* qui hanc sententiam comprobat, & contrarijs respondet *in cons.* 146. *nu.* 19. *lib.* 2.

13 His accedat, quod primus rei status, qui in exordio fuit inspici necesse est, nec aduen-

titij casus considerari debent *l. in ratione ff. ad l falcid. l. Iulianus ff qui, & à quibus l. filius famil. l. insulam ff. de verb. obligat. Tiraquell ad l si vnquam glos omnia, vel partē nu 16 C reuoc don Franc dec. 599. nu. 2.*

14 Ideò tradit ex merito *Affl. decis* 210. restituendum esse maiorem illa in causa quæ tēpore suæ minoris ætatis ab eo fuit cępta, quia sufficit, vt qualitas in actu aliquo requisita tēpore actus gesti adsit, quodque actus gestus non videtur, licet illa qualitas postea cesset *l. ad testium §. conditionem ff. de testam. l. mela ff de alim. & cibar. leg. l. in substitutione ff. de vulg. & pupill Bart. in l. ex facto nu.* 1. & ibi *Iason. & DD. ff eod.* iuxta quorum sententiā vidi iudicatum per eruditissimum, & solertissimum Iureconsultum D Ioannem Dominicum Nouarium meum amatissimum genitorem.

Certi etiam Iuris est, vt eo in casu quo qualitas determinato tempore requiritur mutatio qualitatis, postea superueniens nihil noceat *l. sciendū §. fin* & ibi *DD ff qui satisdict. cog. l in delictis §. si damnum ff de noxal. Iason in l.* 1. *§. veteres nu.* 32. *ff de acquir. possess. Tiraquell. d tract. cess. caus limit.* 4 *nu.* 3.

15 Nec cessat effectus, si qualitas certo aliquo tempore requisita illo etiam tempore adfuit, & postea cessauit *Bald. in l generaliter col.* 3. *C. de Episc. & Cler. Imol. clem.* 2. *col. de rescript. Fely & Dec. in cap. cum cessante de appell. Tiraquell. d. lim.* 11. *nu.* 1. *& lim.* 35. *argum. l. si quis haredem C. de instit. & substit.* quia sufficit momēto tēporis adfuisse *l. quecumque §. vltio ff. de public. in rem act. Tappic. in l. fin. par.* 2. *cap.* 9. *nu.* 1. 23. *de Constit. princip. Felicius. de momento temp. cap.* 10. *nu.* 5. tum quia inhabilitas superueniens post actum consumatum non nocet, nec in consideratione habendus est, *Anchar. consil.* 404. *nu.* 10. quem sequutus pro hac opinione interrogatus respondi in casu occurrenti.

Quare erronea videtur *Carauit. opinio in ritu* 233. *in quæst.* 4. quem sequitur *Calà de modo articulandi in princ. nu.* 83. qui licet aliqua adducant ad eorum opinionem cōfirmandam, tamen vltra hic à me dicta eis satisfacit abundè, & plenè *Foller. in d. Constitut. statuimus*, vbi vide in casus contingentia.

Non obstat *tex. in cap. cum cessante de appell.* vbi cessante causa cessat effectus, quia Regula illius text. procedit, vbi effectus non est consumatus, vt latè ex supradictis fuit hoc cō-

pro-

probatum, & in quadam facti contingentia obtinui contra quendam qui in causa quam defendebat se fundabat semper in causa cessata, & non animaduertebat iam effectum fuisse consumatum.

16 Neque obstat, quod omnis actus est intelligendus re in eodem statu permanēte, vnde, quia exempli gratia vidua nubendo videtur desistere à suo statu per hoc cessare debeat electio fori facta tempore viduitatis, quia respondeo illud
17 esse verum quando superuenit causa quæ partibus præuideri non poterat, secus vbi ea prouideri potuerit, vndè cum per Imperatorē potuisset prouideri, & hoc expresè dici, quod vbi cesset ratio miserabilitatis cesset electio facta, dum nō dixit, & si omnis actus esset intelligēdus re in eodem statu permanente, hoc in casu nostro nihil obest, sic declarat *Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 16. nu. 4. Fallent. 4. Natta cons. 517. nu 8. Cacher. decis. 91. nu 16. Marta de clausul. par. 1. clausul. 127 num. 4.* vbi sic resolutum refert, in vna
18 causa Romana dotis coram Robusterio.

Vel respondeo illud esse verum, vbi res est integra; secus vbi res non esset integra, vt in casu nostro, in quo iam fuit acquisitum ius tribunali electo, vt in simili dicitur de mādato, quod morte mandatis expirat, quando res est integra *§. item si adhuc institut. mandat. l. mandatum C. eod. Guid. Pap. decis. 119. & decis. 491.* latissimè *Gabriel conclus. 2. de procurator.* secus autem, quando res non esset integra, quo casu mandatum morte mandantis non expirat *l. mandatum C. mandati*, latè idem *Gabriel conclus. 3. de procuratoribus.*

QVAESTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *In causa hæresis cessat beneficium fori.*
2 *Agenti petitorio pro beneficio, quod habuit, obstat exceptio quod sit hæreticus.*
3 *Beneficijs Ecclesiasticis obtentis nemo priuandus, limita vt nu. 4.*
5 *Appellatio in omni causa est permissa.*
6 *Appellandi vsus est necessarius, & nimis frequens.*
7 *In dubio interpretatur in fauorem appellationis.*
8 *In crimine hæresis non admittitur appellatio, nisi à diffinitiuis.*
9 *In causa hæresis cessat remissio.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori competat personis priuilegiatis in causa hæresis.

1 Regula sit negatiua, quod habentes fori electionem illa non gaudeant in causa hæreticali, de qua Iudex competens est Tribunal sanctissimæ Inquisitionis, quòd eò magis debet procedere dū hæretici priuantur priuilegijs Iuris, vndè videmus quod ipso Iure, & facto sunt priuati officio, & beneficio *cap excommunicamus §. credentes de hæret autb. credentes C eodem tit. cap. si nos 23 quæst 5. cap. quo Iure*, & ibi *glos. magna 8. dist. Milius in suo Repert. in verb. hæretici Diaz in sua pract. Canonica cap.* 106. vnde sequitur,
2 quod agenti petitorio pro beneficio, quod semel habuit, obstat exceptio, quod sit hæreticus: ita *Innoc. & plenius Abb. & alij in c. inter dilectos de fide instrum.* plus in hoc audeo affirmare, ꝙ petenti restitutionem beneficij, vel alterius rei obstat exceptio, quod sit hæreticus, ita *Abb. in cap. ex parte nu.* 19 *de resti spol.* allegat *glos. sing. in summa* 14. *quæst.* 1. est alia *glos singul. in verb. nam Iure diuino in d. cap. quo Iure Socc. in reg.* 466 *spoliatus fallent.* 7. *& Gomes in regul. de triemn publ quest.* 52. *& Iacob. Septim. in institut cathol cap.* 45. *nu.* 13.
3 Hinc licet beneficijs Ecclesiasticis, & honoribus publicis iam obtentis, quis non priuatur quando efficitur indignus propter aliquod delictum ad obtinenda prædicta *glos. est singul in verb obtinenda in clem.* 1. *scilicet ipsius filij de pœnis*, quem ibi *Card. & Imola sequuntur, & Bonifac. ibi num.* 44. *Abb. in cap. per inquisitionem col* 3. *de elect gloss singul. communiter recepta secundum Abb ibi nu* 14 *in cap sæpe de appellat. Iason. in l.* 1. *num.* 3. *ff. de re iudic tex in cap. nonne* 8. *quæst.* 4 *glos in cap. cum non liceat. de præscript glos. in summa* 8. *quæst.* 4. tamen hæretici
4 eorum fautores, & receptatores non solum indigni efficiuntur ad beneficia obtinenda, sed etiam ad iam obtenta *cap. vt commissi §. priuandi*, vbi *Ioann. Andr. & communiter DD. de hæret. lib.* 6. *gloss. vbi Domin. & præpos. in cap. quo Iure* 8. *distinct. exacta Couar. lib* 2. *resolut. cap.* 8. *nu.* 4.
5 Hinc licet appellatio tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis siuè paruis, siuè magnis permissa sit *l. litigatoribus, l & in maioribus C. de appellat. l.* 3. *in fine C. de pœn. iud. qui male iudic. cap. de appellat. pro causis de appell. cap.*

ad Ro-

ad Roman.2. quast. 6. quia
6 appellandi vsus est frequens,& nimis necessarius cum iniquitatem,vel imperitiam Iudicis, à quo tollat, vt his verbis inquit *Vlpian.in l.1.ff de appell. l. præfecti ff. de minor. cap. ad nostram de appellat.* cum sit appellatio quædam defensio releuamen oppressorum *cap.iug. gestum.cap.cum specialis,porrò de appellat.cap. cum inter.cap. significauerunt de except.* vnde dicit *Ioan. Andr.in cap fin. de appellat. lib. 6.* hanc defensionem appellationis esse de Iure naturali *Abb. in cap. 1 nu. 2. de rescript. Felyn.in cap si diligenti nu. 7. de foro compet. & sing.* dicit *Alex.consil 95. in princ. vol. 6.* quod hoc remedium appellationis est remedium fauorabile,& equitatem sapit *l. non tantum, & l. serui ff de appellat. & cap. ad nostrã de appellat* Ideò in dubio fieri
7 debet interpretatio in fauorẽ appellationis, vt concedatur, vel quod non sit desertã *Spec. in tit. de appellat. §. nunc dicamus in princ. Bart in l ff nihil noua appellatio pen. Alex. in d. consil. 97.* ideò Iudex qui non detulit appellationi puniendus est iuxta negotij qualitatem *l quoniam Iudices C. de appellat.* vbi *Bald.* optimè distinguit,& in *l addictos C.de Episc audient. tex.in cap. de priore, vbi docentes de appell. & in l.fin.ff. de varijs, & extraordin cognit. Boer.dec.153. num. 4. cum sequentibus* ta-
8 men in crimine hæresis non admittitur appellatio à sententijs diffinitiuis ne diutius prorogentur, quia cum magno consilio,& deliberatione proferuntur *cap. vt inquisitionibus ibi non obstantibus appellationibus, seu proclamationibus de hære. lib. 6.* & ibi *Arch. Ioann. Andr. Domini,& Franc. Anania in cap. ad abolendam*, vbi *Felyn.nu.3. de hære.* idem *Felyn in cap. ad probandum in princip. de re iudic. Director. inquisitor.par. 3.cap.117. Carrer de hære. num.129. Squilla de fide cathol. cap.45. Gundisf. de Villa de hæret. quast 17. in princ.& quast.22. in fine*, vbi allegat *Archid. vbi supra Iacob.Septim. instit.cathol.cap.6. in princ* vbi omnes concludũt, in hoc crimine à sententijs interlocutorijs, & non adifinitiuis appellationem admitti.
9 Hinc in crimine hæresis cessat Remissio *Bar.in l. si dominium num.3 ff de furt. Butr. in l Ariani notab.3.C.de hæretic Guid.Pap. decis.201. nu.3. Carrer. in pract crim.in tit de hæret.nu.68. Abb. in cap. fraternitati nu.10 de hæret.* quos sectatur eos referendo doctissimus *D.Ricc in praxi resolut. 72. num.3. par. 2.* & sic quandoque dixi esse verum in casibus

bus occurrentibus dum essem interrogatus.

QVAESTIO XII.

SVMMARIVM.

1 *l. vnica C. quando Imper. habet locum etiam si comprehensi agant super Iure patronatus.*

2 *l. vnic. C. quando Imper. intrat etiam in causa spirituali pro comprehensis.*

3 *Iuris patronatus causa est mista.*

4 *Priuilegium l. vnic. personis, & non causis est indultum.*

ARGVMENTVM.

Beneficium electionis fori, de quo in l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. an habeat locum si comprehensi agant super Iure patronatus.

1 Regula sit affirmatiua, vt tenet *Marcb. san. de commiss. in tit. de Auocat. caus. par. 2. §. 2. nu.* 88. per hæc verba. Pariter lex vnica præfata, si agatur de causa beneficiali, puta super Iure patronatus, quæ est mista, nam quoad rem Ecclesiasticam præambulam, ad institutionẽ pertinet, ideò est Iuris spiritualis, & de temporalitate participat, quia laico competit, & quia ad hæredes transit *cap. filij 16. quæst. 6. Vestr. in sua praxi lib. 3. cap. 2. num.* 4.

2 Imò si causa spiritualis esset pariter huius legis dispositio intraret *Crescent. decis. 16. de priuileg. Afflict. decis. 267. per tot. Abb. in cap. Ecclesia Sancta Maria nu. 12. de Constit.* vbi *Dec. nu.* 104. *Alexan. cons. 125. nu. 2. vol. 2.* Iuris autem
3 patronatus causa est mista ad laicum etiam pertinens *cap. filij 16. quæst. 3. Vestr. in sua praxi lib. 6. cap. 2. num.* 4. & tamen in prima, & secunda instantia habet locum lex nostra *Thesaur. decis. 177. nu. 2.* cum
4 personæ, & non causæ indultum sit priuilegium, neque in quacumque instantia eadem est, vbi videmus de causa priuilegiata in prima instantia, quæ talis remanet *Bellamer. decis 40. Cassador. decis. 8. nu. 1. de rescript.* vti de anno 1585. proponente in signatura iustitiæ R.P.D. Anselmo Dandino Nobili Cesatanensi in vna Foroliensi Iuris patronatus in qua duæ aderant viduę habentes interesse super Iure præsentandi ex dispositione *l. vnic. C. quando Imper.* ex communi patruum consensu obtinuerunt à Curia causam auocari, & ad partes remitti, sicque videmus magis, magisque quotidie, quam amplum, (vt ita dicam,) & inuiolabile sit præfatum

fatum priuilegium.

Et iuxta prædicta quandoque nonnullis quippe vicibus respondi interrogatus allegando ipsius *Marchesani* doctrinam.

QVAESTIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Effectus miserabilis personæ lite pendente gaudet beneficio fori, & quare nu.2.*

3 *Electio fori potest fieri etiam lite cœpta, post conclusum in causa, & appuntuatum ius.*

4 *Variatio fori ter, & quater conceditur.*

5 *Priuilegium superueniens nō mutat forum.*

ARGVMENTVM.

An effectus miserabilis personæ lite pendente possit deinde gaudere beneficio fori.

1 REgula sit affirmatiua, & sic quod effectus miserabilis lite, & iudicio pendente gaudeat beneficio electionis fori, vt tradunt *Marchesan. de commission. in tit. de auotat. caus. §.2. par.2. nu.46.* vbi allegat *Felyn. in cap. ex tenore nu. 19. vers. fallit vndecimo de rescript. Gabriel conclus. 1. nu. 29. de iudic.* & sic etiam decisum per Magnam Regiam Curiam Regni Siciliæ, refert *Giurba in decis. 82. num. 10. in fin. qu nu. 7.* dicit pro hac opinione

2 facere, qood licet priuilegium superueniat lite iam cœpta citra actum eius voluntarium, ab illius Iudicis iurisdictione coram quo cœptum fuit iudicium eximit litis pendentia non obstante *glos. in l. qui autē ff si quis caut. Angel. in l si quis posteaquam ff de iudic. Bald. in l. si quis quemquam ff. si quis caut.* eamque communiter approbatam dixit *Ripa in cap. 1. num. 81. de rescript. Gabriel in conclus. 4. sub num. 20. de iudic. Lanfranc. decis. 70. Aufrer. ad Cappell. Tholos. in decis. 147. Lancellott. de attentat. lit. pendent. limit. 20. num. 21. Mazzol. cons. 22. nu. 25.* atque ita in Mag. Reg. Cur. Regni Siciliæ alias decisum fuisse testatur *Graff de except. except 3. num. 38.* & tradit in terminis *Alex. ad Bart. in l. 1. in litera C ff de pœnis*, quod si pendente causa contra mulierem moritur vir, viduale priuilegium superueniens non procuratum ad pendentem litem extenditur *l cū quædam puella ff. de iurisdict. omn. iudic.* non obstante, quia ibi fuerat procuratū recipiendo virum alterius domicilij, sicuti de criminoso effecto Clerico voluit *Bart. in l. 1. nu. 3. ff de pœnis*, qui si scilicet fieret Cle-

Clericus à ſeculari Iudice eximeretur coram quo proceſſus fuerat inchoatus, ſecus ſi procuratum ab eo fuerit clericale priuilegium, vt de Clerico facto poſt delictum commiſſum ex voto ante delictum loquitur *Cagnol. in d. l. cum quadam puella nu.* 34. latè *Anna conſ.* 140. *Monal. conſ.* 133. *Valaſc. deciſ.* 48. *Franc. deciſ.* 209. *Farinac. quaſt. crim.* 8 *à nu.* 104. *Caball. reſol. crimin.* 108. *num.* 7. *&* 8.

3 Et hanc electionem poſſe fieri, nedum lite cœpta, & in qualibet parte iudicij tradunt *Sylu. nupt. num.* 38. *fol.* 576. *Capyc. deciſ.* 173. *Franc. deciſ.* 53. *num.* 3. *& deciſ.* 100. *Aloyſ. de Leo in d. l.* 1. *nu.* 17. ſed cauſa etiam concluſa allegata, & votata dixerunt *Aloyſ de Leo in d. l.* 1. *num.* 10. *C. quando Imper. inter pupill. & vid Viuius deciſ.* 521. *nu.* 17. *Petr. ad Capyc. dec.* 160. *lit. B. Cumia Rit.* 38. *num.* 466. *Franc. deciſ.* 100. *nu.* 20. *& deciſ.* 254. *num.* 2. *Capiblanc. de Baron pragmat.* 8. *nu.* 165. 166. qui mutandi fori

4 priuilegium ſemel bis, & ter, viduæ concedi teſtantur, & facta fori electione prior Iudex ſtatim fit incompetens *Franc. deciſ.* 294 *Petr. ad Capyc. deciſ.* 160. *lit. B. Vrſill. deciſ.* 257. *Carauit. ritu.* 233.

5 Aduertendũ tamen eſt, quod poſſet etiam defendi contrarium in caſu principali ex adductis latè per *Giurb. in d. deciſ.* 82. *& in deciſ.* 23. vbi agitur quod priuilegium ſuperueniẽs non mutat forum, licet tutior ſit prima opinio.

QVAESTIO XIV.

SVMMARIVM.

1 *Miſerabiles perſonæ non habent fori electionem in cauſa obligationis Cameralis, & num.* 9.

2 *Facultates conceſſæ Auditori Cameræ extendunt ſe ad omnes obligationes Camerales, & nu* 10.

3 *Per conceſſionem ſecundi beneficij non cenſetur ſublatũ illud, quod competebat perſonis miſerabilibus, & amplia num.* 4. *quod intellige vt num.* 6.

5 *Stante qualitate perſonarum non præſumitur reuocatio, niſi ſpecialiter fiat mentio illius priuilegij.*

7 *Vniuerſitates æquiperantur pupillis & nu.* 17.

8 *Pupilli quidquid vident ignorant.*

11 *Clauſulæ generales derogatoriæ non ſufficiunt ad derogandum priuilegio l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.*

12 *Iuriſdictio Auditori Cameræ cõceditur priuatiua, quo ad omnes*

omnes alios Iudices.
13 *Vniuersalitas, & geminatio multum valet ad detegendã voluntatem disponentis.*
14 *Verba recipiunt interpretationem à subiecta materia.*
15 *Clausula quorum tenores habet vim specifica, & indiuidua expressionis.*
16 *Verba vniuersalia, non sufficiunt in materia stricta, & odiosa.*
18 *Communitates vtuntur priuilegijs pupillorum.*
19 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
20 *Pupillus non potest renunciare priuilegio fori.*
21 *Pupillus quandoque amittit priuilegium authoritate legis.*
22 *Defunctus potest donare res haredis.*
23 *Hares tenetur habere ratum factum defuncti.*
24 *Iudex causę praparata dicitur Iudex etiam causa praparantis.*

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori competat personis priuilegiatis obligatis in forma Camera.

1 Regula sit negatiua, & sic quod miserabiles personæ non habeat fori electionẽ in casu obligationis Cameralis, enim facultates eidem
2 Auditori Camerę per summos Pontifices concessæ se extendunt, & locum sibi vendicant ad omnes obligationes Camerales, vbicunque, & à quibuscunque fuerint factæ, & illarũ est perpetuus ordinarius, & executor, & potest procedere contra tales obligatos, licet in partibus existant, & extra vrbem cõtraxerint, vt latè habetur per *Diaz pract. quast. Iur. quast.* 12. *num.* 48. & per totam post *Gallcs. Mandos. Vestr. & alios*, quos allegat, & nouissimè habetur per Doctissimum *D. Ricc. in sua praxi resolut.* 342. *par.* 2. vbi etiã quod poterit causas super dictis obligationibus pendentes coram ordinarijs ad se auocare *Lancellot. de attent. lit. pendent. limit.* 15 *nu.*8. *tom.* 5. *fol.* 330. *& cap.*20. *limit.* 26. *fol.* 418 cum alijs de quibus latè in facultatibus dicti Auditoris Cameræ, quæ etiam continent derogationes omnium priuilegiorum cum clausulis amplissimis vnde dicẽdum est per eos quoque fuisse derogatum priuilegio *d. l. vnic.* cuius notitiam præsumitur Princeps habuisse tanquam sit priuilegium vulgare, & notorium, ideò illius derogatio censebitur facta per secundum priuilegium quamuis de primo nulla fuerit facta mentio *Rip. in cap.* 1. *nu.* 57. *de rescript.* & sequitur

quitur multa similia adducens *Menoch. præsumpt.* 40. *lib.* 6. *nu.* 16. *vers. declaratur quarto.*

3 Parum ob est, quod per concessionē secundi priuilegij nō censeatur sublatum illud quod competebat personis miserabilibus *Alex. cons.* 121. *col* 4. *num.* 16. & ibi *Natt. in verbo in fauorem lib.* 4. *Ruin. consil.* 226. *lib.* 1. *Dec. cons.* 164. Vndè quamuis Princeps concesserit Ciuitati, quod omnes causæ non possint tractari in prima instantia in alio loco, quam in eius foro, tamen adhuc, poterit persona miserabilis, vti priuilegio sibi cōpetenti *Thesaur. decis.* 277. *num.* 9. *& ibi Add.* testatur ita fuisse iudicatum *Franc. decis.* 192. *nu.* 2. *Menoch. de arbitr. casu* 66. *in*

4 *in addit. nu.* 40. quod procedit etiam si in secundo priuilegio adsint derogationes generales quæ non sufficiunt ad tollendum illud priuilegium *l. vnic.* prout ibi concludunt *Bald. Castr.* & alij cōmuniter *Alex. d. cons* 122. *num.* 16. *lib.* 4. post *Castr. cons.* 278 *lib.* 1. *Federic. cons.* 130. stante enim qualita-

5 te personarum non præsumitur reuocatio, nisi specialiter fiat mentio illius priuilegij cū clausula nō obstante dicto priuilegio concesso piæ causæ, vel miserabili personæ *Rom. in l. si vero §. de viro fall.* 24. *ff. solut. matrim. Felin. in cap. non nulli* 28. *col.* 31. *in fin. vers. prima conclusio nu.* 19 *de rescript. per tex.* quem dicit notandum *in cap. si propter vers. intentationis nostræ de rescript. in* 6. *& l liberis §. posthumis de aliment. & cibar. leg. Crot. in cap.* 1. *nu.* 48. *&* 49. *de const. in* 6. *Menoch præsumpt.* 40. *nu.* 6. *lib.* 6.

6 Nam respondetur prædicta procedere in dubio, secus autem vbi constaret de mente Principis, tunc enim sufficiunt dictæ clausulę generales etiam ad tollendum priuilegium miserabilibus personis cōcessum *Rip. in cap.* 1. *de rescript. num.* 54. *Gabr. de regul iur. conclus.* 9. *num.* 6. *&* 7. quod autem appateat de mente, summi Pontificis in casu de quo agimus. patet, quia Auditor Cameræ habeat facultatem priuatiuā, quod ad omnes in huiusmodi obligationibus Cameralibus, vnde etiam debent comprehendi personæ priuilegiatæ.

Insuper accedat magis constare de mente Summi Pontificis propter clausulas quorū tenores motu proprio, & similes de quibus in facultatibus eiusdem Auditoris Cameræ, quæ operantur indiuiduam, & expressa mentionem derogando quibuscumque priuilegijs in contrarium facientibus etiā habentibus clausulam derogatoria ad futura priuilegia *Abb. in cap. cum instantia* 17. *nu.* 5.

nu.5.de censib. Gambar. de legat. lib.8.tit.de potest. legat.in legib. & statut. condend. num. 38. *tom.*13.*par.*2.*fol.*214. *Rot. diuers.decis.*137.*lib.*1. *Put.decis.*109.*num.* 3. *lib.*1. vbi quod ita seruatur per Rotam, cum alijs per *Menoch. præsumpt.* 40.*lib.6.nu.*22.

7 Imo amplius etiam huiusmodi facultates Auditori Cameræ concessæ videntur loqui in specie de pupillis. Cum enim se extendant ad communitates, & vniuersitates de quibus indiuiduo fuit facta mentio debent quoque comprehendere pupillos viduas pauperes, & alias personas miserabiles existentes in eisdem vniuersitatibus, quæ etiam æquiparantur pupillis, & per administratores gubernantur *l. Respublica C. ex quib. caus. maior. in integr. restit. Rol. cons.*68. *num.* 20.*lib.*3.*Cephal.cons.*40.*nu.*54. *Crauett.cons.*132.*nu.*9.

Et quod miserabilis persona obligata in forma Cameræ non debeat gaudere beneficio *l.vnica C.quando Imper.inter pupill. & vid.* est quidam discursus Reuerendissimi Patris *D.Christophori Robusteryj* olim Episcopi Orolien. Rotæ Auditoris,& Decani numero votantium in vtraque signatura, de quo meminit *Marchesan. de commissionib. in tit. de auocat. caus.part.*2.*§.*1.*sub.nu.*93. cuius tenor est videlicet.

Fuerat Romæ coram Aud. Cam. vigore obligationis Cameralis vocatus pupillus extra suam Prouinciã, & quãuis esset diues, nihilominus petebat in signatura Iustitiæ,ex priuilegio *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* auocari causam dictæ obligationis Cameralis à Curia,& committi alicui Iudici suę Prouinciæ, ex quo priuilegium *d. l. vnic.* competit ipsis pupillis non ratione paupertatis, sed miserationis gratia propter illorum imbecillitatem, & fragilitatem quicquid enim vident, ignorant, & rebus suis præesse nesciunt, & gubernantur à tutoribus, & administratoribus, qui plerumque in eorum officio delinquunt, & siue sint pauperes, siue diuites miseri sunt,& gaudent priuilegio *dicta l. vnica, iuxta Azon. & Alb. ibi*, & aliorum plurium sententiam, quam communem, & veram dicunt *Corruuia pract. quæst. cap.*6.*num.*2. *versic. obtinet in hoc priuilegium Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.*2. *casu* 66. *num.* 3. *Marc. Anton. Natt. consil.* 590. *num.* 3. *Roland. à Valle consil.* 76. *num.* 45. *in princip.* quicquid idem dixerit *consil.*20. *volum.*2. & nihilominus etiam stante huiusmodi præsuppositо re maturè di-

L scussa

ſcuſſa in ſignatura iuſtitiæ 12. Maij 1594. prævaluit ſententia, vt cauſa executionis dictæ obligationis Cameralis cognoſcatur in Tribunali Aud. Cam. & non in partibus moti ſunt
10 Domini ex illius facultatibus, in quibus habetur, vt de omnibus obligationibus in forma Cameræ, vbi vis locorũ, & inter quaſcunq; perſonas factis, & faciendis quibuſdam ibi exceptis, ſolus cognoſcat, & alij quicunque Iudices in ſimilibus cauſis nullatenus nulloq; modo procedere poſſint inhibendo quibuſcunque iudicibus ne executionibus, & proceſſibus præfatarum obligationum de cętero ad inſtantiam cuiuſuis perſonæ communitatis vniuerſitatis capitulorum, & quorũuis priuilegiatorũ quouis modo directè, vel indirectè ſe intromittere præſumant, ac inſuper derogando ampliſſime quibuſcumque conſtitutionibus, & regulæ, de Iure quæſito non tollendo priuilegijs quibuſuis quoque communitatibus vniuerſitatibus, Baronibus &c. & alijs quibuſcumque Sedis Apoſtolicæ mediate, vel immediate ſubiectis, & quibuſuis alijs etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, Cardinalatus honore fulgentibus perſonis, vbi vis locorum exiſtentibus pro quibuſcunq; cauſis cõceſſis etiam ſi de illis ſpecialis ſpecifica, & expreſsa mentio &c. illorũ tenores prò expreſſis &c. ex quibuſuis facultatibus, & derogationibus viſum fuit pupillos fuiſſe comprehenſos, & ſufficienter derogatũ dicto priuilegio *l. vnica, C. quando Imper. inter pupill. & vid.* nã licet *Cyn. Bal. Ang. Fulg. Paul. de Caſtr. & Salyc. in d. l. vnic. & Bart. in extrauag. ad reprimend. in verb. non obſtante*, & plures alij teneant clauſulas derogatorias genera
11 les non ſufficere ad derogandũ priuilegio *d. l. vnic.* in corpore iuris clauſo, ex quo illud cõceditur de iure cõmuni, & coniunctim communitati ipſorũ pupillorum *gloſ. Bal. Paul. de Caſtr. & alij in l. 2. de iudic.* cum alijs per *Creſcent. dec. 16. de priuil alias 225. Ant Galleſ. de oblig. Camer. in 2. par. tract. in 2. par. formula oblig. Camer. q. 2. nu. 6. pag. 54.* tamen quãdo prout hic cõſtat de mẽte Papæ ex clauſulis ampliſſimis cum clauſula quorũ tenores tunc intrat opinio *Alber. in d. l. vnica in fi.* vbi aſſerit vidiſſe ſeruari contrarium, ꝙ ſufficiunt clauſulæ generales, & plura cumulat *Rip. in terminis d. l. vnic. & in c. 1. nu. 54. & 55. de reſcript. Ant. Gabr. de reg. Iur. concl 9. nu. 6.* poteſt enim conſtare de mente diſponẽtis, tam ex clau-

ſulis

ſulis poſitis in parte executiua quā diſpoſitiua, *Bal. in l. eam quam nu. 56.* hic autē tam ex verbis diſpoſitiuis, quam executiuis cōſtat de mente Papæ, vt voluerit comprehendere in huiuſmodi ſpecie executionis obligationū Cameralium perſonas de Iure cōmuni priuilegiatos. Nam licet *Ang. in l. teſtamenta omnia C. de teſtam. & Aret. conſ. 102. col. 1. circa med. Dec. conſ. 3. nu. 3. & ſeq. & conſ. 550. poſt princ. & conſ. 664. col. 2. Couar. in clem. alma mater in par. 1. § fin. nu. 3. de ſent. excomm. Rimin. Iun. de donat. §. 1. nu. 179. cum plurib. ſeq. Rol. à Valle conſ. 48. nu. 2. lib. 2.* multifariæ diſtinguant quando iuriſdictio conceditur alicui an
12 cenſeatur conceſſa priuatiuè, vel cumulatiuè, præſertim reſpectu ordinariæ iuriſdictionis in his tamen facultatibus expreſsè conceditur Aud. Cam. hic iuriſdictio quoad executionem obligationū Cameralium priuatiuè, quo ad omnes alios Iudices, & ceſſat hæc difficultas, vt poſt *Iacob. Butr. animaduertit Rimin. conſil. 7. nu. 6. in 4.* ſolum ergo videndum eſt hic, an ſit comprehenſis pupilli, & derogatum illorum priuilegio, & dicet fuiſſe comprehenſos, & ſufficienter derogatum primum ex eo, quod conceditur Audient. Cam. iſta ſpecies cauſarum executionis obligationum Cameralium, præter illarum naturam qualitatem vniuerſalis iuriſdictio priuatiuè, quo ad alios, & in fortioribus terminis de iuriſditione vniuerſaliter conceſſa laico in reliqua ſpecie cauſarum, quod in illis cauſis comprehendātur perſonæ priuilegiatæ, etiam de Iure Diuino; & cōmuni prout ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, tenet *Hoſtienſ. Bal. Zab. & Abb. in c. caterarū nu. 6. verſ. vlt. udico iſtum text.* & poſt eum *Butr. Aret. Barb. & Dec. de iudic.* & præſertim *Felyn. col. 2. nu. 3. verſ. dicit hic D. Andr. & in c. Eccleſia Sancta Maria in fin. 1. qu. col. 29. nu. 63. & ſeq. verſ. vlt. non omitto de conſt.* & in laico Domino feudi, vt cognoſcat de cauſa feudi actiuè, & paſſiuè inter vaſallos, & Eccleſiaſticos, & quāuis dignitate Eccleſiaſtica *Sancta Maria de conſt. & in c. ceterum de iudic.* & latè *Iaſ. in prælud. Feud. col. 3. q. 2. num. 5. & 6. verſ. an autem iſta conſtitutiones, & in ſtatuto de inſinuan. vel publican.* teſtamentis coram Iudice laico tenet *Bal. Paul. de Caſtr. Alex. Corn. Iaſ. & alij in l. teſtamenta omnia, & in l. conſulta deualia C. de teſtam. Iaſ. in præliud. q. 1. nu. 6. verſ. ad præfata ſex.* hoc itidem deducitur ex quāplurimis clauſulis vniuerſalibus, & multipliciter geminatis non ſolū

L 2 reſpe-

respectu personarum locorũ, & quorum vis priuilegiorũ, & priuilegiatarum, sed etiam respectu causarum ipsorum priuilegiorum, quæ vniuersalitas,
13 & geminatio multũ valet ad degandam voluntatẽ disponẽtis in materia odiosa, & exorbitanti *l. balista*, & ibi notatur ad trebellia, & in *l. Imperiũ de iurisd. omn. iud.* cũ alijs per *Rom. consl.* 271. *visis Soccin. consl.* 266. *nu* 4. *&* 15. *in* 2. *Ant Gabr. d.* 2. *ver. signis. concl.* 4. *Dec. in l. vnica in* 5. *not. C. de errore calculi Mandos. in reg.* 33 *de sing. per fiat q.* 11. *nu.* 4. & circa ea, quæ requirunt specialem, & expressam mentionem *Fely. in tract. quando literæ Apostol. noceant patro in* 4. *ampliat. & in c. postulasti col.* 4. *vers. declara. præfata de rescript.* cum alijs per *Rot. dec.* 32. alias ac etiam circa priuilegia omnia cum huiusmodi dictiones quorumcunq; in similes sunt collectiuè & cõprehendant omnia simultanea *Bart. in l. hoc articulo nu.* 3. *&* 6. *de hared. instit. & in l. si ex toto § si ita de leg. Felyn. in cap. in nostra* 38. *correlat. de rescript.* cum alijs per *Lamber. de iur. patr lib.* 2. *par.* 3. *quæst.* 9. *artic* 7 *&* 34 *num.* 369. *&* 374 *Paris. consl* 97. *num.* 2. *in* 1. *Rot. diuers. decis* 58. *num.* 17. 18. *&* 19. *part.* 2. vbi post *Dec. Aym.* & alios id ampliat etiam si in vno sic maior ratio quam in alio præsertim, vbi non adest restrictiua, aliosque quandoque restrinxit ad paria, vel similia *Roman. consil.* 32. visis vbi bona additio *Crescent. decis.* 32. *Mandos. in reg.* 27. *qu.* 5. *num.* 5. & tanto magis cum hic adsit non solum vniuersalitas, & geminatio affirmatoria affirmet *glos. Oldr.* & alij per *Dec. cons.* 3. *nu.* 4. *& seq. & cõs.* 640. *nu.* 9. *Mand. in reg.* 27. *q.* 4. *nu.* 3. *cũ seq. & in reg.* 34. *q.* 88. *nu.* 2. *seq.* & comprehendit, maiora, & extraordinaria, ac insolita *Paul. de Castr. cons.* 170. *viso processu contra scripto. col. fin. lib.* 2. *Aym. cons.* 309. *nu.* 6. & multo magis cũ subiecta materia de qua agitur cõprehendit
14 has personas de Iure cõi priuilegiatos, vt dictũ fuit, & verba respiciũt interpretationẽ à subiecta materia *l. si vno in prin.* & ibi *gl. locat.* cũ alijs per *Dec. in l. non vult hares esse num.* 8. *de reg. iur.* & multo etiam magis cum hic sit facta expressa mentio de quibusuis priuilegiatis, & de priuilegijs, ex quibusuis causis concessis, & sic de re, de qua agitur saltim in genere quo casu *Cyn. & alij in d. l. vnic.* admittunt quod clausula non obstante derogat dicto priuilegio, & hoc nullam habet difficultatẽ, ex quo hic
15 post præmissa sequitur clausula quorum tenores, quæ de stilo Curiæ habet vim specificæ, & in-

& indiuiduæ expressionis *But. cons.* 2. *Cassad. super reg. decis.* 38. & in terminis proximis est *decis. Peregr. Fab.* 27. *incipiens in vna Leodien. coram Put.* & plura cumulat *Rip. in d. cap.* 1 *nu.* 54 *&* 55. *de rescript. Ant. Gabr. de reg. Iur. conclus.* 9. *nu.* 7. quamuis in materia stricta,
16 & odiosa quandoque non sufficiant verba vniuersalia, vt dicatur satis fuisse de aliquo in genere cogitatum *l. si de cetera, & ibi notatur C. de transact. Soccin. cons.* 266. *num.* 15. *in* 2. causa id nõ procedit, vbi concurrunt, tot, & tanta, de quibus supra nec procedit quã do salua ratione recti sermones verba sũt adeò clara, quod res de qua agitur probabiliter non potest effici dubia *Bald. in d. l. si de certa col.* 2. *in fine*, & ibi *Angel. Paul. de Castr. Alexan. Ias. & ceteri C. de trãsact. Corn. consil.* 139. *col. fin. vers. nec obstat vol.* 2. *Afflict. decis.* 285. *nu.* 7. *Rota diuers. decis.* 54. *nu.* 2.

Hoc etiam, & tertiò ostenditur, quia nedum fuit cogitatum in genere de materia rei, de qua agitur hoc est de quibuluis priuilegiatis, & priuilegijs ex quibusuis causis concessis, quorum tenores &c. sed etiam in specie de pupillis viduis, & miserabilibus perso-
17 nis, quia expresè dicitur de vniuersitatibus, & communitatibus, in quibus sunt pupilli viduæ pauperes, & aliæ personæ miserabiles, & reguntur, & gubernantur per administratores plurimumque annales, & æquiparantur, per modum regulæ ipsis pupillis *l. respublica C. ex quibus causis maiores*, & bene per *Corn. cons.* 184. *nu.* 4. *vol.* 1. *Socc. cons.* 66. *n.* 3 *seq in* 4. *Alciat. consil.* 167. *&* 227. cum pluribus alijs per *Rol. à Vall. cons.* 68 *nu.* 2. *& sequ. in tertio, Sforz. Odd. de restit. in integr. quæst.* 6. *art. num.* 3. *& sequ.* &
18 vtuntur dictæ communitates priuilegijs pupillorum, & viduarum *l. si communem quemadmodum seruitutes amittantur*, cum alijs per *Alex. consil.* 222. *num.* 15. 16. *&* 17. *in* 4. vbi bene in addit. *Felyn. in cap.* 1. *de rescript. Iason. in l. si emancipati nu.* 5. *cum plurib. seq. C. de collat. Cresc. dec.* 206. *alias* 9. *de re iudic.* & saltem ex varijs circumstantijs Iudex cuius iudicio hoc relinquitur *Menoc. de arbitr. Iud. casu* 66. *lib.* 2. poterit arbitrari quod multæ ex his cõmunitatibus, & vniuersitatibus sunt miserabiles, aut illis similes, & cum dictæ communitates, & vniuersitates sint expresè, & vniuersaliter compræhensæ in his facultatibus, & amplissimè derogatur eorũ priuilegijs satis ex hoc apparet, quod est facta mentio de ipsa miserabilitate, & militet

eadem aut maior ratio ad effectum derogationis priuilegiorum pupillorum, vt intret opinio *Cyn. & aliorum in d. l. vnica Calder. consil.* 11. *circa med de priuileg. Rip. in d. cap.* 1. *nu.* 55. *de rescript.*

Sunt etiam excepti dumtaxat duo casus ab ista vniuersali iurisdictione executionis obligationum Cameralium,
19 quæ exceptio firmat regulam in contrarium concurrunt præterea tot, & tanta, vt clarè dicatur constare de mente Papæ ad effectũ, de quo agitur latè *Roman. cons.* 436. & 498. ferè per totum *Cassad. decis.* 1. *de procurator.* & cum Papa possit fingere, & habere pro expresso, id quod in indiuiduo erat exprimendum, & illud habet vim singularis, & indiuiduæ derogationis *Butr. consil.* 2. *Cassad. super regul. decis.* 38. cum alijs per *Gabr. de clausul. conclus.* 5. esset nimis restringere potestatem Papæ, si cum his amplissimis clausulis, non posset derogare priuilegijs in corpore iuris clausis *Feder. de Sen. cons.* 47. & plures alij per *Rip. in d. cap.* 1. *num.* 55. *de rescript.* ex his igitur constat nihil obstare, *Cyn. Bald. & alios in d. l. vnic. Bart. & Crescent. supra citati*, vltra quod *Crescent.* loquitur in paupere, & priuilegio dato magno magistro fauore publico, & ratione personæ. Hic vero est data vniuersalis iurisdictio in huiusmodi speciæ causarum ratione qualitatis, & naturæ causarum, qui casus multum inter se differunt ex subiecta materia, & alijs per *Angel. in l. testamēta omnia C. de test. Aret. cons.* 102. *col.* 2. & alijs supra citatis, & non fuerat in genere, nec in specie cogitatum de huiusmodi miserabilitate personarum, prout hic.

Non obstat, quod in casu isto pupillus non obligauerit se in forma Cameræ, & cum non fuerit cęptum iudicium viuente patre pupillus hæres est conueniendus non in foro patris, sed in suo *l. hares absens l. his qui Roma*, & ibi *Natt. de iud.* cum alijs per *Couarr. pract. quæst. cap.* 8. *nu.* 3. *in fin. vers. tertia conclusio*, & *nu.* 3. *Gales. de oblig. Cam. par.* 2. & *qu.* 2. *fol.* 38. *cum plurib. seq et nu.* 3. & alijs, nec obstat,
20 quod pupillus istæ sit hæres patris, qui contraxit, & obligauit se in forma Cameræ, nec potest pupillus renunciare dicto priuilegio, vt notatur in *d. l. vnic.* cum alijs per *Natt. d. cons.* 590. *num.* 15. *in tertio*,
21 nam respondentur, quod licet pupillus non possit renunciare dicto priuilegio *l. vnica*, quandoq; tamen authoritate legis illud amittit veluti, quando lis cępta cum defuncto *Paul. de Castr.*

Castr. in d. l. is qui Romæ de iud. cum alijs per *Couarr. & Galles supracitatos*, & id quando non est cœptum iudicium cum defuncto, sed ipse defunctus expresse obligauit, & submisit se, & suos hæredes iurisdictioni A.C. quia isti duo casus æquiperantur ad effectum, de quo agitur saltim in pupillo laico, vt in terminis tenet *Cagnol. in l. 1. num. 43. circa med. de iurisd. omni iud. Galles. d. par. 2. quæst. 2. nu. 5. in fin. num.* 54.

22 Nam cum defunctus possit nè dum obligare, sed etiam expresse donare res hæredis, & de illius rebus disponere, & hæres teneatur habere ratum
23 factum defuncti, si vult esse illius hæres *l. cum matre C. de rei vendic. Alex in l si hæredis seruus de leg. & cons.* 173. *nu* 4. *ibi addit.* 4. *Anton. Gabr. de reg. iur conclus.* 11. *in prinip.* & virtus dicti contractus sit transitoria ad hæredes, vt post alios latè cumulat *Gall. d. nu.* 38. natura, & qualitas dictæ obligationis trahunt ad se personas priuilegiatas non autem persona trahit ad se contractus, vel causas, vt inquit *Bal. in cap. 1. col. 2. de contract. feud.* apud pares, & in pupillo refert *cons* 83 *nu.* 7 *ante fin.* cum alijs per *Iason. in prælud. feud quæst. 1. nu. 6. vers ad præfata*, adde, & id faciunt qui de natura causæ dicunt *Paul. de Castr. Corn. & alij in d. l. testamenta omnia, & in l. consulta diualia C. de testam.* quæ tanto magis procedunt in casu isto, in quo non tollitur priuilegiũ pupillo totaliter, sed limitatur, & minuitur tantum in causa executionis obligationis Cameralis, vt dicunt *Roman.* & alij per *Galles. in 2. par. formula quæst. 1. nu. 5. pag.* 51. quę limitatio, seu diminutio priuilegij continet longe minus præiudiciũ quam abrogatiuo, vel derogatiuo *Franc. & alij in cap si duobus vers. quid autem si laicus, & in cap dilectus col. 8. vers. 7. quæritur de appel. Felyn. in cap. quoniam nu. 12. de constitut.* Non obstat, quod non constet in actis huiusmodi pupillum esse hæredem patris.

24 Nam hæc pertinent ad A. C. qui cum sit Iudex executionis obligationis Cameralis, & sic causæ pręparatę est Iudex etiã causæ præparantis, & debet in primis videri, an sit hæres, vel ne, vt per *Galles. supra citato num.* 40. *&c.*

QVAESTIO XV.

SVMMARIVM.

1 *In fiscalibus cessat fori electio.*
2 *Fiscus in causis fiscalibus habet Iudices speciales.*

3 *Fiscus in Authorem laudatus vtitur priuilegio fori.*
4 *Emptores à fisco Iudices fiscales habent pro re empta.*
5 *Fideiussor pro reo aliquid in officio soluens, pro eo potest reum in eo officio conuenire.*
6 *Fiscus non tenetur instantiæ ceptę per priuatum suum authorem.*
7 *Instantia Iudicij per priuatum non obligat fiscum successorem.*
8 *Fiscus appellans à sententia lata contra priuatum suum authorem non immutat Iudicem, sed prosequitur corã Iudice appellationis.*
9 *Fiscus non trahit personas Ecclesiasticas.*

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori competat in causis fiscalibus.

1 Regula sit negatiua, vt tenent *Scaglion. in rit.* 230 *nu.* 3. *Menoch de arbitr. Iudic. casu* 66. *nu.* 52. *Aret conf.* 83. cũ enim in fiscalibus causis Iudex particularis ex principum cõstitutionibus, & ex vsu designa
2 tus reperitur nempe procurator Cęsaris, qui de causis fiscalibus cognoscit *l si vt proponis C. de bon. præscript. l.* 1. *de offic. proc. Cęsaris l.* 2. *vbi DD. & toto tit C. vbi fiscal. cauf.* in quo non mediocre fisci priuilegium versatur contra regulam *C. ne quis in sua causa*, prout aduertit *Aleiat. conf.* 12. *nu.* 11 *lib.* 8. vbi propterea infert, q fiscus est formidolosus, & de Iure Regni loquendo Tribunal Regiæ Cameræ cognoscit de causis fiscum tangẽtibus, vt est prouisum *in pragm.* 13. *item, vt Regia Camera sub tit. de offic. procur. Cęsar, & in pragmat.* 62. *eodem tit.* vbi nonnulla vtilia, & satis ad praxim conducibilia scripsi, quæ Deo adiuuante in lucem tradentur.

Licet quando in Prouincia non adest procurator Cęsaris, tunc præses cognoscet, vt habetur per *Bart. in d. l. si vacantia C. de bon. vacant. lib* 10. vbi ita intelligit illum *tex & glos. in l. defensionis C. de Iure fisci eodem lib.* vndè fiscus siue reus sit siue actor supra cumque causa Iudices suos habet, vt in citatis Iuribus, & in *l.* 1. *C. de fide instrument. eod. lib. & in l. si constante §. fin. ff solut. matr. & l. cum eorum C. de sentent.*

3 Et id quod dicimus procedit etiam si ipse fiscus sit in authorem laudatus, nam hoc non obstante adhuc est conueniendus in Regia Camera, vt habetur per *d. pragm. item vt Regia Camera, & de Iure communi tradunt Glos. in l.* 3. *C. de Iure fisci libr.* 10. de qua latè *Couarr. pract. quæst. cap.* 8. *conclus.* 2. licet contrarium fuerit deci-

decisum per Senatũ Pedemontanum, teste *Thesaur. in decis.* 213. & latè disputando plures opiniones retulit *Capyc. in decis.* 197. de quibus meminit *Rouitus in comment. ad eandem pragmaticam num.* 1. subdens hoc esse intelligendum cum grano salis, nempe quando fiscus re vera tenetur de euictione, secus si non constaret in promptu de interesse fisci, nam tunc Aduocatus fiscalis præiudicaret fisco, nam tacitè censeretur fateri, quod fiscus tenetur de euictione suscipiendo onus litis, tanquã author laudatus, & esset aperire viam fraudi per quam omnes causæ deberẽt remitti ad Regiam Cameram, & ita ipso patrocinante pro fisco dicit fuisse decisum per Sacr. Cons. & cõfirmatũ per Collaterale Consilium in causa Monasterij Sanctorum Petri, & Sebastiani, cũ Marchione Laini, Actuarius est Sarrus, vide quæ dico ipse in coment. ad eand. pragm.

4 Insuper procedit etiam in emptoribus à fisco, enim emptores etiam, & causam à fisco habentes Iudices habent fiscales, idcirco coram alio Iudice conuenti procuratore à fisco empta petere possunt remissionem ad Iudices, vt ipsos fiscales casus est in *l. fin. C. si aduersus Paul. Castr. & in d. l.* 1. *C. de fide instrum.* parte autem non opponente, nec fisco remissionem petente valet processus coram ordinario *Socc. Senior consf.* 46. *in* 1. *dub. in* 4. vbi plenius scribit, de quo memini in meis commentarijs ad *d. pragmat. item vt Regia Camera de offic. procurat. Cæsar.*

5 Amplia 3. etiam in fideiussore pro reo, in aliquo officio soluente pro eo, nam talis debet conueniri in forum fisci, & non tenetur sequi forum rei, enim fideiussor soluens in Camera pro debitore principali fisci, seu emptore alieno nomine rei per fiscum vendite potest debitores suos, & bonorũ possessores coram Iudicibus fiscalibus conuenire, prout fiscus ipse poterat, vt explificãt iura illa, ponderando, ibi elegeris, ad quod etiam est *text. in l. in fraudem §. qui pro alio, ff. de Iure fisc.* vnde actoris est electio *Bal. Saly & Castr. post antiquos in l si vẽdẽte C. de sent.* ideoq; inferunt fideiussorẽ in aliquo officio veluti maleficiorum soluentem pro reo posse eundem reum coram eo Iudice conuenire pro sui indemnitate, licet alias sit Iudex incompetens, vt fuit dictũ *Bart. in d l. cum eorum*: quibus omnibus conducunt quæ *Iason. scripsit in l. si quis §. rationem ff. de edendo.*

6 Vt etiam fiscus succedens in ius priuati non tenetur stare instan-

instantiæ litis cęptæ per vel contra authorem suum, sed co ram suis Iudicibus causa agi, & terminari debet: casus est in *d. l. si constante §. final & Bal in l. 1. col. 2. C de her. vend.* quamuis secus sit in priuato *l. si eum hominem ff de fideiuss c. quia extra de iudic.* hoc tamen dictũ limitatur cum fiscus suc cedit Iure hæreditario, tunc enim iudicij instantia ab illo Iudice non remouetur: quia fiscus cum priuato succedit in præteritis, & connexis priuato Iure vtitur *l. fiscus qui in priuati ff. de Iure fisci*, sic sanè concludunt *Bald. Angel. & Castr. in d. l. si constante §. fin. Alex. cons. 21. lib. 6.* & horum opinionem sequitur *Alex. d. §. fin post Imol in d. l. si eum hominem*, ne alioquin pereat instantia, in præiudicium actoris, & *tex. in d. §. fin.* respondet, quod loquitur in casu cũ fiscus succedit in bonis per publicationem non Iure successionis hæreditario; Verumtamen licet in via disputatiua, multa dici possent: circa intellectum *d. §. fin.* ex scriptis per *DD.* ibi, & per *Dec. in d. cap. quia.*

Conclusiuè tamen cum in priuatis causis decisũ habeamus, tam in actore, quam in reo instantiam transire contra successorem *l si petitor ff de iudic. & l. si eum hominem ff. de fideiussor.* etiam quòd sit successor bonorum tantum *l. tam ex contractibus ff. de iudic l. 2. ff de Castr. pecul. d. cap quia extra de iudic.*

Et cum in fisco contra reperiatur decisum *in d §. fin.* ideò speciale in fisco esse fateri melius est ea ratione, quia fiscus habet Iudices speciales, siuè succedat in persona, siuè in bonis, vt post *Bart.* ibi tradunt *Angel. in l. si vt proponis C. de bonis damnat. Abb. & Butr. in pluries citato cap. quia extra de Iudic Bald. in rubr. ff. de rerum diuisione nu. 5. Salyc. in l. 1. C. si pendent. appellat.* vbi

7 per illum *text.* dicit hoc procedere quando fiscus succedit priuato durante prima instantia, secus si post latam sententiam in causa appellationis, nam eo casu fiscus tenetur Iudicia appellationis prosequi; vt etiam voluit *Lucan. de priuileg fisci nu. 70.*

Et fiscus coram suis Iudicibus trahit illos contra quos ex suo priuilegio, vel alia ratione actiones suas dirigere potest, veluti debitores suorũ debitorum, ex *text. in l. 1. C. de condit ex leg. si debitum C. quando fisc.* vide quæ dixi in *comment. ad pragmat. Item vt Regia Camera de offic. procur. Cęsar.* vbi plura in materia cumulaui.

8 Limita supradicta non procedere

dere in personis Ecclesiasticis, quas fiscus trahere nequit ad late tradita per *Afflict. qui sic decisum refert. in decis.* 2.

QVAESTIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Cōtra locatos Regia Dohana fori electio non habet locum.*

2 *Locati Regia Dohana non cognoscuntur nisi à Dohanerio.*

3 *Dohanerius habet iurisdictionem etiam contra Neapolitanos.*

4 *Cauallarij extraordinarij Regia Dohana gaudēt fori priuilegio.*

ARGVMENTVM.

An beneficiū electionis fori competat contra locatos Regia Dohana.

1 Regula sit negatiua, ex eo quod ampla priuilegia Regiæ Dohanæ operantur, vt locati ipsius Regiæ Dohanæ possint declinare forū Iudicis ordinarij, & eligere forum ipsius Regiæ Dohanæ, & sic est, quotidiana praxis quę seruatur, vt in proprijs terminis tradit *De Ponte in suo tractatu de potest. Proreg. in tit. de regul. imposit. nu.* 48. vbi dicit omnes Regios Cauallarios sic vulgo dictos gaudere fori priuilegio, vt cognosci nō possint de quocumque delicto, nisi
2 à Dohanerio, cui concessum est merum, & mixtum imperium, super omnes locatos, seu Dohanæ subditos, & comodocumque illam in sequentes, & alia multa priuilegia, in tantū quod iudicatum fuit habere
3 iurisdictionem etiam contra Neapolitanos, & signanter in quadam causa Herculis Mormilli fratris Frabitij mormillis patritij Neapolitani tēpore quod erat Dohanerius Io. Aloysius de Sangro, & sic vidi pluribus vicibus obtentum.

4 Et item dicit *num.* 54. quod hoc priuilegio gaudent Cauallarij etiam extraordinarij, ex particularibus titulis, & instructionibus eiusdem Regiæ Dohanæ, vt dicantur illi obnoxia, tam animalia, quam territoria, quæ Reg. Cur. à particularibus Dominis pro substentatione pecudum, & animalium quibus ipsorū pascua distribuuntur, secundum *text. in l. omnes C. fun patrim. lib.* 11. & hoc Iure vtimur.

QVAESTIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium electionis fori nō habent persona priuilegiata in redditione rationum, & reli-*

reliquorum solutione, & num. 3.

2 *Administrationem si quis extra suum locum domicilij fecerit de bonis alterius non apud Iudicem domiciliariũ, sed apud Iudicem loci administrationis pro ratione reddenda conueniri debet.*

3 *Ioannes Dominicus Nouarius Authoris genitor memoratur.*

4 *Author declarat text. in l. talis §. priscus ff. de condit. & demonstrat.*

5 *Rationes præstare potenti, vel magnati habitanti in fortalitijs, quis non compellitur, sed demum administratore petente Domus Concilij debet pro administratione assignari.*

6 *Blanditia, & orationes Dominorum in subditos instar oppressionis, & coactionis habentur.*

7 *Miserabiles personæ, vbi reddere rationes debeant alicui magnati, etiam non dum constito de aliqua oppressione quam eis intulerint.*

8 *Allegare timorem sufficit, vbi litigandum est cum potenti, ad hoc vt causa in Curia Regis retineatur.*

9 *Regium officium est facere iudicium atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, peregrinis, viduis, pupillis, & his qui facilius opprimuntur auxilium præbere.*

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori competat personis priuilgiatis in redditione rationum, & reliquorum solutione.

1 Regula sit negatiua, vt scilicet quod habentes fori electionem illa non gaudeant in redditione rationum, & reliquorum solutione, vt in proprijs terminis concludit *Munnoz. Escobar. de ratiocin. administr. cap. 7. num. 56. & 57.* de quo meminit *Gratian. in add. ad eius decis. Rot. March. 80 num. 6.* vbi eandem opinionem sequitur.

2 Et ratio est, quia quo ad reddendam rationem administrationis factæ conueniendus est, quis vbi administratio gesta est, nam ratione administrationis quis sortitur forum, vbi administrauit *l. prætor §. is etiã ff de eden.* vbi argentarius sortitur forum in edendis rationibus in loco administrationis quod procedit siue administratio sit publica, siue priuata, quia ibi potest facilius, & plenius veritas inueniri tam per testes, quam per instrumenta, *l. 1. & 2. C. vbi de ratiocin. agi opor.* vbi *Bart. Bald. & Salyc. l. hæres absens §. 1. de iudic.*

Abb.

Abb. in cap. Sacerdotib. num. 6. & ibi *Cardinal. ne Cler. vel Monac. secul. negot. Socc. cons. 31. in fin. & cons. 149. nu. 4. lib. 1.* sicque Senatus Genuensis iudicauit in negotiorũ gestore, vt est *decisio eiusdem Rota*, ibi tradit etiam *Gratian. in decisio. Marchia* 180. vbi sic conclusum refert, quo ad reddendam rationem administrationis factæ per matrem tutricem.

Et quod in loco administrationis ratio reddi debeat, fuit sępè decisum per *Rot. coram Card. Blanchet. firman. Olei 29. Nouembris* 1577. *& coram R. P. D. Penia Roman. seu Lugdunen. redditionis rationis* 17. *Martij* 1589. vbi etiam quod potest quis conueniri in loco domicilij ad rationes reddendas dummodo libri, & cætera actorũ instrumenta transportentur inpensis, & periculo actoris petentis rationem reddi extra locum administrationis *Castr. in l. præter ait §. sed hoc constitutum de edend. Soccin. cons. 149. nu. 4. vers. prædicta tamen limita lib. 1. Sim. de Pret. cons. 154. num. 2. lib. 1.* intelligendo quatenus administrator non obtulisset rationem reddere in loco administrationis, & dominus fuisset in mora recipiendi hanc oblationem, & tunc administrator contraxisset incolatũ alterius loci, vt declarat *Surd. de alim. tit. 4. quæst. 47. nu. 11.* sequitur *Munnoz. de ratiocin. admin. cap. 7. nu. 5.* vbi addit casum quando de reuidenda ratione ageretur *Guttier. de tutel. lib. 3. 9. nu. 126.*

3 Vndè merito in quadam facti contingentia Administratorum gabellæ Terræ Bernaudi, Doctissimus genitor meus Ioannes Dominicus Nouarius inter Iure Consultos facile Princeps obtinuit, quod dum intendebat Vniuersitas Terrę prædictæ facere sibi reddere rationes, & reliqua restituere ab administratoribus, qui elegerant in forum Regiam Dohanam Menepecudum Foggiæ rationes esse reddendas in dicta Terra, in qua fuit facta administratio, & electio facta non fuit admissa per eius prægnantes allegationes, & specialiter *per tex. in l. hac perpetua* C. *vbi decur. vel. cohortal.* vbi est casus expressus, quod Administratores Vniuersitatis pro redditione rationũ, & reliquorum solutione non habẽt, nec modo aliquo gaudent eorum fori priuilegio, & sic ego quandoque requisitus votaui vigore d. text.

4 Non obstat *text. in l. talis §. priscus ff. de condit. & demonstrat.* vbi videtur totum arbitrio Iudicis reliquisse, vbi nam sit reddenda ratio, vt apparet ibi,

ibi, veriſſimum eſt autem, vt alias aliud ex perſona loeoque ſit eſtimandum,& quod hoc ar bitrio Iudicis ſit remittendum tradit *Gloſ.ibi in verbo eſtimandum*, quam ſequitur ibi *Paul. de Caſtr.*

Nam reſpondeo, hoc eſſe intelligendum in rationibus à liberto patrono, à præſtandis, de quibus *text. in d.§. priſcus*, loquitur,ibi enim loquitur vbi patronus, vel qui Reipublicæ eam abeſt, rationes reddere debet,quia reddere tenetur libertus patrono operas obſequiales, vel ei, qui Reipublicæ cauſa abeſt, fauore publieo,ne Dominus, qui in Reipublicæ negotijs eſt intrigatus, compellatur ad locum adminiſtrationis peractæ aeeedere pro ratione recipienda, ex quo publica vtilitas lędi poſſet, quæ non ſolum priuatæ Regiæ comoditati eſt præferenda, vti in *authent. res quę C. communia de legat. & in l.) fin.§.fin. C. de caduc. tollen.* & ideò arbitrio Iudicis hoc relinquitur,vt videat congruum, an in congruum, ſit adminiſtratorem ad domũ taliũ dominorũ pro reddenda ratione aecedere. In alijs autem, regulariter rationes in loco adminiſtrationis ſunt præſtandæ, ac diſpungendæ, vt in Iuribus ſupra relatis. Et ita intelligendum eenſeo, quod notat *Viuianus in dict.*

5 *§. Priſcus*; quatenus dicit; quod ſi rationes alicui magnati præſtari debeant adminiſtrator illas reddere tenetur in domo ipſius magnatis. Et itā tenuit *Otalora de nobilit.5.par. cap.vlt. nu.16.* non tamen rationes prȩſtare deberet magnati,ſtante,& habitante in fortalitio. Sed demum adminiſtratore petente domus eoneilij Ciuitatis, vel Villæ,vbi Dominus eſſet pro ratione reddenda ſi agnari deberet, vt voluit *Bald. in l. cum ſententiam C. de ſent. & interloc.omn.iud. Alex.in cap. prator cap.30.nu. 2. verſ y accaben,* & ita decisũ fuiſſe per Dominos ſupremi Cõſilij teſtatur *Auend. 1. par. de exequen.mandat. cap.9.nu. 4.* & lieet ibi loquatur quando Dominus rationem bonorum reipublieæ à Syndieis, & Rectoribus Villæ, vel Ciuitatis exigit idem dicendum erit, & maiori ratione quando Dominus peteret rationem ſibi reddi de adminiſtratione ſuarum rerum,vt in *d.§.priſcus*,nam ſi adminiſtrator in domo ipſius Domini rationem reddere compelleretur, forte ob ipſius magnatis potētiam, oppreſionem, vel reuerentiam, cõpelleretur ſignare partitas, quæ alias Iure ſignanda non erant;
6 quod ſi opprenſione forte blanditijs id fieri poſſet, quæ quidem blanditiæ Dominorum in ſub-

ſubditos inſtar oppreſſionis, & coactionis reputantur, iuxta illud: eſt orare Deum ſpecies violenta iubendi, & quaſi nudato ſupplicat enſe potens *Maſcard. de probat concl.* 193. His enim violentijs Iudici obuiare congruit, ne inlicitæ extorſiones fiant, vt in *l. illicitas §. fin. de offic. Præſidis.* & ideò in *d. §. priſcus* totum hoc Iudicis arbitrio cõmittitur, ipſe namque videre poterit, expediat, vel non in domo magnatis, vel potentis rationes calculari.

Credit tamen *Eſcobar. de ratiocin. cap. 7. num.* 57. quod ſi huiuſmodi miſerabiles perſonæ dum in loco geſta adminiſtrationis, rationes calculantur, vexarentur per Iudicem, vt calculato res poſſent appellare ad Curiam, & ibi petere, vt rationũ cauſa retineretur, ibiq; terminarentur rationes, & Iure retineri poſſent cum ad officium Iudicis pertineat, ne inlicitæ extorſiones fiant, vt in *l. illicitas §. ne potentiores ff de offic. Præſid.* & cauſa retinendi rationes in Curia erit arbitraria, ex ratione *text. in l. penult. §. priſcus ff. de condit. & demonſtr.* ibi veriſſimum eſt autem, vt alias aliud ex perſona locoque ſit æſtimandum.

7 Quinimò, & ſupremi Iudices procliues eſſe debent ad retinendũ ſimiles rationes in Curia conſtituto de aliquo grauamine iſtis miſerabilibus illato interim, quod rationes loco geſtæ adminiſtrationis diſpugnantur.

8 Quinimo, & ſi rationes diſpungerentur inter aliquẽ magnatem, & aliam perſonam diuitem, & opulentam, minorẽ, vel ſimilem aliam miſerabilẽ perſonã ſufficeret allegari aduerſarij potentiam, & præſtitem tyrannidem ad hoc vt nullo alio apparente grauamine rationes in Curia retineantur, quia ſufficit allegare timorẽ, vbi litigandum eſt cum potenti ad hoc vt cauſa pro caſu Curiæ recipiatur, vt *d. l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid.* ibi cum alicuius potentiam perhorreſcunt, & miſerabilis perſona dicitur orphanus etiam ſi maior ſit quatuordecim annorum, & tenet *Greg. Lup. in d. l. 41. verbo los huerfanos*, quando talis eſt patre orbatus, contra ſententiã *Pauli in rubr. C. quando Imperat.* huiuſq; praxis teſtis eſt *Couar. pract. quæſt. c. 6. num.* 2.

9 Quinimò, & ſi non eſſet miſerabilis perſona, quæ de oppreſſione timetur, adhuc ſi iuſta timoris cauſa interuenit, poterit petere, vt rationes in Curia calculentur, & retineãtur, quia proprium Regium officiũ eſt facere iudicium, atque iuſtitiã, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, & pere-

peregrinis pupillisque, & viduis, qui facilius opprimuntur à potestatibus præstare auxilium *cap.187.distinct.Lauden. in tractatu de prin.quæst. 116. volum.10.*

QVAESTIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Habentes fori electionem comparentes vti tertij non gaudent beneficio electionis fori.*

2 *Tertius comparens, vti tertius non potest opponere exceptiones declinatorias, quod amplia vt nu. 3.*

4 *Tertius comparens in causa nõ habet potiora Iura, quam principalis.*

5 *Tertius comparens pro suo interesse recipitur in statu, quo reperitur.*

6 *Praclusa via principali dicitur praclusa tertio comparente pro suo interesse.*

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori competat personis priuilegiatis quãdo comparent vti tertij.

1 Regula sit negatiua, & sic quod habentes fori electionem comparentes vti tertij, non gaudeant in tali casu beneficio electionis fori, vt in proprijs terminis tradit *Marchesan.de commission. in tit. de auocat. caus.par.2.§.2. num.1.* iuxta cuius sententiam nonnullis vicibus eum allegando interrogatus respondi, & præcipuè cum in facto hoc eueniret Gaetæ scripsi, & obtinui cũ magno meo honore, & contrariæ partis Aduocati maximo dolore cum maximum expectaret præmium forsan.

2 Et ratio est secundum me, quia tertius cõparens pro suo interesse non potest opponere exceptiones declinatorias, aut dilatorias *Bald.in l.si eo tempore C.de remiss.pignor.in fin. Nacta consil 99. Caualc.decis. 5.num.19.par.4. Rota Genua decis.143 nu.7. Cornazan.dec. 215.nu.8.& 9.Surd.decis.147. num. 5. in fine*, quod procedit

3 etiam si sit Clericus *cap. super eo de offic. delegat. Anna alleg. 76.* vbi sic decisum refert in Mag. Cur. Vic. *Gramat decis. 21. Scaccia de appellat. quæst. 7.nn.123. Caballin. Milleloq. 983 nu.4. Anchar. cons 183.* & veram post alios testatur *Couar.practicarum quæst.cap 8. nu.8.Viuius* plenè *in decis 30. nu.6.& 7.* ipsamque causam in eo statu prosequi debet, in quo reperitur ex *tex.in cap.2. vt lit.pendent.in 6.clement.constitutionem*, vbi *Ancharan. notab. 6. de election.* latissimè *Giurba in decis. Sicil 1. nu.24. & 25.* vbi alios refert, non enim

enim potiora habere Iura,quā principalis *Milanens. decis.* 7. *nu.*25. *libr.*2. *Suarez in l.post rem iudicatam limit.*1. *nu.*4.*ff. de re iudic.* nec ex admissione tertij defensoris, deterior in aliquo fieri potest actoris con ditio *l.*2.*§.defendi ff ex quibus caus.in possess.etat.Honded.cōs.* 25.*nu.*11.*Couarr. pract.quaest. cap.*15.*nu.*5. *Gratian.dec.*149. *nu.*8. *Anna cons.*197. *num.*18. *Facchin.lib.*11.*controuers.Iur. cap.*5.*Surd.cons.*396.*nu.*35.

5 Hinc euenit, ꝙ tertius cōparēs pro eius interesse admittitur, & recipitur in statu, & in terminis in quibus tunc reperitur causa, vt in *cap.fin. in fine, vt lite pendent. libr.*6. *&* *Bald. in l. si eo tempore in fine C. remiss. pignor.* vbi voluit, quod tertius pro suo interesse ad causam veniens eisdem terminis arctetur quibus arctantur ipsimet litigatores, idem tenent *Alex. in cons.*82. *nu.*6. *vol.*1. *Alber. in l.sępè ff.de re iudic. Anchar.in cons.*182.*Luc. de Penna in l.apparitores C.de exactor. tribut. lib.*10. *Gemin. in cap.vbi periculum §.sanè de elect.in.*6. *Felyn. in cap.super col.*5.*de re iud.Dec.in c.cū super col.*1.*extra de offic.delegat.*

6 Vnde praeclusa via principali vlterius probandi erit etiam praeclusa tertio pro suo interesse comparente *Natta cons.* 457.*Marzar.cons.*24. *Gratianus decis.* 147. *Franc. Marc. decis.*161. *part.* 2. & latè allegaui in causa cuiusdam Aquilani, in quadam facti contingentia, dum de hoc esset consultus Doctissimus, & nemini comparandus D. Aloysius Riccius vir patritius Neapolitanus, qui mihi dedit Prouinciā scribendi circa hanc difficultatem,prout pleriq; facere solet, cum sim eius alumnus.

QVAESTIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Spurij non gaudent fori electione,& amplia num.*4.*sed contrarium nu.*6.

2 *Spurij neque amabiles apud Deum, neque apud homines honorabiles.*

3 *Spurius non intrat in Emphiteusi pro se,& filijs.*

5 *Bastardi non sunt Nobiles.*

7 *Argumentum de maiori ad minus valet in materia legitimationis.*

8 *Legitimatio videtur imitare naturam.*

9 *Potestas delegati legitimandi non potest extendi.*

10 *Vxores duas simul habere est peccatum.*

11 *Legitimatus vna cum alijs legitimis, naturalibus admittitur equaliter ad successionem bonorum.*

12 *Legitimatio facit cessare nomen spurij.*

M *ARGV-*

ARGVMENTVM.

Pupilli spurij an comprehendantur sub priuilegio l. vnic. C. quando Imp. inter pup & vid.

1 IN hoc articulo placuit inserere verba *Marchesani in praxi de commission. in tit. de auocat cauß par. 2. §. 2. num.* 112. quæ sunt videlicet. Sed ex horiri aliud dubiũ poterit an sub tali priuilegio spurij comprehendantur, vti etiam illegitimi, & pro parte negatiua dicebatur legem de filijs loquentem reprobatos nõ continere, sicut sunt isti spurij *Bald. in l. generaliter, & in §. cũ autem maxime sub nu. 2. C. de incest. nupt. Tiraquell. de nobilit cap. 15. nu. 14. Bald. in cap qua in*
2 *Ecclesiarum num. 42 & 41. de constit.* eo quia nec apud Deũ amabiles, nec apud homines honorabiles sunt *c. si gens 56. dist.* & ob id excluduntur à priuilegijs Principum, quia illos de tali abominosa prole cogitasse minimè præsumendum venit *Ang in d. §. cum autẽ nu. 7. Manzer.* dicitur de scorto natus spurius de concubina à sporcitia incõtinentiæ. Notus ex adultera, qui quasi videtur filius, & non est ob id omnis illegitimus repellitur ab Ecclesia in ordinum susceptione sacrorum *cap cum in cunctis de elect. Innoc in c. nisi cum pridẽ nu. 10. de renunc.* vbi *Bal. vers. nota litteram*, dicens superiorum nomine tanquã generale omnes capere. Nec facit si dicatur etiam ratione ætatis, & imbecillitatis tale priuilegiũ, ex naturali æquitate omnibus concessum, & sic vt generale etiam spurios comprehendere vnde sicuti aluntur cum alijs etiã cum illis frui debent priuilegio præfato, quia sicut nõ cõprehendit viduam inhonestam, sed solum honestam, vt
3 dixi ac in emphiteosi pro se, & filijs spurijs nõ intrat, ita neque in hoc latè *Tiraq. in l. si vnquam vdrb. susceperint nu.* 24. qui illos à multis excludit
4 *C de reuoc. donat.* Immo quod plus est idem si fuerint legitimati locum habere secundum *Bal. in d. §. cum autẽ nu.* 7. dicendum est eo, quia semper remanet macula *Hier Gabr. cõs. 53. nu. 3. & seq. vol. 2. Cordub. de priuat obliu. fin. nu. 76.* subdens *Bal in c. innotuit col fin.*
5 *vers per hoc de elect.* ꝙ bastardi non sunt nobiles, nec de domo nobiliũ, quia nõ deciduntur ab aliquo fonte, qui sint nobilis, sed de sanguine putrefacto, quãuis *Bar. in l si quis pro emptore nu. 29 ff de vsu cap.* con-
6 trariam asserat, & ꝙ gaudeat præfato priuilegio, quia militat eadem miserabilitatis ratio in legitimato, ꝙ præcipuè Doctores in hoc considerant cum in omnibus sit legitimo similis

similis *Gabr. consil.* 21. *num.* 26. *vol* 1. & sequitur *Rota diuers. decis.* 367. *nu.* 8. *&* 13 *par.* 1. Secundæ huic opinioni assentiendum magis de Iure censeo moueorque pluribus rationibus, & authoritatibus, & primo si tales ex priuilegio, & legitimatione, ad id, quod plus est habilitati sunt puta ad Ecclesiasticas dignitates actus spi
7 rituales. Nam in materia legitimationis optimũ est argumentum de maiori ad minus *Abb. in d. cap. per venerabilem nu.* 6. *Fely. in cap. postulasti col.* 11. *vers. limit.* 2. *de rescript.* prçterea si isti qui legitimandi habent priuilegia, vel à Papa, vel ab Imperatore ex authoritate sibi cõcessa ad omnia, vti si legitimè orti essent ab initio ha-
8 bilitant eo, quia videtur actus iste retrotrahere, & imitari naturã merito ad istud quoq; priuilegiũ consequendũ habilitatus erit discendũ quia qui omne dicit nihil excludit *l. à procur. C. mand. l. si pluribus l serui § fin.* vbi *Bart ff de legat.* 1. *Alex cons.* 177 *per tot. vol* 5. ea nempe legitimatio, vel priuilegium à Principe concessum ex eius authoritate impertimur omnem maculã natiuitatis tollit, & abstergit, vt in terminis *Bal in l. nam ita diuus nu.* 2. *ff. de adop.* etiam ex Iure cõmuni insurgeret, vt per *Bal. in l itẽ lapilli nu.* 5. *vers. & nota, quod in priuileg. ff. de rer. diuis. Bar. in l nulla nu.* 1. *vers. Dinus tenet vltimã ff. de leg.* 1. *C. de thesaur. lib.* 10. *Dec cons.* 164. *nu.* 4.
9 licet delegati potestas legitimandi neq; tabelliones creando non possit extendi. Ratio est quia suprema requiritur authoritas *Innoc. in c. cum P. tabellio. nu.* 4. *de fide instr. Bal in c.* 1. *col.* 5. *ver. idem nota quod nõ potest de offic. deleg.* & id quia sunt contra naturã, & miraculum de non legitimo legitimũ facere, & de infamia bonæ famæ, & sic viros, vnde *Bal. in c. ex transmissa col.* 2. *vers in textu ibi de restitut. spoliat.* dicit bastardos effici legitimos quasi restitutos legitimitati, & à Iure statutum est, q filij in cõcubinata geniti, nõ efficiantur legitimi, nisi interuenerũt matrimonialia, instrumẽta cũ aliquo dotis cõtractu, & per matrimoniũ spurij non possunt legitimari, quia nõ sunt naturales, nec legitimi, sed cõtra na-
10 turã nati. Vlterius duas habere vxores simul est peccatum contra naturam cum in *l natura* à Deo creatas scriptum sit erunt duo in carne vna.
11 Rursus si legitimatus vna cũ alijs legitimis, & naturalibus, æqualiter ad successionẽ bonorum paternorũ admittitur, & illis deficiẽtibus solus agnatos excludendo succedit *Bart in l. cum acutissimi nu.* 7. *C. de fidei.*

M 2 com.

com. & in l ex facto num. 1. vbi *Bal. & Alex. conf.* 188. *nu.* 17. *vol* 5. *Abb in d. cap. per venerabilem nu.* 3. *qui filij sunt legitimi Castr. in l. sed si hac §. patronum nu.* 6. & 7. *C. de in ius voc.* ac conseruat familiam vti met legitimi, & naturales *Alexan. d. conf.* 11. *nu.* 12. *vol.* 1. *Tiraquell. in l. si vnquam nu.* 67. *verf. susceperit C. de reuoc. don.* ita pariter in hoc priuilegio alias sequeretur absurdũ, quod nulla daretur differentia inter spurium, & hunc legitimatum Principis authoritate munitũ, & omissis multis quæ per *DD.* in hoc articulo dicuntur, hæc mihi tutior, & cõmunior videtur sententia.

12 Quamuis legitimatio, adeò spurij nomen cessare faciat, quod talis amplius dici nequeat *l. Imperialis §. itaq;* vbi *Bal. & Salyc. C. de nupt.* ob id ex pacto in emphyteusim succedere potest etiã patre, *Bald. in l.* 2. *nu.* 5. *C. de Iur. empt.* Ratio est quia stipulans vti libera persona alio in cuius fauorem stipulatio concipitur ius acquirit *l.* 1. *C. per quas person. nob. acquiri. Bald. in authent. quas ruinas nu.* 3. vbi *Barbat. in addit. C de sacrosanct. Eccles.* & quod filij persona non experta stipulationem pariter tenere voluere *Imol. in l quod dicit num.* 7. *ff de verb. obligat. Bart. in l. si tibi §. pactus num.* 4. *ff. de pact.* Maximè si legitimatus ante euentum fuerit, & expresè in emphyteusim nominatus *Specul. in §. nunc aliquid num.* 88. *de emphyt. Bald. in l. cum acutissimi num.* 7. *C. de fideicommiss. Castr. in l. sed si hac §. patronum num.* 6. & 7. *est de inius vocant.* quamuis benè isti legitimati comprehendantur in emphyteusi stipulata pro se, & filijs Iuribus, & rationibus latè ibi per eum adductis, subdens *verf. possunt tamen*, quod ex speciali gratia denuo inuestiri, & concedi emehyteusis potest, quod non proueniet virtute primæ inuestituræ, & commissionis, sed ex nouo contractu. Quare noua esset emphyteusis non poterit cum aliud sit de nouo fieri, aliud fieri omnimode nouo, vt ibi *Bald.*

QVAESTIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Misarabilis persona in lite incepta cum defuncto non gaudet fori electione.*

2 *Hæres tenetur sequi forum defuncti.*

3 *Sermo hæredis dicitur proprius sermo defuncti.*

4 *Factum hæredis reputatur factum defuncti.*

5 *Hæres*

5 *Hæres non potest reprobare factum defuncti.*
6 *Ius formatum in persona defuncti, transit actiuè, & passiuè ad hæredem.*
7 *Obligatio non mutatur ex persona successoris.*
8 *In iudicijs quasi contrahitur.*
9 *Vbi cęptum est iudicium ibi finiri debet.*

ARGVMENTVM.

An miserabilis persona in lite incepta cum defuncto, cui success sit possit declinare forum ex priuilegio l. vnica C. quando Imper. inter pupill & vid.

1 Regula sit negatiua, & sic quod miserabilis persona in lite incepta cum defuncto, cum successit non possit declinare forū, vt decisum fuit per Mag. Cur. Vic. in causa illorū de Troysio Gesunensium, cum mulieribus de Roberto, vndè conclusiuè loquendo dicas viduam pupillum, vel aliam miserabilem personam quæ successit in lite cępta, tanquam hæres nō posse fori declinatoriam opponere ex priuilegio viduitatis, pupillaris ætatis, vel ex alia causa, vt de Iure Regni est *Ritus expressus Magna Curia Vicaria* 234 & habetur per *Franc. in decis.* 234. & in facto sic respondit *Valascus*, vt testatur *in decis.* 136. *lib.* 2. qui licet dicat aliter decisum hoc fuit *argum. l. Regia Hispania lib. 3. tit. 4. §. 3. in cap. & orfan.* cuius opinionis fundamenta sunt plura, & primo
2 quia hæres tenetur sequi forū defuncti nō obstante ꝓprio priuilegio, vt disponit ad litterā *tex in l. hæres absens ff de iudic.* instantia enim inchoata cū defuncto transit in hæredem *l. si constante §. fin. ff solut. matr.* vbi *Alex. col. 2 l. laicus §. rogatos* vdi *Bart ff. ad trebell. Bald. in l. si intra C. de restitut. in integ. Bart. in l si cum hominem* vbi *Alexan. in addit ff. de fideiussor. Franc. Marc. decis.* 321. *nu.* 4. *Maranta in sua pract de ordin. iudic. par.* 5. *in princip num.* 12. *Neuizant. cons.* 20. *nu.* 31. *Soccin cons.* 31. *num* 8. *vol.* 1. & hæres censetur vna eademquè persona cum defuncto *§. 1. in auth. de Iure iurando à mor. prast Anchar. cons.* 244. *num* 1 *l. hæredem,* vbi *Dec. & Cagnol. ff. de regul Iur. l. cum à matre C. de rei vendic.* cum alijs similibus per *Pinell. in l. 1. C de bonis maternis nu.* 81. latè *Gabriel conclus.* 11. *de regul. Iur.* & sermo defunct:
3 dicitur proprius hæredis sermo *Soccin cons* 293 *col.* 1. *vol.* 2. *Beccius cons.* 75. *num* 7. *Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter emptor. & venditor.* hinc factum nomine defuncti potest ratificari per hęredem *l quo enim §. si procuratori ff rem ratam haberi Bar. in l bonorum col.* 1.

M 3 *vers.*

verſ quaro ff eod. tit. Alex. in l. ſi eius in verb. negotiorum col. 3 ff ſi cert. pet. Angel. conſ. 161. *col. fin.* imò eo ipſo videtur ratificare *Bart in l. 1. ff ſolut. ma trim. Alex. conſ.* 91. *col.* 2. *lib.* 3. *& conſ.* 92. *nu.* 4. *lib.* 4. & factū
4 hæredis reputatur factū defuncti, vt notat *Angel. in conſ.* 185 *per tex. in l vxorem §. agrípla gam ff de legat.* 3. & teſtamentum defuncti, & hæredis vnum, & idē reputatur, vt tradit *Caſtrenſ. conſ.* 64. & hæredi non poteſt opponi, quod non ſit nominatus in inſtrumento, quia nominato Ioanne eius hæres nominatus videtur *Bald. in l.* 1. *C. quando legatorum*, & ideò
5 non poteſt hæres improbare factum defuncti *l. ſi cum à matre C. de rei vendicat. l. ſi vxor ff de bon. auth. iudic. poſ l. ſi ad ea C. de negot geſtis*, & qui pro mictit pro ſe pro hæredibus promiſiſſe videtur per *gloſ. & Bart. in l ſi ſic de verb obligat. cum ſimil.* vt tradit *Alex. conſ.* 13. *col. penult. num.* 69. & qui promittit tantum de facto ſuo non excludit hæredem *Bal. in l fin. C. de act. empt. Bart. in l. ſi ſeruus la* 2. *ff de condit. furt. Alex. conſ.* 18. *col fin. lib.* 5. vnde ſicut defunctus non poterat declinare forum ad alium Iudicem, ita nec miſerabilis per ſona eius hæres, cum non poſſit in illa lite eſſe melioris con ditionis quam eius defunctus *l. hæredem ff. de regul. Iur. l.* 2. *§. ex his ff. de verb. oblig.*

6 His accedat, quod ius formatum, & creatum in perſona defuncti tranſit actiuè, & paſſiuè in hæredem *l. cum à matre C de rei vendicat l.* 2. *C. de hæred. act. Cagnol in l. hæredem ff de regul. Iur. Aretin. conſ.* 123 *nu.* 6. & eo modo tranſmittitur in hæredem, quo erat apud defunctum, ideò dicunt, quod defuncto ſpoliato poteſt agere hæres ex perſona defuncti, ad recuperandam poſſeſſionem *Corn. conſ.* 329. *num.* 43. *vol.* 1. *Becc.* alios cumulans *in conſ.* 75 *per totum*, vbi hoc comprobat, & quando ius eſt iam in eſſe deductum nō attenditur finis, ſed principium *l damni infecti §. Sabini ff de damno infecto*, & ex eo caſu ſucceſſor nō vtitur priuilegio *l. fiſcus ff. de Iure fiſci l. cum quidam ff. de vſur.* & ita arguit *Aretin. in c. quia colum. fin. de iudic Cagnol in* eit *l* 2. *num.* 257. *verſ* 5. *& vlt. C. de pact. inter emptor. & vendit.* & hinc præſcriptio formata contra defunctum conſumatur, & perficitur contra hæredem etiam priuilegiatum, ſi eſſet fiſcus *l.* 1. *C. ſi aduerſ. fiſcb. l. ſi fundum de fundo dotali*, vbi præſcriptio inchoata perficitur in præiudicium dotis, quæ valde priuilegiata eſt nouiſſimè tradit *Carocc. de except. quaſt.* 4. *except.* 22. *n.* 16.

vbi

vbi quod pręscriptio inchoata contra defunctũ perficitur contra hæredem minorem, etiam si sit præscriptio longissimi tẽporis 40. & 46. annorum *Cardin in cap.* 1. *quaest.* 1. *de restit. in integr. Aretin.* dicens communem *cons.* 104. *num.* 5. *Crot. cons.* 286. *num.* 3 *lib. Odd. de restit. in integr. quaest.* 90. *artic.* 1. *in fine*, nisi sit pupillus contra quẽ durante pupillari ætate præscriptio contra defunctum inchoata dormit, *glos. & Bald. in l sicut C. de praescript.* 30. *vel* 40. *annorum*, pulchrè *Barbat. de praescript. in 6. part. nu.* 34. vbi dicit communem.

7 Item quia obligatio non variatur ex persona successoris, nec ius alicuius mutatione personæ fieri debet deterius *l.* 2. *§. ex his ff de verb. obligat. l. in exequutione §. pro parte*, vbi notat *Castrens. ff eod. glos. in d. l* 2. *§. ex his ff de verb. obligat.* vbi concordantes allegat, & dixit *in l.* 2 *in fin. C de fruct. & lit. expens* quod par esse debet fortuna hæredis, & defuncti, & sic arguit *Fely. in d. cap. quia colum.* 3. *in fine de iudic. Cagnol. in d. l.* 2. *num.* 252. *C. de pact. inter empt. & vendit.*

Insuper facit, quia defunctus conuentus coram Iudice videtur quasi contraxisse cum actore, ne possit forum decli-
8 nare, quia in iudicijs quasi cõtrahitur *l.* 3. *§. idem scribit ff. de pecul. Felyn. in d. cap. quia colum.* 3. *in fine de iudit.* hæres autem tenetur cõtractum celebratum à defuncto seruare, ergo iudicium tenetur prosequi coram eo, coram quo vocatus fuit defunctus, nam sicut hæres tenetur contractum defuncti seruare, ita, & iudicium valet enim *argum. l. si pupilli §. si quis ita ff. de negot gest.*

9 Neque in hoc est præter mittendum, quod vbi cęptum est iudicium ibi finiri debet *l. vbi cęptum ff de iudic.* latè *Felyn. in cap. ex tenore col.* 7. *&* 8. *de rescript. Afflict. decis.* 354. *Gabriel. conclus.* 1. *de iudic. Intritrigliol. decis* 49. *nu.* 51. & continentia causæ non debet coram diuersis iudicibus diuidi, *l. nulli prorsus C. de iudic.* vbi *Cyn. & Iason.* latè *Giurba in decis. Sicil.* 23. vbi dicit supradicta procedere nè dũ in principali negotio, sed etiam in alio ab eodem originem trahente *Bald. in cap.* 1. *col fin. de cõtrouers. inuest. Polidor. Ripa obseruat.* 40 *num.* 2. *&* 3. *Fachin controuers. Iur. lib.* 11. *cap.* 78. *fol.* 75. ergo inchoata causa coram Iudice defuncti non debet, trahi, & finiri coram alio, & sic sequuntur *Castrens. in l. hares absens, & in l. qui Romae ff. de iudic. Aloys. de Leo in l.* 1. *nu.* 12. *C. quando Imper. inter pup. & vid. Gratian. discept. forens in discept.* 187. *n.* 27.

M 4 QVAE-

QVAESTIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Habens fori electionem ea non vtitur aduersus par ius habens, quod amplia vt nu. 8 & 9. sed vide num. 11. 12. 13. 14. & sequent.*

2 *Priuilegiatus non vtitur suo priuilegio contra pariter priuilegiatum.*

3 *Priuilegium fisci, quo alias edere compellit, non habet locum contra alium.*

4 *Priuilegia scolaribus concessa aduersus alios scolares cessant.*

5 *Beneficium Macedoniani cõcessum filijs familias, cessat contra alios filios familias.*

6 *Pia causa hæres instituta non detrahit falcidiam ab alia pia causa, quod amplia vt num. 7.*

9 *Ecclesia non potest cogere alteram Ecclesiam, vt vendat sibi domũ propriam pro ampliatione.*

10 *Curiales trahunt etiam priuilegiatos.*

20 *Priuilegiatus potentiori priuilegio præfertur alteri priuilegiato.*

21 *Priuilegium potẽtius dicitur esse eius qui agit de damno euitando.*

22 *Priuilegium potẽtius dicitur ex causa concessionis fauorabiliori.*

23 *Priuilegium potẽtius dicitur ex maiori ratione vnius, quã alterius.*

24 *Priuilegium potẽtius dicitur ex maiori vtilitate.*

25 *Priuilegium quod minus derogat Iuris communi potentius habetur.*

26 *Priuilegium respiciens personam potẽtius dicitur eo quod locum, vel causam respicit.*

27 *Negatiuum priuilegium affirmatiuo potentius est.*

28 *Priuilegium fœminis concessum firmius est eo, quod masculis indulgetur.*

29 *Priuilegium fauorabile firmius est eo, quod continet odium.*

30 *Priuilegium dignius, tanquã potentius præferendum est.*

31 *Priuilegium quod maiorem continet benignitatẽ firmius esse creditur.*

32 *Priuilegium duplex potẽtius est vnico.*

33 *Priuilegiũ legis potentius est hominis priuilegio.*

34 *Priuilegium naturale potentius est accidentali.*

35 *Beneficium ætatis potentius est beneficio absentiæ, vel militiæ.*

36 *Præscriptionis tempus non currit contra minores, currit tamen contra absentes, licet ex causa restituantur.*

37 *Priuilegium vicinitatis præfertur consanguinitatis.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori possit intentari contra simile, & parius babentes, & sic contra alias personas priuilegiatas.

1 REgula sit negatiua, & sic quod habentes fori electionem non possint ea vti aduersus simile, & par ius habentes, clara enim est conclusio in Regno, quod cōcurrentibus actoribus, & reis priuilegiatis conquassantur priuilegia, & res reducitur ad ius cōmune, vt actor forū rei sequatur iuxta dispositionem *tex. in cap. cū sit generale de foro competenti l. fin. C. vbi in rem actio*, vt est prouisum per *Ritum Magn. Cur. Vic.* 228. *&* 231. quia postquā viduæ, pupilli, & aliæ miserabiles personæ sunt suffultæ priuilegio eiusdem legis vno eodem tēpore priuilegia prædicta confunduntur, nec vnum erit potentius altero, & ius cōmune seruabitur, vt scilicet, quod actor forum rei sequatur *Isern. & Afflict. in Constitut. Regni statuimus nu.* 7. *Muscatell. in praxi Sacri Cōsilij in glos. competentes nu.* 87. *Viuius in decis.* 49 *& in decis.* 236. *nu.* 8. *Carau. in d. rit.* 228. *Franc. qui sic decisum refert in Sacro Regio Consilio in decis.* 188. *Eruditissimus Ricc. in Collect. decis Collect.* 1. nouissimè *Thorus in suo Compend. decis. in verbo vidua Gratian. discept forens.* 182. *nu.* 21. *Masull. ad Capyc. in decis.* 160. *in fine.*

2 Ratio autem ea esse mihi videtur, quia pariter priuilegiatus non potest vti priuilegio suo contra habentem par priuilegium *l. sed, & milites ff. de excusat. tutor. l. verum §. item quæritur ff. de minor. tex. in auth. de sanctissim. Episcop. §. sed, & hæc præsenti, collat.* 9. *cap. causam de prabend* quod latius adnotant *Felyn & Dec. in cap. in presentia de probat. Iason. in l. si domus §. de euictione nu.* 33. *de legat.* 1. *& in l. si constante num.* 116. *ff. solut. matrim. Aretin. in l. si hominē num.* 3. *ff. depositi Abb. in cap. auditis col.* 2. *de in integr. restitut.* latè *Bart in authent. quas actiones nu.* 3. *C. de sacros. Eccl. Marsil in singul.* 99. *Alber. in l. fin. vbi est text. elegans ff. ex quibus caus. maior.* latè alios referens *Giurba in decis. Sicil.* 82. *nu.* 8. latissimè *Trentacin. in lib. variar. resolut. Iur. lib.* 1. *resolut.* 1 *de rescript.*

3 Hinc voluit *Bal. in cap.* 1. *nu.* 2. *& Dec. num.* 69. *de probat.* priuilegiū fisci, quo alios sibi ad edenda instrumenta compellit non habere locum contra alium fiscum, vt priuilegia
4 quoque scolaribus concessa con-

contra alios scolares locum non habent, vt scripsit *Bald ex ea lege motus in l. 2. C. de priui leg fisci*, vndè si duo habent priuilegium immunitatis, ne possint à creditoribus conueniri non poterunt inter se, vti priuilegio, vt respondit *Ancbar. cons. 36. col. 2.*

5 Hinc licet filius familias gaudent beneficio Macedoniani, *vt per totum titulum C. ad Macedon. & per pragmaticam Regni 1. eodem titulo de Senatus Consulto Macedoniano*, tamen illo non gaudet aduersus alium filium familias, vt per *Fabrum in decis. 12. C. ad Maced.* de quo meminit doctissimus *D. Riccius in Collect. dec. Collect. 348.* iuxta quorum sententiam interrogatus quandoque ipse respondi.

6 Hinc pia causa hæres instituta nō detrahit falcidiam contra Ecclesiam, vt decisum refert *Magon. in dec. 130.* & tradiderunt *Roman. in auth simi liter col. 149. nu. 101.* vbi etiam *Corn. col. fin. nu 16. C. ad l. falcid.* vbi dicit pro hac parte vidisse consilium *Albergot. Alex. in l. 1. §. ad municipium col. 2. ff. ad l. falcid. Franc. in cap. si pater col. 43. nu. 107. cum sequ. de testament. in 6. Fabian. de Giocbis in Repetit. auth. nouissima col. 75. nu 154 & sequent. C. de inofficios testament. Felyn. in cap in præsentia col. 13. nu. 29 cum plurib. sequent. de probat.* & hanc opinionem inter receptas reponunt nouissimi *Collectores commun. opin. lib. 3. in tit de trebell. & falcid. cap. 6. fol. mihi 66. col. 1. post med.* quam nouissimè testatur eam veriorem dicens in iudicando, & cōsulendo tenendam *Ceual. in pract. commun. contra commun. quæst. 155.*

7 Et illud in hac materia annotatione dignum est, quod falcidia de legatis factis ad pias causas detrahenda non est nedum quando restitutio immediatè piæ causæ fieri debet, *auth. similiter C. ad l falcid.* sed etiam si medietatem, vt si centum legaui Caio detrahenda non est ne ipsæ Ecclesiæ detrahat, cui restiturus est, ita *Bald. in l. auia §. Titio vers. est argumētum ff. de condit. & demonstrat. Angel. & Paul. de Castr. in l. cum dotem ff ad l falcid. Ludouic. Roman. in dict. auth similiter col. 49. num. 101. in fin. & Corn. nu 9. Alex. in dict. l. 1. §. ad municip. in fin ff. ad l falcid. idem cons. 20. nu. 14. vol. 3. Franc. Aret. cons. 67. col. penult. num. 10. vers. prima est Roman. cons. 206. nu. 7 & in l. Marcell §. quod autem nu. 9. ff. ad trebell. Iason. in l. 1. in 1. lect. col penult. nu. 33. C. de sacros. Eccles. Capra cons 78. col. vlt. nu. 24. idem cons. 143. col. 2. num. 6. Alex. in d. l. Marcellus num. 6.*

*num.6. Soccin.consil.*77. *col.* 4. *nu.* 9. *vol.*1. rursus idem *Socc. cons.*49.*nu.*13.*vol.*4.& *Franc. in Repetit. cap. si pater col.*43. *nu.*106.*de testam in* 6. ex quorum relatione satis constat hanc esse communem sententiam.

Vnde videmus etiam vnam Ecclesiam aduersus aliam priuilegio non vti *Valenz. cons.* 18.*num.*87 *arg. l.*2.*C.de priuil. dot Bart.* & *ceteri in authent. quas actiones* C.*de sacros.Eccl. Ripa in l.priuilegia num.*2 *ff. de priuileg.credit. Aret.in l. si hominem num.*3 *ff.depositi Cephal.cons.*7.*nu.*3.

8 Amplia firmatam conclusionem procedere, siuè Actor sit maiori priuilegio priuilegiatus quam reus, siuè non, nam nunquam priuilegiatus eligit forum de Iure Regni contra pariter priuilegiatum, vt colligitur *ex Ritu* 228. & tradit ibi Carauit.*nu.*3.ad quod allegat *Afflict.*& *Isern.in Const. Regni statuimus nu.* 7. *Alber. in l fin ff. ex quibus causis maiores Luc.de Penn.in l.*2. *in fine* C. *de silent. lib.*12. quibus addo etiam *Franc.in dec* 553. quod tamen procedit de Iure Regni, licet secus de Iure cōmuni, vt infra dicemus in *vers. sed quo melius,*& *in versic. bis accedat*.

9 Amplia firmatam conclusionem secundo procedere etiam si ex vna parte essent plures personæ priuilegiatæ, nam hoc non obstante adhuc conquassantur priuilegia, & res reducitur ad ius commune, vt tradit *Muscatell.in sua praxi S.* C. *in glos.competentes in addit. in litt. l. cum ad finem*, vt cōcedatur priuilegium *l vnic.*C. *quando Imper.non requiritur*, nec consideratur vnio, sed pluritas personarum priuilegiatarum, sed quælibet persona de per se consideratur ratione suæ qualitatis personæ, & omnes sūt suffultæ priuilegio eiusdem legis, quo vtuntur vno eodemque tempore ad excludendum alium priuilegiatum, & non decursis temporibus, vnus post alium, igitur pari ratione confunduntur, sicuti quando vnum esset potentius altero, & ius cōmune erit seruandum, vt fuit decisum in S. C. teste *Franch.in d.decis.*188 & faciunt adducta per *Afflict. in Constitut statuimus la* 3. *num.* 19.*in fine*, dum dicit quod *d. l vnic.* non distinguit, nec nos distinguere debemus & c.vide etiam dicta per *Foller. in sua pract.crimin.in tit audiantur excusatores nu.* 104 dum allegat *Bald.in cons.*365.*lib.*6.

Ex quibus omnibus cum essem interrogatus in quadam facti contingentia, si Ecclesia haberet priuilegium cogendi aliam Ecclesiam, vt venderet quan-

quandam suam domum pro ampliatione ipsius Ecclesiæ, ex Regula *text. in l. si quis sepulchrum ff de Relig. & sumpt fu. ner.* de cuius materia latè post alios per *Franc. in decis.* 123. *& per D. Ricc. in decis.* 138. *&* 147. *par.* 1. dixi negatiuam sententiam esse veram, pro qua postea vidi iudicatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana in causa monasterij Sancti Marcellini, & Sancti Ligorij huius Ciuitatis, de quo valde gauisus sum.

10 Limita firmatam regulam non procedere in Curialibus, qui possunt trahere etiam priuilegiatos, vt cauetur per dispositionem *Ritus Mag. Cur. Vic.* 128. quod nota, quia pulchrum, & sit consului nonnullis quippe vicibus, dum de hoc essem postulatus vigore dispositionis *d. Ritus Magn. Cur. Vic.* & ita etiam procedit in Neapolitanis, de quo vide infra *quæst.* 38. *num.* 11. *hac eadem sect.*

Sed quo melius quæstio ista intelligi valeat de iure cõmuni loquendo sunt constituendi plures casus, quos adijcit *Couarr. in lib. pract. quæst. cap.* 7. *sub nu.* 4. *vt infra.*

11 Primus etenim casus constituitur in pupillo, qui in iudicium ad Curiam Regis, quo ad primam causæ cognitionem proprio suffultus priuilegio vocat pauperem viduam, vel miserabilem personam. Et planè *Matth. de Afft. in Constit. Neap. lib.* 1. *rub.* 36. *nu.* 35. respondet hoc fieri posse, nec ab eò hoc forũ Regiũ rectè declinari, quia causa ætatis quæ naturalis est debet præferri causæ accidentali, quæ constat ex paupertate, vel viduitate *l. qui habet ff de tutel.* vbi *Bald.* teste *Matth. de Afft* hoc ipsum notat in specie. Ego vero apud *Bald.* legi ætatis causam esse naturalem, ac denique præferendam causę paupertatis quę accidentalis est, & tamen *Bal.* non tractat quæstionem istam, & loquitur vbi vtraque causa in eadem contingit persona, idcirco nõ rectè inducitur *Baldi* authoritas ad casum, in quo de præiudicio alterius agitur, alterius in quam priuilegium habentis. Deinde falsam esse censeo *Matthæi de Afft.* opinionem quæ tamen pollet inde rationem habere, quod habẽs priuilegiũ in specie, vti potest priuilegio aduersus par priuilegium habentem ex eadem causa specialr, vbi prioris priuilegij ratio maior est, aut fortior *l. verum. §. vlt ff de minor.* & ibi *Bald. Bart. in d. auth. quas actiones explicat elegãter Dec. in d. cap. in præsentia nu.* 51. plura ad hoc allegans. Nos vero arbitramur, in hac quæstione, quam tractamus non

posse

posse admitti hanc argumentationem, quia non sit maior, nec fortior ratio eius priuilegij, quod datur pupillo, quam eius, quod datur viduis,& pauperibus. Et præterea multis rationibus conabimur hanc tollere, in hac parte argumentationem.

Primo quia *Bart. Bald.* & aliorũ cõclusio procedit quando priuilegium vtroq; est diuersæ speciei, in hoc etenim casu *DD.* loquuntur, nos verò agimus de duobus priuilegijs quæ eiusdem speciei sunt, scilicet circa forum, & ab eadem causa procedunt saltem generali nempè à commiseratione, licet eorum quodlibet procedat à diuersa commiserationis causa.

Secundo quia vterq; in parte tam actor, quam reus agit de damno vitando. Reus inquam ne cogatur extra proprium domicilium litigare. Atque ideò cessat ratio communis, quæ in *d. l. verum. §. pen.* admittit priuilegium cõtra priuilegium, ex eo quod actor agit de damno vitando reus verò de lucro captando, quasi in hac quæstione à contrario argumentemur cũ reus ipse itidem, vt actor agat de damno vitando.

Tertio constat non esse maiorem miserationis causam in pupillo qui forsan diues est quam in paupere, aut vidua, quæ tutorẽ nullum habẽt, qui eius res defendat, quẽ tamen minor pupillus habet, cuius causa, ideò tutior est, quod fideiussores regulariter dentur, qui promittunt rem pupilli saluam fore igitur non est maior imo minor in pupillo priuilegij causa.

Quarto si res ista ad cõtentionem deducatur, dixeritque pupillus actor se posse vti priuilegio contra habentem par priuilegium rursus,& reus pauper dicet, se velle, vti contra pupillum proprio priuilegio, quod in hoc habet, vt inuitus non conuenitur extra propriũ domicilij forum.

Quinto esset equidem inutile priuilegium, quod habẽt miserabiles personæ ne possit inuitæ vocari ad iudicium extra proprij domicilij forum, si habens per priuilegium posset eas vocare ad Curiam Regis, quod manifestè constat cũ quilibet Iure communi non possit extra proprium domicilium citari ad Curiã Regis, nisi ab his qui habet hoc priuilegium vocandi reos ad Regis Curiam, vt patet. Igitur, vt aliquid operetur priuilegiũ datum miserabilibus personis, oportet, quod id intelligatur etiam ad petitionem aliorum simile habentium priuilegiũ.

Sexto idem probatur, quia pri-

priuilegium actoris deuiat à Iure communi,& eius regulis, priuilegium autem rei Iuri communi conuenit, si quidem reus in proprio eius foro, & domicilio conueniendus est, actorq; sequi debet forum rei, iuxta Iura vulgaria, sed inter paria habentes priuilegia præfertur eis, qui habet priuilegium Iuri cōmuni conueniens, aut saltem magis consonum regulis Iuris notant *Bald. in l. si quis in graui §. ult. & in l. sequenti incipienti qui posthumos ff ad Syllan Aret. cons. 81. col. 4. Dec. in d. cap. in præsentia de probation. nu.* 51 ergo reus miserabilis persona habēs priuilegium, quod non possit extra proprium domicilium cōueniri, cum hoc sit Iuri communi magis consonum præferendus erit actori habenti priuilegium contrarium regulæ Iuris cōmunis, vt possit quemlibet ad Curiā Regis vocare.

Septimo hæc eadem opinio deducitur ex praxi, & vsu, qui diu apud Hispanos obtinuit in expediendis literis Regijs in fauorem viduarum, quæ Regē ipsum ipsiusque summos Iudices elegerunt ad cognitionem, & decisionem propriarum causarum dantur etenim literæ
5 Regiæ ad inferiores Iudices, quibus eis interdicitur cognitio causarum huiusmodi, & litium quæ propriæ viduarum sunt ipsis viduis inuitis, & declinantibus inferius tribunal, ac postulantibus earum causā ad Curiam Regiam remitti, quæ quidem literæ solis viduis dantur, non alijs miserabilibus personis tametsi *lex unica C. quando Imper. inter pupill. & vid.* ac leges Regiæ pari ratione, & Iure de omnibus tractauerint. Denique in hisce legibus agitur de priuilegio miserabilium personarum, vbi ipsæ personæ agere velint, at si cōueniantur, & vocentur ab alijs ad iudicium coram Iudice inferiori, quod declinare hoc forum, & petere, vt apud Iudices Curiæ causæ examinetur, non cauetur in *d. l. unica*, nec in dictis legibus Regijs si rectè intellitur Cęsarea responsio, dum inquit iudicium nostræ serenitatis orauerit. Et tamen *glos.* inibi vult, quod possint, hę personę Iudices ordinarij forū intra proprium domicilium declinare, & petere, quod apud Curiæ Regiæ Iudices conueniantur. Sic enim visum est *Accursio in verbo perhorrescunt*, quo in loco scribit *Cyn.* secundum illius cōstitutionis partem tractare casum, & speciem in qua solum agatur, & versetur dubium, vbi persona miserabilis agere vult, non vbi ipsa in iudicium vocatur actori responsum idem illic sensit *gloss. in verbo pupilli*. Nihilominus

minus literæ prædictæ decernuntur in viduarum fauorem exceptis expressim quinq; casibus, quorum primus est vbi vidua velit hoc priuilegio, aut hisce literis, vti contra viduã, aliam minorem, & orphanam idem ipse censere quoties vellet in his literis, vti contra pauperem aliamuè miserabilem personam. Secundus in causis quę non dũ habent æstimationem sex mille marauedinorum. Tertius vbi causa fuerit cępta coram Iudice inferiori pro litis contestatione absque fori præscriptione, & exceptione declinatoria tribunalis inferioris. Quartus si cũ criminalis sit. Quintus vbi actum fuerit de reditibus Regijs à vidua exigendis. Nam in hisce casibus non licet ei viduæ quæ vocata fuerit ad Iudicem inferiorem eius tribunal declinare. Ecce quod primus casus manifestè ostendit vsum, & praxi? huius opinionis quã modo aduersus *Matt. de Afflict.* probamus.

Octauo hanc interpretationem, & intellectum ad legem vnicam absque vlla distinctione miserabilium personarum tenet *Andr. de Iser. in Constitut. Neap. statuimus rubr. de de offic. magistr. Iustit. nu* 4. *& sequent.* ipsemet *Matth. de Afflict in d. lib.* 1. *Constit. Neapol. rubr.* 37. *nu.* 19. *& rursus num.* 21. *idem in decis. Neap.* 257. sensere *Ioan Andr. Domin. Anchar. & Franc. in cap.* 1. *§. id ipsum de priuileg. in* 6. optimè *Luc. de Penn. in l. ne ad diuersa C. de silentiar lib.* 12. *post Iacob à Bellouis.* quem ad hoc expressim citat.

12 Secundus tandem casus contingere poterit quando vidua agens cõtra pupillum pauperem, vel aliã viduam vult vti hoc priuilegio *d. l. vnic.* & planè non poterit eo, vti quod ex prænotatis fit satis manifestũ, vt notant *Andr. Iser. Matt. de Afflict. Lucas de Penna, & Iacob.* paulò ante adducti.

13 Tertius erit casus vbi pauper agit cõtra viduam pupillum, vel Ecclesiam pauperem velitq; eos ad Regis Curiam vocare prætermisso Iudice ordinario domicilij, & profectò eisdem rationibus, & authoritatibus, *Isern. Matth. de Affl.* & aliorum nõ poterit, hoc vti priuilegio.

14 Quartus casus facillimè, ex his dicitur, vbi pupillus agit contra pupillum, non enim poterit actor reum trahere ad Curiam extra proprium domicilium, sicuti apparet ex prædictis, & notat *Lucas de Penna, Iacob. à Bellouis.* quorum paulò ante me minimus.

15 Quintus deducitur ab huius contrauersiæ rationibus, casus quoties aliqua miserabilis per

sona

ſona nempe vidua pupillus, vel pauper vocauerit in iudicium apud Iudicem ordinariũ ipſius domicilij rei conuenti alium pupillum viduam, vel pauperem: ipſe verò reus declinet iuriſdictionem illius Iudicis, ac petat cauſam deferri ad Curiam Regis, & ſanè res eſt, vt mihi videtur expedita, quod nõ ſit admittenda iſthæc exceptio fori declinatoria, quia reus eſt, in malitia, & actor æquè priuilegiatus eligit forum ſecundum ius commune ſemoto quolibet priuilegio, & ideò præferendus ſit, ſic etenim viſum eſt *Iacob. Luca de Penn. Iſern. Matth. de Afflict.* & alijs modo præcitatis. Nec poterit congruè exemplum aliquod huic caſui aptari, niſi in viduis quæ habeãt ex litteris Regijs ius declinandi proprium forum, & proprij domicilij tribunal, quemadmodum in primo caſu latè tradidimus.

16 Sexto deindè poterit contingere, quod in eo loco, vbi eſt Curia Regis eiuſque auditorium pupillus vidua, vel pauper ad iudicium Iudicis ordinarij, & inferioris vocatus nolit hoc tribunal declarare, & tamen vocatus ad Curiæ Iudices ad petitionem actoris petat obnixe cauſam ad ordinarium eius loci forum deferri: in hoc equidem caſu poterit reus vti proprio priuilegio ſecundum *Iſer. nu.* 14 *& Matth. de Afflict. nu.* 34. *in Conſtitut. Neap. rubr.* 37. quibus ſuffragatur, quod licet alioqui, vbi reus habet plures Iudices ex Iure communi electio ſit actoris, vt adnotauit idem *Couar. lib.* 1. *variar. reſol cap.* 18. *nu.* 6. attamen vbi reus habet plures Iudices ex priuilegio ipſiuſmet rei eſt electio non actoris authore *Bal. in l. cum Clericis C. de Epiſc. & Cler.* quem ſequitur *Matth. de Afflict. in d. rub.* 37. *num.* 18. *& Bart. Socc. conſ.* 94. *col.* 2. *lib.* 3.

17 Septimo vbi quis habens priuilegium *d. l. vnica* vocaret ad Curiam Regis, eum qui nõ haberet priuilegium declinandi Curiam, nec petendi remitti cauſam ad proprium domicilium, tametſi habeat is priuilegium vocandi aduerſarios ad Curiam. Nam ſi reus hic velit obtinere quod eum ad Iudicem proprij tribunalis, & domicilij remittatur profectò ex prænotatis conſtat, non eſſe hanc cauſam deferendã ad Iudicem inferiorem: ſed eam in Curia examinandam eſſe: cum hic erit reus non habeat ex priuilegio duos aut plures Iudices, imo tantum vnum actor vero habeat priuilegium eligendi Iudicem quem, vt opinor reus minimè poterit fori præſcriptione declinare Exemplum

plum autem huius casus non poteſt commode conſtitui in his qui notantur in *d. l. unica*, quibus competit ius declinandi, quodcunque tribunal extra proprij domicilij forum etiam Curiæ Regiæ Iudicis. Idcirco erit perquirenda persona quæ huius conclusionis exemplo poſſit ſubſeruire, ex his qui agētes poſſint ad Regis Curiā reos vocare, & hac ratione habent ex priuilegio plures Iudices prȩcisè tamen valeāt apud Regem, vel in proprio domicilio ab actoribus, vt rei conueniri, & ideò dicatur vnum tantum Iudicem habere, quando ab alijs ad iudicium vocatur quippe qui non habeat Iudicum electionem, id verò fortaſſis ſtatim conſtabit.

18 Octauo ſi alicuius Caſtri Villæ, vel Ciuitatis communitas actionem aliqui in iudicium deduxerit aduerſus eius Dominum, & apud Curiæ Regis Iudices, atque ipſe Dominus Iure orphani, & minoris aut Iure viduitatis ſimiliuè cum velit declinare Regiæ Curiæ iudicium, quo ad primam cauſarum cognitionem, & petat cauſam remitti ad forum domicilij profectò is non obtinebit, vel ex eo quia tribunal proprij domicilij ſit manifeſtè ſuſpectum in cauſa ipſius, cuius propria eſt, quæ inibi exercet iuriſdictio. Igitur in hac ſpecie, nec vidua, nec minor, & orphanus poterunt vti priuilegio quo alioqui poſſent etiā apud Iudices conuenti petere cauſam ipſam, quo ad primam cognitionem ad proprij domicilij Iudices deferri, ipſa verò communitas ab ipſo Domino eiuſdem agente ad Curiam Regis vocata etiam ſi Dominus maior ætate ſit non poterit hoc declinare tribunal. Cōmunitas etenim alicuius oppidi, quo ad primam cauſæ cognitionem poteſt à quocunque ad Regiæ Curiæ tribunal vocari, nec id declinare valet quemadmodum vſu forenſi eſt hactenus ſatis receptū, & probatur *ex l. 37. ſtili*.

19 Nono vbi lis eſſet cȩpta per litis conteſtationem apud Iudicem inferiorem proprij domicilij non poſſet vidua petere cauſam illam tractari in Curia Principis, nec ad eam referri, etiam ſi vidua Iure minoris ȩtatis peteret in integrū reſtitutionē aduerſus litis conteſtationem ex cauſa erroris, quo decepta lite conteſtata fuerit abſque fori præſcriptione, & declinatoria exceptione huius equidem opinionis ſum ob fauorem ordinariæ iuriſdictionis, & quia non admodum lȩditur ex hoc errore minor, atiam ſi *Matth. de Afflict. in Conſtit. Neap. rubr. 37. nu. 24.* contrarium reſponderit.

N 20 His

20 His accedat pro complemento materiæ, quod prædicta cõclusio supra per me firmata, vt scilicet quod priuilegiatus eadem specie priuilegij non vtatur eo priuilegio cõtra alium habentem ęquale priuilegium de Iure cõmuni etiam loquendo non habet locũ quando diuersa specie priuilegij esset, quis priuilegiatus, tunc enim potentius priuilegium attenditur *l. verum §. fin.* vbi *Bart. & Bald. de minor.* idem *Bart. in authent. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles. & Dec. in dict. l. in præsentia num. 51. & cons. 147.*

21 Potentius autem priuilegiũ dicitur ad effectum, de quo supra pluribus varijsque modis, & primo, cum vnus agit de damno vitando, alter de lucro captando, quo casu potior est causa eius, qui agit de damno vitando, vt docuerunt *Bart. in authent. quas actiones versic. si vero C. de sacrosact. Eccles. Alberic. in l. verum § fin. nu. 7. de minor. Bald. in authent. perpetua C. de sacrosanct. Eccles. quorum sententiam approbarunt, Dec. in cap. dilecti num. 26. de except. & cons. 410. num. 4. Alciat. in l. 2. nu. 35. de verb. oblig. & Menoc. cons. 100. num. 284.* latè *Trentacin. variar. resolut. Iur. lib. 1. resolut. 1. num. 6. in tit. de rescript.* vbi ad plura infert.

22 Secundo dicitur potentius ex causa cõcessionis fauorabiliori *l. si hominem §. quoties ff. depos. l. interdum qui pot. in pig. habeantur l. si ventri. §. in bonis de priuileg. creditor. cum similib.* & sic concludit *Bart. in authent. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles. Abb. & Dec. in cap. in præsentia extra de probat. Dec. cons. 147.*

23 Tertio potentius appellari potest ex maiori ratione vnius quam alterius testè *Bald. in authent. habita nu. 62. C. ne fil. pro parte Dec. d. cons. 147.*

24 Quarto potentius appellatur ex maiori vtilitate, vt scripsit idem *Bald. in l. hac consultissima col. 1. C. qui testa. fac. poss. & Dec. num. 4. in l. in toto de reg. iur.*

25 Quinto quoque potentius dicitur priuilegium, quod minus derogat iuri communi *Bald. in l. si quis in graui §. vlt. infra ad Senat. Consul. Syllan. Alciat. in l. 2. num. 34. de verb. oblig.* quorum sententiam fuit sectatus, dum de hoc articulo fuisset mihi impositum onus, vt aliqua scriptis referrem.

26 Sexto respiciens personam potius quam causam, vel locũ, vt scripsit sępè citatus *Bald. in l. 1. vers. 3. quaro supra de offic. procons. & Dec. cons. 3. & cons. 147. num. 5.*

27 Septimo potentius est negatiuum

tiuum

tiuum potius quam affirmatiuum *l. 3. §. liberti,* vbi *Bart. infra de suspect. tutor. l. si Rufinus* vbi *Bald. Aret. Iason. & Dec. not. C. de testament. milit. Alciat. d. loco nu. 37.*

28 Octauo potentius est ratione sexus; vt concessum fœminis potius quam masculis, vt scripsit *Prapos. in cap. verum col. 4. de conditio apposit. Dec. in l. 2. num. 77. de regul. iuri. & Neuizzan. lib. 5. Sylua nupt. num. 47.*

29 Nono fauorabile potius quã odiosum, vt respondit *Menoc. cons. 36 nu. 27. & 28 lib. 1.*

30 Decimo dignius priuilegium dicitur potentius *Alciat. d. loco num. 32.*

31 Vndecimo benignius idem *Alciat. d. loco nu. 33.*

32 Duodecimo duplex priuilegium est potentius vnico *Iacob. de Aren. in l. si ventri in fin. de priuil. credito.*

33 Decimo tertio potentius est priuilegium legis quam hominis *Purpur. cons. 483 nu. 9.*

34 Decimo quarto, & vltimo potentius appellatur naturale potius quam accidentale *l. qui habet*, vbi *Bartol. ff. de tutor. Alciat. d. loco nu. 36.*

35 Hine est quod beneficium ætatis est potentius beneficio absentiæ causæ Reipublicę, vel
36 militiæ cum contra minorem tempus non currat contra alios currat, sed ex causa restituantur cum aduersus præscriptionem 40. annorum minores restituantur, alij secus cum denique minores, quo ad lucrum alij nunquam restituantur, vt latissimè probat *Tiraquell. de retract. proximita § 35. glos. 4. num. 46. & sequ.* quem sequitur, & approbat *Villalob. lib. commun. opin. litera A. num. 7.* ex quo voluit *Afflict. in Constitut. statuimus num. 14.* posse pupillum ad Curiam Regis vocare pauperem viduam, vel miserabilem personam, cui pluribus argumentis aduersatur *Couarruu. lib. pract. quæst. d. cap. 7. num. 4. vers primus etenim casus vsque ad finem,* vt supra fuit dictum, & meminimus, & decisum testatur *Franch. decis. 188.* id autem quod diximus, non pro-
37 cedit in Iure congrui, in quo priuilegium vicinitatis præfertur consanguinitatis priuilegio, vt probat *Afflict. in tract. de Iure Protomiseos §. 8. 2. not. num. 2.* iuxta cuius doctrinam quandoque respondi dũ essem interrogatus, & præcipuè cum hoc in facti contingentia euenisset cuidam meo familiari, qui retulit iuxta meum responsum obtinuisse, faxit Deus Omnipotens, & sic tenet etiam *Marant. de multiplic. alienat. num. 118.* de quo meminit *Giurba in decis. 76. num. 4.*

QVAESTIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *In causis feudalibus miserabilis persona non gaudet fori electione, & quare nu.2.*

3 *Miserabilis persona dans dãnum non potest discedere à foro baiulationis, sic etiam in causa haresis num.4. sic in sindicatu num.5. sic etiam vbi cum fisco contendit n.6.*

7 *Vbicumque est Iudex specialiter deputatus ad aliquem actum, nunquam potest declinari per miserabiles personas.*

ARGVMENTVM.

An in causis feudalibus persona priuilegiata habeant fori electionem.

1 Regula sit negatiua, nam priuilegium eligendi forum de Iure Regni non competit miserabilibus personis in tali casu, quia de feudis quaternatis non cognoscit, nisi Magn. Cur. Vic. ita concludit *Afflict in Constitut. Regni statuimus*, quem sequuntur *Vrsill. in addit ad eadem Afflict. in decis. 257. in fin. Puteus de reintegr. feud. cap. 198. nu. 44. Niger in cap. Regni quod decretam num.* 10. *Borrell. de præstantia Regis Catholici cap. 62. num. 58. Trentacin. variar. resolut. lib. 2. in tit. de citationibus resolut. 2. num. 21. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 66. libr. 2. nu.* 49. hoc intelligens procedere secundum Ritus, & Constitutiones Regni Neapolitani, non autem secundum ius communæ, quia non reperitur exceptus hic casus à dispositione illa *l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid.*

2 Ratio autem ea esse mihi videtur, quia cum ad talem actum sit Iudex specialiter deputatus, non debet quis priuilegiatus ab eo discedere mediante priuilegio, nam frustra ille Iudex esse deputatus.

3 Et hinc infero, quod dum miserabilis persona damnum dat nõ potest discedere à foro baiulationis, quod est specialiter constitutum ad hoc exercitium, vt cauetur per *pragm.* 1. & 2. *de Iure Regni de officio baiuli*.

4 Sic etiam si sumus in causa hæresis, in casibus directis ad Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal, de quibus latè habetur per eruditissimum *D. Riccium in sua praxi in resol. 671. par.* 1. nam eo casu miserabilis persona de hoc crimine inquisita non poterit illius Tribunalis forum declinare, ex eo quod istud est eius officiũ, & ad hoc erectum fuit.

5 Sic

5 Sic pariter in Sindicatu Officialium, si miserabiles personæ volunt accusare Officialē, non possunt, discedere à foro sindicatorum, ex eo quod eis in tali actu est data potestas specialis cognoscendi delicta, & accusationes, & querelas Officialium sindicatorum, vt per *Pragmat. Regia dignitati de sindicat. & cap. Regni statuimus eodem tit.* & sic in proprijs terminis loquendo tradit *Carrab in singul.* 118. de quo vide infra *quæst.* 44. vbi refero verba *Follerij*, qui contrariū videtur tenere.

6 Et ita etiam dicimus, vbi cū fisco miserabilis persona contendit. nam neque poterit forum eligere, quia cum Iudex in tali casu sit Cęsaris, seù Principis procurator, ab illius foro non poterit discedere *l. si vt proponis C. de bonis prascript.* ita in specie *Scaglion. in Ritu Magn. Cur. Vic.* 230. *num.* 3. quem refert, & sequitur *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2. *casu* 66. *nu.* 52. *Aretin cons.* 83. *num.* 5. *& sequent.* de quo meminit *Marchesan. de commission. in tit. de auocat. caus. §.* 2. *part.* 2. *nu.* 192.

7 Et generaliter facio conclusionem, quod vbicumq; Iudex est specialiter deputatus ad aliquem actum, nunquā per fori electionem miserabiles personæ, & illud beneficium etiam habentes possunt ab eo discedere, & variare, vt Neapoli potest procedere in matriculatis in arte Serici in Arte lanæ, & & in personis maritimis, qui omnes habent Iudicem deputatum, & specialem in talibus actibus, & sic de singulis similibus, vt etiam dixi infra *quæst.* 43. hac eadem 2. Sectione.

QVAESTIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Quaternatū feudum quid est, nu.* 7. 8. 10. *&* 15.

2 *Quaternatum feudum vbi, & quare registabantur nu.* 7.

3 *Adobamentum quid.*

4 *Adoba est vulgare verbum Regni Neapolitani seruitium significans, quod Galli vulgo arrierebare vocant, & num.* 5.

6 *Adoba dicitur seruitium pecuniarium quod Regi prastatur.*

9 *Princeps si concesserit Castrū cum domibus iardenis, & alijs ista concessa cum Castro non sunt feuda quaternata, nisi de per se concessa fuerint à Rege.*

11 *Feudum nouiter factum, & per Regem concessum potest esse quaternatum.*

12 *Castrum omne in Regno dicitur quaternatum feudum, sed non è conuerso.*

13 *Quaternatum feudum non potest haberi, nisi à Principe, & cum titulo.*
14 *Quaternatum feudum dicitur omnis Terra, vbi sunt vasalli.*
16 *Quaternatum feudum dicitur licet sit in Terra Comitis, vel Baronis, & ei prestetur seruitium militare, dummodo eius collatio spectet ad Dominum Regem, & declara num. 17.*
18 *Rex solus potest infeudare feuda quaternata.*
19 *Feuda omnia à Rege concessa possunt dici nobilia, & ligia.*
20 *Rex solus ab initio potest imponere nouam formam feudo quaternato.*
22 *Quaternata feuda sunt ad instar prædiorum, & stipendiarum.*
23 *Quaternatum feudum est duplex proprium, & improprium.*

ARGVMENTVM.

Quid est feudum quaternatum.

QVoniam supra fuit conclusum de feudis quaternatis cognoscere solum Magnam Curiam, & consequenter in tali casu miserabiles personas non gaudere priuilegio fori, ideò hic recensere volui, quid sit feudum quaternatum.

1 Regula sit igitur, quod feudum quaternatum dicitur illud, quod spectat ad collationem Regis, & reperitur scriptũ in quinternis Regalis Cameræ *Iaf. in præl ud. feud. nu. 127. vers. item sunt quædam*, *Aluar. in præl ud. feud. decis. 21. Isern. in cap. 1. §. ille autem nu. 9. de controu. feud. apud pares termin.* vbi subdit, quod regi-
2 strabantur dicta feuda in quinterno libro, scriptura, seu publico monumento Regiæ Cameræ, vt cognosci possit quantum adohamentum præstabãt.
3 Et dicitur adohamentum aductio illa quam faciunt plures cohæredes, seu confeudatarij inter se habentes diuisum feudum, qui cum deberent præstare seruitium secundum partẽ feudi, quam habebant, & ex facta diuisione dictum seruitiũ ad modium redigeretur adohant, seu adiuuant, se tot quot faciant vnum militem, vel soluant vntias decem, & dimidiũ, ideò alludens vocabulo dicitur adohamentum, quod dici confeudatarij concubinati, & adohati, idest coniuncti, & associari præstant, & ita etiam exponunt huiusmodi adohare, seu adohamentum, cum *in cap. si aliquem vers. seruitij consueti nu. 52. Capyc. in inuest. feud. rub. feud. adohant. col. 1 fol. 27. Iacobut. de Franch. in præl ud. feud. num. 19. fol. 2.* idem sentit *Tira-*

*Tiraquell.in tract.de Iure primog.quæst.*74.*sub nu.*1. vbi di-
4 cit adoham esse vulgare verbũ Regni Neapolitani seruitium significãs militare. Quod Galli vulgo arrierebant, vocant
5 *Afflict.decis.*265.*sub num.*51.
6 vbi ait, quod adoha dicitur seruitium pecuniariũ, quod Regi præstatur eum in *cap. si aliquẽ vers. in capite nu.* 4. hanc etiã
7 feudi quaternati diuisionem superius declaratam approbauit *Mozz. in tract. de feud. rub.de dictis feud.nu.*21.*Frecc. in tract.de subfeud. Baro.lib.*2. *rubr. differ. feud.nu.*1.*fol.*238.
8 vbi dicit feudum dici quaternatum, quod de per se reperitur scriptum in quaternionibus Regiæ Curiæ. Ideoque si
9 princeps concederet Castrum cum domibus iardenis molendinis baculatione, & alijs ista concessa cum Castro, non sunt quaternata feuda, nisi de per se concessa fuerunt à Rege, & de per se scribantur in quater-
10 nionibus Regiæ Curiæ, vel ꝙ à Rege tenetur immediatè, & in capite idque non erit necesse in quaternionibus annotari *Afflict.in prælud. Constit. Regni quæst.*25. *num.*7. *&* 8. vbi
11 etiam dicit, quam feudum noviter factum, & per Regẽ concessum potest esse quaternatũ, & in *Const.post mortem rubr.* 22.*lib.*3. *nu.*5. *&* 6. vbi etiam
12 dicit, quod omne Castrum in Regno existens, siuè in præsentiarum sit habitatum, siuè inhabitatum dicitur esse feudum quaternatum, sed non conuertitur, secundum *Isern. ibidem col.* 2. *idem Afflict. in Constit. violentias lib.*1.*rubr.*24.*nu.*38
13 vbi ait, quod feudum quaternatum non potest haberi, nisi à Principe, & eum titulo *Iser. in cap.*1.*in princip.nu.*10. *de probib feud.alienat. per Feder. Afflict. in Constit.statuimus, vt Magna Cur. rubr.*37.*nu.*10.
14 vbi ait, quod omnis terra, vbi sunt vasalli est feudum quaternatum, item quando præstat seruitium, vel adoham Regi
15 dicitur quaternatum *Isern.in Constit. si quando aliquem de pen.foriud.lib.*2. *in fin. Afflict. in Constit. vt de successionibus subnu.*1.*per illum text.in princip. ibi*, *vel ab alijs etiam*, vbi ait feudum dici quaternatum, licet sit in terra Comitis, vel
16 Baronis, & ei præstetur serui-
17 tium militare, dummodo eius collatio spectet ad Dominum Regem, non tamen tunc reputabitur, quoad omnes effectus quaternatum, sed secundum quod imo illud regulariter iudicabitur feudum planum, & de tabula cum *in cap. si aliquẽ in vers.in capite num.*9. *&* 10. *fol.*88.*& ibi quoque Ioan. Anton.Canne vers.in qua num.* 2. *fol.*210.*Isern.in Constit. si quis Baro.vel miles col.fin.de dotar.*

N 4 *Const.*

Const. in feud. & Castr. vbi *Afflict. sub num. 2. idem Affl. in cap. 1. num. 62. & 63. de his qui feud. dare possunt*, vbi ait, quod nullus potest infeudare
18 feuda quaternata, nisi solus Rex *Petr. de Gregor. in tract. concess. feud. par. 1. quæst. 2. circa fin.* vbi subdit, quod omnia feuda in illo Regno concessa à Rege possunt dici nobilia, &
19 ligia, & in eis possunt habere locum omnes illi effectus, qui resultat ex feudo nobili, & ex feudo ligio, & *par. 3. quæst. 2.*
20 vbi subdit, quod solus Rex potest ab initio nouam formam ponere feudo quaternato, quod
21 intellige in feudo nouiter cōcesso à Rege, nō autem in feudo deuoluto ad Regem, & indè per eum alteri cōcesso *Capyc. in inuest. feud. rubric. feud. gen. col. 46. vers. quaternatum fol. 230.* vbi subdit quod feuda quaternata sunt ad instar stipendiariorum prædiorum, quæ militibus dantur, vt ea stipendiariorum vice percipiant, & proindè seruiant *Menoc. cons. 226. num. 169 & 270. vol. 3.*
22 vbi quoque ait, quod feudum quaternatum est duplex proprium, & impropriū, propriū est, quod vasallus immediatè recognoscit à Rege, & alium dominium non recognoscit, quam Regem improprium est quod subuasallus recognoscit, immediatè à primo vasallo Rege consentiente *Lipar. in addit. ad Iser. in cap. Imperialem in princip. nu. 8. in addit. quæ incip. de controuers. Iacobut. de Frāch. in prælud. feud. rub. spec. feud. num. 177. fol. 10. Bero. cons. 76. nu. 41. & 42. vol. 1. Rebuff. in declarat. feud. nu. 44. Hieron. de Ros. in resp. impresso in lib. 2. dec. Franc. Viu. nu. 14. fol. 298. Marant. cons. 79 num. 1. & seq.* hoc tamen feudum quaternatum non processit Iuris censura, sed ex vsu Regni, ac vtentium more *Frecc. de subfeud. lib. 2. fol. 238. sub num. 80.*

QVAESTIO XXIV.

SVMMARIVM.

1 *In causa reconuentionis cessat electio fori.*
2 *Declinatoria fori non potest opponi in causa reconuentionis.*
3 *Clericus habet beneficium fori.*
4 *Clericus potest reconueniri coram Iudice seculari, quod amplia vt nu. 5.*

ARGVMENTVM.

An Beneficium electionis fori habeat locum in causa reconuentionis.

1 Regula

1 Regula sit negatiua, & sic quod beneficium electionis fori cesset in casu recõuentionis, enim in talibus causis nulla possit opponi declinato-
2 ria fori iuxta dispositionem tex. in l. cum Papinianus C. de sentent. & interlocut. diuers. iudic. & l. qui non cogitur ff de iudic. & vigore Ritus Mag. Cur. Vic. 47. qui loquitur per hæc verba.

Item quod si Clericus in maioribus, vel minoribus ordinibus constitutus, vel alius priuilegiatus, vt pupillus, vel vidua eligat forum ipsius Curię agendo cõtra aliquem in ipsa Curia compellatur per modũ reconuentionis in eadem Curia aduersario respondere.

Et hanc conclusionem sequuntur Bald. in auth. Clericus C. de Episc. & Cleric. glos. in cap. at si Clerici in verbo non tenet de iudic. Soccin. in regul. 45 fallent. 4. Calà de modo artícul. in princip. num. 44. vbi expresse loquitur etiam in viduis, & pupillis, qui si reconueniantur, minimè causæ reconuentionalis remissionem ad Iudicem domicilij petere possunt, sed coguntur causã ipsam reconuentionalẽ corã Iudice rei conuenti agere, vt probatur in d. ritu 65 vbi Carau. latè pertractat materiam reconuentionis colligendo quatuor ampliationes, & octo limitationes ad regulam supra factam quare causæ reconuentionali cogitur aduersarius in eadem Curia respondere.

3 Vndè meritò hinc videmus, quod licet Clericus habeat priuilegium fori cap. denique 96. distinct. c. si quis 23. quæst. 8 cap. si Iudex laicus de senten. excommunic. cap. statuimus de Consti cap. si diligenti, & cap. significasti de foro compet. auth. statuimus C. de Episc. & Cler. authent. vt Cler. apud proprias Episcop. collat. 6. Sacr. Consil. Trident sessio. 25. cap. 20. de reformat.

4 Tamen quando Clericus ageret contra laicum coram Iudice seculari, tunc enim ille Clericus posset procul dubio reconueniri coram eodemmet Iudice seculari per laicum ipsum reconuentum, vt vltra dictũ Ritum 67. est opinio glos. in cap. 1. in vers. superfluis quæstionibus extra de Mut. petit. cuius glos. opinio communiter est approbata, vt firmat Marant. in suo specul. aur. part. 4. distinct. 16 nu 63 vers. veritas est, & magis communis opinio vbi latissimè tractat materiã reconuentionis, latè Lanfrancus in decis. 64. Afflict. in decis. 163. vbi ita extitisse iudicatũ
5 in Sacr. Consf. refert Franc. in decis 193. vbi cõmunem hanc amplificat ex decisione Sacri Consilij obtinere locum etiam

vbi-

vbicunq; Clericus ageret inter dicto retinendæ, & laicus ipse proponeret iudicium proprietatis, & Clericus tunc similiter aduersus interdictū ipsū retinendæ reconueniri queat, abunde *Viuius* alios referens in *decis.* 49. vbi dicit, quod in Regno, est *Ritus Magn. Cur. Vic.* 67. & sic obseruatur hodie in omnibus Tribunalibus Regni tam maioribus, quam inferioribus *Surd.* alios cumulans *in consil.* 222. *lib.* 2. affluenter vidēdus *Graff. de effect. Cler. effectu* 1. *n.* 748. vbi infinitos suo more pro hac opinione cangerit, vide nouissimè *Carocc.* post hæc scripta habit. *in suo tractatu de except quæst.* 5. *except.* 22.

QVAESTIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio quinquennalis conceditur ad instantiam creditorum.*

2 *Imò etiam ad instantiam debitorum.*

3 *Vbi agitur de causa concurrentiæ in quinquennali dilatione si agentes sint priuilegiati cessat electio fori.*

ARGVMENTVM.

An vbi agitur de causa concurrentiæ in quinquennali dilatione, si agentes sint priuilegiatis fori electionem habeant.

1 PRò infradicendorum notitia est sciendum, quod dilatio quinquennalis debitori conceditur ad instantiam creditorum concurrentium pro maiori quantitate cumuloque crediti; in tantum quod ea ipsa dilatio tunc elargitur, etiā reluctantibus, seu inuitis alijs creditoribus, non concurrentibus pro eorumdem minori summa crediti, qui itidem eo casu condēnantur meritò quidem ad concurrendum, vt habetur per *Franc. in decis.* 82. qui sic dicit quotidie in Sacro Consilio seruari, & quod quotidie in ipso Sacro Consilio cō ceditur talis dilatio, etiam quod debitor non afferat velle cedere bonis sequitur *Viuius in decis.* 38. vbi quod licet in eodemmet Sacr. Cons. consueuerit cōcedi dilatio ipsa quinquennalis ad instantiam creditorum pro maiori concurrentia quantitate, tamen in Regia Audiētia Capitanatæ, Apu
2 lex, & Comitatus Molisij, & in Sacra Regia Audientia Terræ Bari, pluries dilatio ista quinquennalis extitit concessa quoque ad instantiam debitorum, ex *tex. in l. fin. C. qui bonis cedere possint*, vbi conuenienter fauorabiliterque disponitur, quod si debitor velit, atque de-

ter-

terminet bonis cedere, nisi sibi dilatio præmemorata quinquennalis ad soluendum concedatur, tunc nempè extat in electione creditorum dare dilationem istam taliter, quod debitor in hoc iudicio discernitur actor non autem creditor, & sic interrogatus à quodam familiari respondi dũ hoc eueniret in facto.

1 His suppositis firmo regulam negatiuam in casu proposito, vt scilicet, quod vbi agitur de causa cõcurrentię in quinquennali dilatione, si agentes sint priuilegiati nõ habent fori electionem, vt in proprijs terminis tradit *Viuius in d.decis.* 38. *nu.* 8. vbi causa concurrentiæ in quinquennali dilatione, vbi cępta est terminanda, etiam quod creditores remissionem petentes priuilegiati sint forique electionem habeant, allegat *Vrsill.in addit. ad Afflict. in decis.* 380. *nu.*1. *& sequ.* vbi planè demonstrat, ita alias obtinuisse in Sacr.Cons.& ita iudicauit Sacra Regia Audientia Terræ Bari in anno 1598. in causa aliquorum de Ciuitate Ruborum dum petita remissione per magnificam Iuliam Gentilem de Terra Baroli ad suum Iudicem prouisum ipso Viuio existente causæ Cõmissario causam piam remanendam in eadem Sacra Audientia, & in ea procedendum non obstante petita remissione.

QVAESTIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad recognoscendam apocam non potest vti beneficio electionis fori.*

2 *Ante apochæ recognitionem remissio causa non datur.*

3 *Citatus ad recognoscendum apocam non potest forum declinare.*

ARGVMENTVM.

An electio fori competat personis priuilegiatis, vbicunque fuerint citati ad recognoscendum apocam.

1 Regula sit negatiua, & sic quod electio fori non cõpetat personis priuilegiatis, vbicunque fuerint citati ad recognoscendum apocam, nam citatus ad recognoscendam apocam non potest forum declinare, sed respectu recognitionis causa sit in foro actoris, vt tradunt *Carauit.in Ritu* 54. *num.* 2. *Calà de modo articul. & proban glos.*1. *num.* 85. vbi dicit non esse locum remissioni causæ ad Iudicem domicilij quando Mag. Cur.Vic. citaret aliquem ad recognoscendam

2 apocam, nam in huiusmodi casu

casu ante apochę recognitionem causa remitti non solet, & sic post *Carauitam* seruari inquit, sequitur etiam *Muscatell. in praxi Sacr. Consil. in glos. competentes nu.* 99. per hęc verba. Item citatus ad reco-
3 gnoscendum apocam non potest forum declinare, sed respectu causæ, scilicet recognitionis faciendæ forus ipsius citati declinatur ad forum actoris, nam citatus tenetur recognoscere in foro actoris, imò aliquando etiam apoca recognita non remittitur, quando recognoscens aliquid friuolè aduersus apocã opposuerit, nam tunc dabitur terminus ad probandum, vel ad soluendum in eodem foro, ita dicit *Frecc. de subfeud. in tit. de offic. magistr. instit. in fine*.

QVAESTIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Citatus super tenore instrumenti non potest eligere forum.*

2 *Magna Curia cognoscit de liquidatione instrumentorum.*

3 *Vasalli Baronis non petunt remissionem causæ, si fuerint citati super tenore Instrumenti, quod limita vt numer. 4.*

ARGVMENTVM.

An citatus super tenore instrumenti possit eligere forum.

1 Regula sic negatiua, & sic quod citatus super tenore instrumenti non valeat eligere forum, enim citatus super tenore instrumenti non potest forum declinare, vt habetur per *Muscatell. in praxi Sacr. Cons. in glos. competentes num.* 100. *per Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ* 54. ex eo quod secundum ipsum nullus alius
2 Iudex, nisi Magna Curia cognoscere potest de liquidationibus instrumentorum, & licet multi Doctores practici dixerint illum Ritum recessisse ab aula, ex quo omnes Barones habent in ipsorũ priuilegijs, quod possint de presentationibus instrumẽtorum cognoscere, sicque possent petere remissionẽ causarũ, vt etiam dicit *Frecc. de subfeud. in tit. de offic. magistr. instit. in fine*, tamen veritas est, quod vasalli cuiusq; Baronis citati super tenore instrumenti in Magna Curia,
3 siuè in Regijs Audientijs non possunt petere remissionem causæ, neque ex persona ipsorum stante renunciatione fori, quæ communiter in instrumentis apponitur, neque ex persona Baronum ratione suorum priuilegiorum cum *Regia prag-*

pragmatica sub tit. de instrumentorum liquidatione, non remittenda prohibeat in specie tales causas remitti ad Barones, & ita videmus seruari de generali consuetudine in hoc Regno, vt ait *Carauit. in Ritu 166.nu.73.& 75.*

4 Notandū tamen, quod si Barones haberent in priuilegio facultatē cognoscendi etiam de huiusmodi causis in specie tunc non posset eis denegari remissio non obstante supradicta pragmatica, vt obtinuisse in Sacro Consilio ed relationē Magnæ Curiæ pro Marchione Burgentiæ vtilis Domini status Diani super remissione causæ liquidationis instrumenti ad instantiam Fabritij Salui contra Laurentium Sabinum de Diano, refert *Rouitus in comment. ad eand. pragmat. 1. sub tit. de instrumentorum liquidatione*, & sic quandoque ipse interrogatus respondi in facti contingentia nonnullis quippe vicibus.

QVAESTIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus ratione cōtractus non potest eligere forum.*

2 *Conuentus in loco contractus non potest forum declinare, intellige dummodo agat ad exequutionem cōtractus, secus autem si ad distractum vt num. 3.*

ARGVMENTVM.

An habens fori electionem illa gaudeat, vbi est conuentus in loco contractus.

1 Regula sit negatiua, & sic quod habens fori electionem illam non habeat, vbi esset conuentus in loco contractus, enim quando reus conue-

2 nitur in loco contractus, in quo domicilium habebat remissioni locus non est, etiam si interim alibi se cōtulisset ad habitandum *l. 2. C. de iurisdict. omn. iudic. cap. Romana § contrahentes de foro compet.* latè hoc examinant *Couarr. pract. quaest. cap. 10. Diaz regul. 642. Guttierez de iurament. confirmat. par. 3. cap. 16. Bellug. in Specul. princip. rubr. 11. §. visum est*, & ibi latè *Borrell. in addit. in litera A. Auendan. respons. 40. Auiles. in cap. 7. praetor. in glos. entreguen per totū*, habetur etiam licet succinctè per *Calam. de modo articulandi glos. 1. nu. 67. vbi nu. 68.* dicit supradictam non habere locum si non agatur ad obseruantiam contractus, sed ad distractum allegat *Bald. in l. 2. num 1. C. vbi, & apud quem cognit. restit. in integr.* vbi *Castrens.* ita dicit se respondisse de-

de facto, cum esset interrogatus à quodam Doctore primo anno, quo venerat ad legendum Paduæ, subdens quod tunc nō erat memor dicti *Bal.* pro quibus facit, quod reassumit *Bart. in l qui certo loco ff. de condit. indebit.* refert, & sequitur *Soccin. in regul.* 160.

QVAESTIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles personæ non possunt in eo foro in quo eorum nomine exercetur iurisd.ctio litigare.*

2 *Periculosum est coram Iudice suspecto litigare.*

3 *Durum est per suspectos negotia geri.*

4 *Pactum de non recusando Iudicem suspectum non valet.*

5 *Papa non committit causas ex certa scientia suspecto.*

6 *Superiorem non recognoscentes non possunt recusari.*

7 *Princeps committens causam alicui etiam notoriè suspecto cum clausula appellatione remota, intelligitur de causa friuola, & non graui.*

8 *Princeps potest committere causam recusatione remota.*

ARGVMENTVM.

An priuilegium electionis fori habeat locum, si miserabiles personæ litigare vellent in eo foro, cuius iurisdictio eorum nomine exercetur.

1 Regula sit negatiua, nam hoc priuilegium electionis fori non competit miserabilibus personis, quando tales litigare vellent in eo foro, cuius iurisdictio eorum nomine exercetur, vt habetur per *Conarruu. in libro practicarum quæst. cap. 7. col. penult. vers.* 8. quem refert, & sequitur *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu 66. num.* 48. vbi assignat rationem, quia tunc tanquā suspecti nō debent gaudere hoc pri- 2 uilegio, periculosissimum est enim coram suspecto Iudice litigare *ad tex. in cap. cum inter de except. l. apertissimi*, & ibi *glos. in verbo libello C. de iud. glos. in l. Prætor verbo cum iustam in fin. ff. de iurisd. omn. iud. Tusc. lit. S. conclus.* 910. *Aldouin. cons.* 20. *num.* 45. *Caual. de Bracch. reg. par.* 3. *num.* 311. *Amat. decis.* 14. *nu.* 15. *Couarr. pract. quæst. cap.* 26. *Tiraquell. de pœn temp. caus.* 51. *nu.* 88. *Ambros. decis.* 50. *num.* 54. dictat namque æquitatis ratio, vt nemo cogatur ferre Iudicem, qui sibi aduersus suspectus, & inimicus est *cap. requiris de appell. cap. quod suspecti* 3. *quæst.* 5. cum durum sanè sit per su- 3 spectos negotia geri, ex *Crauett. cons.* 132. *num.* 25. *in fin.*

Amat.

Amat. d. decis. 14. *nu.* 15. *Ambros. d. num.* 54. 55. *Vant. de nullit. tit. coram quo nullit. nu.* 6. *Magon. decis. Florent.* 63. *num.* 8. quia tristissimi euentus inde sequi solent, vt adnotarunt *Crauet. & Amat. loc. nuper cit. Anton. Sol. ad Decret. Sabaud. tit.* 10. *de recusat glos.* 1. *nu.* 2. ideoque consulit *Rebuff. ad Reg. Constit. tit. de recusat. in praefat.* vt causam suspectionis perpendat eamque excogitatam si probare potuerit absq; mora proponat *Petr. Greg. Tholos. Sintagm. iur. par.* 3. *lib.* 49. *cap.* 3. *in princ.*

4 Hinc pactum non valet inter partes, vt Iudex non possit iusta causa dari suspectus *l. stipulatio hoc modo concepta*, vbi *ar. ff. de verb. obligat.* vnde Princeps ex certa scientia causam notoriè suspecto committere non valet, sed intelligitur esse saluum, & reseruatũ parti ius recusãdi, vt post alios firmat *Marf. singul.* 291. *vers. Iudices*, nec Sedes Apostolica

5 vnquam ex certa scientia causas. suspectas Iudicibus committit *cap. si inter de except. Rom. d. cons.* 521. *num.* 6. *Card. Tusc. d. conclus.* 910. *nu.* 3. imò Papa alijs cõmisit causas suorum familiarium ne suspicionis scrupulus in eo notari possit *Roman d. cons.* 521. *num.* 7. idemque obseruat in causis facti proprij *glos. in cap. cum delicta de confirm. vtil. vel inutil. Roman. d. cons.* 521. *num.* 7. *Card. Tusc. d. concl.* 910. *num.* 4. & 5. licet Papa, Imperator, &

6 & alij non recognoscentes superiores non possunt recusari, *Aufrer. in tit. de recusat. nu.* 6. *cart.* 66. *Cauale. de Brach. reg. par.* 3. *nu.* 314. ibi redit rationes tamen quando agitur de aliquo vero praeiudicio ex honestate solent dare Iudices nõ suspectos, & alteri causam delegare *Caual. d par.* 3. *nu.* 714. qui etiam loquitur in Senatoribus, & Duce Ianuae, qui solent recedere à Senatu quando referuntur vota licet ipsi in dicta causa suspecta non votent, si vero Princeps commiserant causas cum clausula nõ obstante exceptione recusationis dubitant si talis cõmissio teneat, quia ita committendo videtur tollere defensionem, quae cum sit de Iure naturali sine causa tolli non potest per Principem *Clem. pastoralis de re iud. §. sed & naturalia instit. de Iure naturali Abb. in cap. ad hac extra de rescript. & in cap. cum inter de except. Roman. consil.* 521. *nu.* 6. latè *Iason. in l. apertissimi num.* 17. *C. de iudic. Card. Tusc. d. cons.* 910. *num.* 2. licet nonnulli alij contrarium tenuerint, vt *Bald. in l. fin. C. de sentent. & interlocut. Angel. Imol & alij in l.* 1. *§. interdum ff. à quibus appell. non liceat*, quic-

quicquid tamen super hoc dubitetur, certum est quod quan
7 do Princeps committit cum dicta clausula appellatione remota alicui etiam notoriè suspecto intelligitur de causa friuola, & non graui, & iusta suspitionis, vt post alios, quos allegat, declarat *Marsil. in d. singul.* 292. *per totum, & in fin.* vbi dicit prædicta esse menti tenenda, quia sunt multum quotidiana, sed *Franc. in cap. postremo num* 2. *& sequent. de appellat.* disputat istum articulum, & tandem concludit, quod Princeps possit committere causam recusatione remota.

QVAESTIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Miserabilis persona non potest eligere forum Iudicis incompetentis suo aduersario.*

2 *Regula quod miserabiles personæ gaudeant fori electione, est intelligenda, quatenus forum competens elegerint.*

ARGVMENTVM.

An miserabilis persona possit eligere forum Iudicis incompetentis suo aduersario.

1 Regula sit negatiua, & sic quod miserabilis persona in tali casu scilicet vbi eligit Iudicem incompetentem suo aduersario non valeat vti beneficio electionis fori, vt voluerunt in proprijs terminis *Afflict. in Constitut. Regni statuimus nu.* 13. *& in decis.* 157. *num.* 4. Carauit. *in Ritu* 233. *nu.* 7. *Menoch. de arbitr. Iudic. libr.* 2. *casu* 66. *num.* 50. *Marchesan de commission. in tit. de auocat. causarum part.* 2. *§.* 2.
2 *num.* 153. vbi inquit, quod regula, vt miserabiles personæ forũ sibi eligere possint est intelligenda, quatenus competentem Iudicem eligant, quia si eis incompetens sit cessabit, vtique talis facultas eligendi forum, & sic nonnullis quippe vicibus interrogatus respõdi, quod vidi etiam approbatum à viris eruditissimis meis familiaribus dum hic articulus accideret.

QVAESTIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori spectat ad eum, qui habet priuilegium, vt possit conueniri coram pluribus Iudicibus, & nu.* 2.

3 *In alternatiuis electio est rei conuenti.*

ARGVMENTVM.

Electio fori an spectat ad eum, qui

qui habet priuilegium, vt possit conueniri coram pluribus iudicibus.

1 REgula sit affirmatiua, vt scilicet, quod electio fori spectet ad eum, qui habet priuilegium, vt possit conueniri coram pluribus Iudicibus, vt in proprijs nostris terminis electionis fori determinat *Gratian. in lib. 3. discept. forens. cap. 569. num.* 1. per hæc verba sequentia videlicet.

Remittendam esse dicebam causam in partibus cum rei conuenti non potuerint coueniri in Vrbe, agitur enim de negotio principaliter spectante ad rationem bācariam existentem in Ciuitate Anconæ, adeò vt non sit euitandum iudicium Mercatorum eiusdem Ciuitatis, cui specialiter per Sūmos Pontifices fuerunt concessa priuilegia, vt huiusmodi causæ corā Mercatoribus Anconæ cognoscantur etiam priuatiuè, quo ad omnes alios pro ut etiam modo fuerint illa cōfirmata per Sanctissimum D. N. Paulum V. ita vt stante dicto casu priuilegiato ob fauorem Mercatorum, vel similiū, quamuis aliquis posset conueniri coram pluribus Iudicibus. Tamen electio debet competere reo conuento, qui semper poterit declinare forum corā
2 quo ipse voluerit, & in alterna tiuis ipse eligit, quicquid alias
3 cessante huiusmodi priuilegio actor eligat *l. plerumq;* 10. *in fin. de iur. dot. l. illud* 25 *de cōstit. pecun.* & est *tex.* in terminis *in auth. habita* vbi *Salyc. num.* 211. *C. ne fil. pro patr Bal. in l. cum Clericus* 25. *C. de Episc. & Cler. Franc. in cap. Romana §. contrahentes nu.* 2. *de for. competenti.*

QVAESTIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori nō cōpetit vbicunque quis est obligatus, vt possit conueniri vbique.*
2 *Clausula vbique locorū facit, vt quis se submictat omni foro, intellige vt num. 6. & vide nu.* 8.
3 *Ex submissione defuncti ad omnes Curias potest hares conueniri ibi.*
4 *Pactum de conueuiendo debitorē vbilibet intelligitur de loco idoneo.*
5 *Locus idoneus conueniendi debitorem quis intelligatur.*
7 *Clausula vbique locorum non operatur, vt quis conueniri possit in loco non tuto.*

ARGVMENTVM.

Vtrum beneficium electionis fori competat personis priuilegiatis obligatis cum clausula, quod possint vbique conueniri.

1 REgula sit negatiua, vt in tali casu electio fori minimè

O

2 nimè competat, nam ista clausula vbique locorũ submittit cõtrahentes omni foro, & loco ita vt possunt vbicunq; conueniri *Bar. in l. 3. §. si quis ita ff. de eo quod certo loco Fely. in c. fin. nu. 19. de foro compet. & in cap. 1. nu 7. de iudic. Bal. in l. 3. § sed, & si quis nu. 22. C. comm. deleg.* vbi multa de virtute huiusmodi clausulæ *Cepol. cautel. 70. Gallesi de oblig. ad form. Camer. par. 2. q. 3 Gratian. in dec. Rot March. 180. nu. 12.*

3 Vndè iuxta sententiam *Balb. in dec. 69.* ex submissione defuncti ad omnes Curias cũ renunciatione fori potest hæres illi conueniri *c. dilecti*, & ibi *Butr. & Panor. extra de foro cõpet. Bart. in l. postulante per illum tex. ff. ad Trebell. facit l. si is qui Roma ff. de iudic.*

4 Animaduertendum tamen, quod licet clausula vbiq; locorũ faciat, & operetur, vt obligatus possit vbicunq; conueniri, hoc intelligitur de loco idoneo, *glos in l. eum qui in verbo quocunq; loco ff. de iudic. glos. in l. si duo §. 1. vers. sed, & certo ff. de constit. pecun. glos. in l. qui certo vers. quolibet ff. de condit. indeb.* quos allegat, & sequitur *Marta de clausul. p. 1. clausul. 343. pag. mihi 336. & in dec. Pisan. 96.* vbi inquit dici locum idoneum, vel ratione domicilij, vt

5 dicunt præfatæ *glos.* vel quia in aliquo repertus fuerit debitor *glos. in l. vnic. vers. & alio loco C. vbi conuen. qui cert loc. dar. promis. Bal. in rubr. nu. 6. C. de constit. pecun.* cum alijs per *Ias. in §. plus autem nu. 25. instit. de action.* habetur etiam per *Gratian. in d decis. 180. nu. 13.* vbi quod alias sequeretur absurdum, quod creditor posset trahere debitorẽ ad quecunq; remotissima loca, ita vt reus sẽper deberet esse cũ sacco paratus ad soluendũ contra *l. actũ, & l. quod dicimus ff. de solut.*

6 Imò secundum eundem etiã quod quis promisisset soluere vbicunq; placuerit creditori, & per verba sonantia liberam voluntatẽ, tamen intelligeretur de loco discreto, & ad arbitrium boni viri *Socc. in cap. dilecti filij nu. 31. col. 26. de foro compet. post Anton. in c. 1. de iudic. col. 17. Ias. in l. si conuenerit col. 6. in fin. nu. 38. vers. contrariũ tenet de iurisd. omn. iudic.*

7 Vndè neque per dictam clausulam poterit quis conueniri in loco non tuto *Alex. in l. cum res col. 1. ff. de legat. 1. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 13. n. 25.*

8 Et quod electio fori competat personis priuilegiatis, vbi sunt obligati cum clausula, vt possint vbiq; conueniri faciunt verba *Costa in clausul. 177. in tract. de clausul.* apud *Marthã* vbi quod submittens se iurisdictioni, & foro cuiuscunq; Iudicis in personis, quæ possunt

pro-

prorogare iurisdictionem plurimum præstat fori huiusmodi submissio, & vbi est generalis, operatur, quo ad omnes casus etiam sine cōsensu Iudicis, cui subest submittens, idemq; Iudex alioquin incōpetens, pōst supra iurisdictionē suam iudicare, si prima facile causa videtur infra suam iurisdictionē, *Bar. in l. fin. §. vlt. C. de appell. Guid. Pap. q. 7. Rot. Gen. dec. 23. nu. 3. & 5.* quasi hoc modo sit approbatus Iudex nō suus, & nilil interest inter permissionem de non declinando forum inter submissionē, & inter prorogationē iurisdictionis *Guid. Pap. q. 370.* nec licita est pęnitentia etiā ante litem contestatam, si talis submissio sit munita iuramento *Rip. in c. 1. nu. 49. cum seq. de iudic.* quicquid sic oppositū cēsuerit *glos. in l. si conuenerit ff. de iurisd. omn. iudic. sic Guid. Pap. q. 77. Ias. in d. l. si conuenerit, & Franc. Marc. dec. 276. p. 1.* quoquo igitur modo, quem sortiri forum cōtingat, sic se submittens frustra contendit remitti ad Iudicem suum, ob renunciationem fori inde scatentem *Reusner. cons. 6. nu. 10. cum seq. lib. 2.* cū de priuatione ad habitum non detur regressus, siue forū quis sortiatur verè dicit fictè, vt per adoptionē, vel per baptismum, per quē dicitur renasci, qui lauatur *Marian. Socc. ad rubr. de foro compet.* cum adductis per *Ant. Matth. tract. de prorogat. fori nu. 27. vers.* & ꝙ dictū est supra in origine, nisi raro perempta esset instantia iudicij cępti in laicos, mox viuificata per insufflationē, quo tempore Reus ad Clericatum promotus est; nam cessat effectus submissionis, militat declinatoria *Vinc. Anna sing. 129.* quem refert *Martha tract. de iurisd. p. 1. cent. 1. casu 32. nu. 6.*

QVAESTIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Electio fori non competit personis priuilegiatis qui sunt excommunicati.*

2 *Excōmunicatus participat cū diabolo in incendio ignis eterni, & dicitur membrum diaboli, ab Ecclesia eiectum.*

3 *Excōmunicatus priuatur participatione Sacramentorum.*

4 *Excōmunicatus denunciatus ex officio, vt Minister Ecclesię officia diuina recitare Missā celebrare, aut aliquid alicuius ordinis facere nequit.*

5 *Excōmunicatus nō pōt testari.*

6 *Excommunicatus tutor esse nequit, neque curator, neque hospitalarius nu. 9.*

7 *Acta ab excommunicato non valent.*

8 *Alienatio facta à prælato excommunicato non valent.*

10 *Excommunicatus non potest esse testis.*

11 *Insordescens per annum in excommunicatione est suspectus de hæresi.*
12 *Legis auxiliũ frustra implorat qui in legem committit.*
13 *Qui contemnit claues Ecclesiæ dicitur in legem committere.*
14 *Excommunicatus non potest agere in iudicio, quod amplia tam in iudicio Ecclesiastico quàm seculari vt nu.* 15. *& neque potest agere per procuratorem nu.* 16.
17 *Excommunicato non tàm modus, quam actus agendi prohibitus est.*

ARGVMENTVM.

Beneficium electionis fori an competat personis priuilegiatis qui sunt excommunicati.

1 Regula sit negatiua, vt personæ priuilegiatæ, & miserabiles ob excommunicationem priuentur beneficio electionis fori, & ratio est quia excõmunicato denegantur omnia Iuris beneficia, & priuile-
2 gia cum participet cum diabolo in incendio ignis eterni, vt per *Decian. in tract. crimin. lib.* 5 *c.* 41. *nu.* 3. *& seq.* de quo meminit *Farin. de hæresi q.* 191 *§.* 2. *nu.* 13. & dicatur membrũ diaboli extra Ecclesiam deiectus, vt per *tex. in c. omnis Christianus* 11. *quæst.* 3. *cap. multi* 2. *q.* 1. firmat *D. Ricc. in praxi resolut.* 150. *vol.* 1. *num.* 1. *in fin.*
3 Vnde videmus, quod excommunicatus actiua, & passiua Sacramentorũ participatione priuatur, ita vt cõtra faciendo mortaliter peccet, vt colligitur *ex c. Apostolica, & c. si celebret de Cler. excomm. ministr.* & ibi *glos. & DD & c. cum illorum, & c. penul. de senten. excomm.* latè *Sayr. in Thesaur. casuum conscient. lib.* 2. *c.* 1. *nu.* 2. *& seq.* vbi quod ita est cõmunis tum Theologorũ, tum Canonistarũ, & Sumistarum sententia allegat *S. Thom. in add.* 3. *par. q.* 21. *art.* 1. *Alexan. de Alex. in* 4. *par. Summ. quæst.* 22. *membr.* 1. *art.* 2. *Bonau.* 4. *dist.* 18. *in vlt. par. distin. q.* 1. *nu.* 53. *&* 54. *Henriquez lib.* 13. *de excomm. c.* 4. *&* 7. *§* 1. *lit. B. Couar. in c. alma mater in* 1. *par. in princ. num.* 3. *& §.* 6. *nu.* 5. *de sent. excomm. Nauar. in Manual. c.* 27. *nu.* 17. *Vgolin. de censur. Eccles. tab.* 2. *cap.* 6. vltra alios, qui consulto omittũtur.
4 Hinc excõmunicatus denunciatus ex officio, vt Minister Ecclesiæ officia diuina recitare Missam celebrare, aut aliquid ordinis alicuius facere, nequit, vt *DD.* cõmunis scola docet, & colligitur *ex c. sicut Apostolicũ,* & ibi *glos.* 11. *quæst.* 3. *& cap. permittimus,* vbi etiam *Panor. de senten. excommun glos. in c. si quis presbyter in verbo præsumpserit,* & ibi

Panor.

*Panorm.nu.*7. *&* 8. *Socc. Sen. num.6.de Cler.excommun. ministr. Summa Angel. in verbo excommunic.vltim num.*4. vbi etiam alij summistæ *Medin. in summa lib.* 1. *capit.*11. 54. abundè alios cumulans *Sayr. in Thesaur. cas.conscient.lib.*2. *cap.*3. *num.* 2. *& seq.* vbi post alios refert excommunicatum denunciatum officia diuina, Missas, & similia publicè, vt Ministrũ Ecclesiæ facere non posse, & faciendo peccare, & officium ordinis exercendo irregularẽ fieri *argum. cap.Clerici cum tribus sequent. & cap. fin. de Cleric.excommunic.ministr.* id quod non solum procedit si publicè cum alijs officium diuinum reciter, sed etiã si tanquam persona priuata easdem præces diuinas cum alijs dicat, sic enim faciendo mortaliter peccat.

5 Et hinc *Hostiens.in cap.pia de except.in* 6. *& Ioan. Monac. in cap. quanquam de vsuris in* 6. quos refert, & ex parte sequitur *glos.fin.in d.cap. quanquam, & in cap.decernimus in verbo testificando de senten. excommunic. in* 6. *& Goffred.* vt refert *Ioan.de Lignan.in dict. cap.quanquam,& Alber.in* 4.*part stat.quast* 13.*col fin.& Gabriel. conclus.* 1. *de testam.* existimant testamentum excommunicati non valere, quia tales non possunt testari, eo quod communione hominum separati sunt *arg.cap.penul. de sentent. excommun & cap Engeltrudam.*3.*quast* 4. sed à cõmunione hominum separato omne beneficiũ ex legibus decẽdens denegatur, *vt in auth. de priuil.dot haret.mulier non prastandi in §. ante penult.* & hanc etiam sententiam sequutus est *Iacob. Bel.* quem refert, & sequi videtur *Specul. in tit. de instrument. edit. §. compendiosè vers. quid. de excomm.* licet sint multi contrarium tenẽtes, quos hic breuitatis causa non refero.

6 Quare *Sayr. in Thesaur. cas. conscient.lib.*2. *cap.*7.*nu.*2. dixit quod excommunicatus tutor esse nequit, & hoc non solum, quia caret hominum cõmunione, quæ necessaria est ad officium tutoris exercendum, sed etiam quia tutela, licet vel litate, quid priuatum sit, est tamen authoritate officium publicum, vt habetur *in instit. in princip. vers. nam, & tutelam de excusat. tutor.* & ibi notat *glos.in verb publicum,* & latius tradunt *Panor.in cap.prudentiam num.*14. *de offic. Iudic.deleg. Angel.cons.*56. *Aretin.cons.* 66.*Soccin in cap sacris nu.*455 *de sentent. excommun. Vgolin. de censur. Ecclesiast. tab.*2.*cap.* 14. acta vero ab excommuni-

7 cato denunciato ratione publici officij non valent, & ita si

quid alienaret nomine tutelæ alienatio nõ valeret, ficut nec
8 alienatio à prælato excõmunicato facta valet, & ita nec
9 poteſt eſſe curator, nec orphanotrophus, nec hoſpitalarius; nec ſimilia officia exercere argumento eorum, quæ notant *DD. in cap. veritatis de dolo, & contumacia, & in cap. fin. de procurator. & in cap. aduerſus de immunit. Eccleſ. Ioann. Andr. in c. pia de except. in 6.*
10 Et ex his etiam apparet Iura denegare fidem excõmunicatis, dum illos repellent à teſtimonio ferendo, niſi prius ad cauthelam abſoluentur, vt habetur in *cap. decernimus*, & ibi *gloſ. in verb. & teſtificando de ſent. excommun. Lanfranc. in cap. quoniam contra falſam in verbo teſtium col. 14. de probat. Henriquez lib. 13. de excomm. cap. 7. §. 5. Vgolin. de cenſur. Eccleſ. tab. 2. cap. 17.* & alij relati per *Sayr. in Theſaur. caſ. conſcient. lib. 2. cap* 8. *num.* 1. vbi benè hoc probat, & declarat.

Quæ omnia eo magis procedere dicas in eo, qui per annũ in excõmunicatione perſiſterit, & perſeuerauerit, nam ta-
11 lis excommunicatus redditur de hæreſis crimine ſuſpectus, vt per *Sacr. Concil. Tridentin. in ſeſſ. 25. de reformat. cap* 3. de quo meminit *Cened. in lib Canonicarum quæſt. cap.* 15. vbi latè hoc examinat, vt etiam facit *Farinac. de hæreſ. quæſt.* 192. *§.* 2. quod etiam affirmãt *Perez lib. 8. tit. 19 l. 9. in gloſ. eſtuuiere de ſcomulgado pag. mihi* 367. *Azeued. lib. 8. tit. 5. l. 1. num.* 213. *Lopez inſtruct. Conſc.* 2. *par. tit. de excommun. cap. 12. pag. mihi* 876. *Maiol. de irregularit. lib. 3. cap. 21. num. 12. Fuſcus de viſitat. libr. 1. cap. 29. num. 2. Sayr. in Theſaur. caſ. conſcient. lib. 2. cap.* 10. vbi ait quacumque de cauſa criminali, vel ciuili quis ſit excommunicatus ſi per annum perſeuerauerit, nec abſolutionem procurauerit eſt ſuſpectus de hæreſi, de quo vide etiam *D. meum Riccium in ſua praxi reſolut. 434. vol. 1. & latiſſimè in praxi inſordeſcentia in excommunicatione per annum*, quam habebis in quarto volumine eius praxis, quod Deo dante citius prælo dabitur, & vide eundem *D. Ricc. in deciſ. 202. p. 1.* vbi quod perſiſtens in excommunicatione per annũ ob contumaciam per binas citationes domi factas poteſt excommunicari, vt ibi latè.

Et quod perſona priuilegiata excommunicata nõ debeat
12 habere fori electionem facit, quia fruſtra legis auxilium implorat, qui in legem committit *l. 1. C. de hæret. & Maniel. cap. quia fruſtra de vſur. l. auxilium ff. de minorib. facit. tex. in cap. fin. de immunit. Eccleſ.* ſed

13 sed persona priuilegiata contenendo claues Ecclesiæ dicitur in legem committere, vt post *Calderin.* quẽ allegat, tradit *D. meus Ricc. in praxi resol.* 250. *nu.* 2. *tom.* 1. igitur frustra legis priuilegio vti valuerit.

Hic articulus beneuole lector tibi euenire potest, vbi persona priuilegiata excommunicata esset rea, non autem actrix, quo casu nõ potest esse in iudicio, enim de iure con-
14 clusio est clara excõmunicatum non posse agere, nec in iudicio aliquo modo cõparere *cap. intelleximus de iudic. cap. post cessionem de probat. cap. decernimus de sentent. excõmun.* colligitur ex *cap. pia de except. in* 6. vbi Innoc. IV. id docet, & rationẽ assignat, (vt ex hoc magis censura Ecclesiastica timeatur, communionis periculum euitetur, contumaciæ vitium reprimatur, & excommunicati dum à communibus actibus excluduntur rubore suffusi ad humilitatis gratiam, & recõciliationis affectum facilius inclineneur,) tradunt *Nauarr. in Manuali cap.* 25. *num.* 24. *Rota in nouis in dec.* 283. *de sentent. excomm. Vgolin. de censur. Eccles. tab.* 2. *cap.* 15. *Henriquez in lib.* 13. *de excommunic. cap.* 7. *§.* 4. quibus addo nouissimè alios referentem eruditissium *D. meum Riccium in praxi resolut.* 250. *vol.* 1. *& Sayr. in Thesaur. cas. conscient. lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 3. vbi
15 ampliat hoc procedere non solum in iudicio Ecclesiastico, sed etiam seculari, *ex glos. in d. cap. pia in verbo Ecclesiasticis, & in verbo apponat de except. in* 6. & subdit quod neque
16 potest agere in iudicio per procuratorem, *ex Soccin. in cap. sacris num.* 327. *de sentent. excommunic.* excommunicato
17 enim non tam modus quam actus agendi prohibitus est, & ideò nec per procuratorem agere potest, vt in quadam facti contingentia interrogatus respondi, ob quod maximum assumpsi honorem, cum nonnulli, qui se Vlpianos faciebãt interrogati nescierunt, quid dicere, & sic latè tradit nouissimè *Carroce. in tract. de except. except.* 86. quem post hæc scripta vidi.

QVAESTIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *In causis Regiorum Officialium cessat beneficium electionis fori, sed vide nu.* 9.

2 *Officialis Regius, tanquam priuilegiatus, & nexibus Curiæ, & Principis ligatus potest eligere eius consistorium, & in eo agere.*

3 *Officialis Regius, quod sit priuilegiatus perspicuè liquet, dum*

dum ipse non potest conueniri durante officio.

4 *Nec potest conueniri, vt saltē procuratorem mittat.*

5 *Priuilegiatus, & etiā curialis trahit ad Curiam ipsam suprem ā alium similiter priuilegiatum.*

6 *Fori priuilegium non solum habent curiales omnes, Aduocati, Procuratores, & Scriptores Curialium, sed omnes quicumq; Curiam sequentes.*

7 *Leges, etsi de Officiali specificè non loquatur ad illum, tamen etiam extenduntur.*

8 *Tex. in l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid. & si disponat in duobus casibus tantum à Senatu tamen Pedamontano amplificatur ad alios infinitos casus, vt fori electionem habeant, prout extenditur etiam ad meretrices.*

10 *Legatum factum Canonicis non debetur Canonicis supernumerarijs.*

11 *Canonicus super numerarius non habet locum in choro, & vocem in capitulo.*

12 *De delictis Officialium sola Magna Curia cognoscit, quod amplia nu. 13.*

14 *Par in parem non habet Imperium.*

ARGVMENTVM.

An Beneficium electionis fori competat in causis Officialium Regiorum.

1 Regula sit negatiua, enim Officiales Regij; vt tradunt *Azeued. in l. 9. num. 11. lib. 4. noue recollect. tit. 3. Rebuff in Constit. Galliæ in tit. de sentent. prouisional. glos. final. vers. 3.* de quibus meminit *Tapia in Constit. Regni statuimus nu. 17.* actu seruientes non extrahuntur extra tribunalia, quibus inseruiunt, ita tamen, quod nec possint ipsi trahere à Iudicibus proprijs, refert de eisum *Pisanell. in addit. ad Afflict. in decis. 56.* de quo meminit *Foller. in pract. crim. in verbo audiantur excusatores num. 38. de Ponte in decis. 36. num. 11.* & habetur nouissimè per *Thorum in Compend. decis. in verbo Officiales,* quibus addo *Viuium in addit. ad eius decisiones in decis. 65. nu. 7.* qui sic consuluit per hæc verba.

Primo nam licet actor teneatur sequi forum rei litigando *cap. experientiæ 11. quæst. 1. cap cum sit generale de foro cōpet. & l. 2. C. de iurisdict. omn. iud. & l. fin. C. vbi in rem actio exerceri debeat, & Soccin. in tract. fallentiarum in reg. 10. Bartholomeus de Capua in glo. super verbo cōstitutionibus capitulis, & pragmaticis Regni in Constit. obscuritatem nu. 3. & 8. fol. par. 137.*

a Ta-

3 Tamen iste Officialis tanquã priuilegiatus,& curialis,& nexibus Curiæ, & Principis ligatus, & obnoxius potest eligere eius consistorium,& in eo agere ratione electionis fori, vt est *text. in cap. Regni incipiens item quod si Clericus in maioribus, vel minoribus ordinibus*.

3 Et quod Officialis priuilegiatus quippe sit perspicuè liquet dum ipse non potest conueniri durante officio *cap. probibentur 2.quæst.1.& l.2. ff.de in ius vocand.& l. pars litterarũ ff de iudic. Bart.in l.1.ff ad leg. Iul.repetund. Felyn in cap. legebatur.nu.3.de maiorit. obed. & Carau.in ritu 2.nu.28.*

4 Quod quidem actenus verũ extat, vt rationabiliter etiam amplificandum veniat locum quoque obtinere, quod minimè possit, tunc Officialis ipse conueniri, vt saltem procuratorem mitteret, vt per *Bart. in l. 2. §. si quis in iudicio ff. si quis caut.*

5 Imo priuilegiatus ipse, & sic curialis tradit ad Curiam ipsam supremum alium similiter priuilegiatum *text. est in cap. Regni incboante, item quod nullus priuilegiatus*.

6 Secundo itidem adducor ad iustificandam præsentem veritatem, *ex text. in cap. Regni incipiente*, item quod omnes curiales disponente, non solũ omnes curiales, Aduocatos, Procuratores, & scriptores curialium : sed etiam omnes, & quoscumque alios Curiam sequentes habere fori electionẽ.

7 Tertio potest similiter comprobari eadẽmet veritas hac palpabili ratione, nam licet leges allegatæ non loquantur, seu disponant specificè de Officiali : tamen ad illum etiam extenduntur, vt firmat in terminis *Quintil. Mandos.in regulis Cancellariæ Apostolicæ in reg. 5. de reseru. num.5.* vbi illam regulam loquentem de curialibus locum habere concedit, atque comprehendere etiam Officiales.

8 Nec mirum est quia *text.in l. vnica C. quando Imper. inter pupill & vid.* dum disponit solummodo in duobus casibus; tamen illum amplificat sacer Senatus Pedemontanus attestante *Thesaur. decis.* 177. in alijs casibus similibus idest procedere etiam in peregrinis ęgęcis, orphanis fugiẽtibus ad Ecclesiam, pauperibus seruientibus Ecclesiæ leprosis, captiuis, mercatoribus, & Ecclesijs tãquam miserabilibus personis, prout extenditur quoq; ad meretrices, vt ille itidem habeãt fori electionem, vt alias decisum extat in Sacr. Cons. Neapolitano attestante *D. de Franchis in decis.*233.

9 Limita prædictam cõclusionem

nem non procedere in Officialibus super numerarijs, nam tales non gaudent, vti ordinarij, quod mihi persuadet, quia Officiales super numerarij nō gaudent priuilegijs ordinariorum, *ad text. in l. Decurionibus C. de silentiar. lib.* 12. ibi enim triginta numero instituuntur Consiliarij, & illi immunes dicuntur, & propterea si alij creentur silentiarij non gaudebunt priuilegio illorum, qui sunt numerarij, *ad tex in l. fin C. de apparit. Magn. Milit.* vbi disponitur, quod illi qui sunt supra numerum non gaudent priuilegio fori, & per hūc *text.* ita dixit in materia immunitatum *Rebuff in l. decurionibus C. de silentiar. libr.* 12.
10 vbi inquit, quod si sit factum legatum Canonicis, & sint aliqui vltra numerum, illi nihil habebunt de legato, sequitur *Andreas de Barulo in l fin. C. de apparit. Alciat in l non plures num.* 5. *C. de sacrosanct. Eccles. Mastrill. in decis* 156. & sic in Doctoribus Collegij refert decisum *Franc. in decis.* 234. de quo meminit admirabilis *D. meus Ricciusin Collect. decis. Collect.* 986.
11 Et facit, quod Canonicus super numerarius authoritate Apostolica creatus non habet locum in choro, & vocem in capitulo, vt post *Franc. Marc. decis.* 473. nouissimè refert doctissimus *D. Riccius in praxi resolut.* 263. *par.* 2.
12 Notandum obiter in materia, quod de delictis Officialium sola Magna Curia cognoscit, vt cauetur per *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* 49. 51. & 61. quod procedit tam actiuè,
13 quam passiuè, & sic quemadmodum de delictis Officialiū sola Magna Curia cognoscit, ita pariter quoties excessus ad uersus eos committuntur, vt iudicatum refert *Franc. in decis.* 274. & ita nostrum Sacrum Consilium Neapolitanum solitum est prouidere, licet in Officialibus non exercentibus, iurisdictionem dispositio dictorum Rituum nō procedat, vnde si fuerit commissum delictum contra Officialem non exercentem iurisdictionem, vtique sola Magna Curia non cognoscet *Franc. in decis.* 407. vbi sic decisum refert, quod pariter fuit declaratum, ex quadam pragmatica Comitis Oliuares olim meritissimi Proregis in hoc nostro Regno.

Et hinc si Capitaneus iurisdictionis Ciuilis delinqueret posset puniri à Capitaneo iurisdictionis criminalis teste *Capyc. in decis.* 27. vbi dicit in hoc non obstare regulam,
14 quod par in parem non habet Imperium, quia non intelligitur, quoties iurisdictiones sūt distinctæ, quæ responsio non

esset

esset necessaria, si vellemus sequi opinionem, *Rota in antiquis in dec.* 246. *& Balb. in decis.* 116. qui decidunt, quod duo Domini, seu Barones, si habẽt iurisdictionem indiuisam in aliquo loco, si vnus ipsorum deliquerit poterit ab altero Condomino, & Combarone puniri.

QVAESTIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Commensales habent priuilegium fori, quod amplia nu.* 7.9.11. *& 12. sed limita nu.* 15. *& 16.*

2 *Priuilegium alicui concessum non extenditur etiam ad eius familiares.*

3 *Priuilegium concessum scolaribus dicitur concessum eorũ familia.*

4 *Exempto Domino dicuntur exempti eius familiares, & num.* 6.

5 *Priuilegium Neapolitanorũ extenditur ad eorum negotiorum gestores.*

8 *Beneficiarius absens à diuinis ob vtilitatem Ecclesiæ habet distributiones quotidianas, & idem procedit in impedito ex morbo nu.* 10. *vbi hoc declaratur.*

13 *Salarium debetur lectoribus absentibus cum licẽtia, quod limita vt nu.* 14.

ARGVMENTVM.

An in commensalium, domesticorum, & familiariũ Regis actu seruientium causis habeat locũ beneficium electionis fori.

1 Regula sit negatiua, cum ipsi habeant in Iudicem particularem magnum Siniscalcum, vt expresè cauetur per *Ritum Magn. Cur. Vic.* 46. *in finalibus verbis*, & sequitur *Muscatell. in praxi Sacri Consilij in glos. competentes in addit. litera* G. & latè tradit *Carauit. in d. ritu* 46. *num.* 17. *& seq.* per hæc verba.

Quinto nota quod familiares Domini Regis, item commẽsales, domestici, & actu seruientes sunt exempti à iurisdictione Magnæ Curiæ, ex quo corrigitur *Constitut. statuimus* per quam Magna Curia statuitur, Iudex ordinarius omnium curialium Domini Regis probatur, quia cum curiales dicantur illi, qui in Curia Regis cõmorantur, & sinè eius speciali mandato recedere nõ possunt, vt ibi expresè dicit constitutio, & *Isern. in princip.* idque procedat, quomodocumque Curiæ sunt obligati, siuè milites, siuè Aduocati, siuè Iudices, siuè officiati, siuè Histriones, vt ibi dicit *Afflict. in* 6. *notab. nu.* 6. *& Lucas de Penna in l. curiales la* 1. C. *de decur. lib* 6.

lib. 6. & negari non possit, quia familiares, domestici, & commensales, & actu seruientes Domino Regi dicantur tales, cum sine licentia recedere nō possint, sequitur absque dubio, quod ex emenda per hunc Ritum istas personas, quæ curiales dicuntur corrigit dictam Constitutionē statuimus, quo ad id tantum, quod de curialibus loquitur, ex quo sequitur, quod *Affl. in eadem Const statuimus in 6. notab.* quē *Niger* refert *in clem de vita, & honestate Clericorum concl. 4. nu. 24. in fin.* malè admiratur, dum inquit, quod licet illa Constitutio præbeat ordinariam Cōstitutionē contra curiales Domini Regis, tamen ipse vidit, quod tēpore Regis Ferdinandi primi, Magnus Siniscalcus significabat Magn. Cur. quod talis carceratus erat curialis D. Regis, & Magna Curia, illum remittebat tam in causa ciuili, quam criminali, quod ipse dicit processisse: quia forte Dominus Rex, ita ordinabat, quod alias illa Constitutio esset seruāda, & credo quod si *Afflictus* aduertisset ad hunc Ritum eximentem istas personas (quæ curiales dicuntur) à iurisdictione Magnæ Curiæ, talia non dixisset, data enim exemptione ipsorum à Magna Curia per hunc Ritnm, sequitur necessariò, quod omnes isti, qui in Ritu enumerantur Magno Siniscalco sunt subiecti ipseque habet eos exercere, & punire eos vti familiares Regios aulicos, & curiales, vt inquit *D. Mar. Frezz. de subfeud lib. 1. de offic. Magni Siniscalchi in princ. & nu. 3.* vbi etiam ipse reprehendit *Afflictum*, de hoc dicto, quam uis ex alio capite, quam ego dixi, & ex consequenti sequitur, quod id, quod tempore *Afflicti* faciebat Magnus Siniscalcus nō erat ex speciali ordinatione Regis, sed ex sua ordinaria iurisdictione, cui non obstat *Constitutio statuimus*, tanquam per hunc Ritum correcta &c. Hæc illæ.

Ratio autem est, quia quemadmodum Rex, non subijcitur Magnæ Curiæ, pari modo, nec eius familia, licet de ordine ipsius Domini Regis subijciatur Siniscalco, cui ipse
2 Rex non est subiectus; priuilegium enim alicui concessum extenditur etiam ad eius familiares, ex latè traditis *Capyc. decis. 12.* & facit *text. in cap. Eccles. seruos 12. quæst. 2.* vbi seruientes Ecclesiæ fruuntur
3 eisdem priuilegijs quibus fruitur Ecclesia: vnde meritò cōsuluit *Caball. cons. 77. vol. 1* priuilegium cōcessum scolaribus extendi etiam ad eorum familiam, voluit etiam *Menoch. de arbitr. Iud. casu 368. nu. 10. & Oldrad.*

*& Oldrad.conf.*293. scripsit familiares comprehendi in priuilegio Dominorum; sequitur
4 *Rota Genua decis.* 130. *Thes. decis.* 113. quod exempto Domino eius quoque familiares exempti dicuntur, & ideò pri-
5 uilegium Neapolitanum concessum, vt trahant, & non trahantur competit etiam negotiorum gestoribus Neapolitanorum, vt habetur per *Ann. singul.*401.*ex tex. in l. hares absens §. apud labeonem ff. de iudic.* vbi si Dominus habet seruum Romæ, qui eius negotia gerit trahitur in iudiciũ Romæ, vbi se defendit, quia ita habetur, ac si coram Domino contraxisset, vt nouissimè etiã habetur per doctissimum Dominum *Riccium in decis.* 69. *par.*1. vbi agit, si Nuncius Apostolicus cognoscat de illicita negotiatione facta per Magistrũ actorũ foraneum ordinarij, de quo articulo vide nouissimè *Thesaur. in quæst forens.* 78. *lib.* 3.

6 Et facit quia exempta persona ab alicuius foro videtur etiam exempta tota domus, & eius familia *l. non aliter ff de iudic.* vnde priuilegium concessum Hospitali trahitur ad eius ministros *Oldrad conf.*11. *Gratian. in d. decis.*233 *nu.*13. ex eo quod tales dicuntur personæ domesticæ, & familiares *l. præsenti §. penult ff. de his qui ad Eccl. confug. Alex conf.* 114. *n.*10. *vol.*4. *Dec. conf.*100. *n.*8. & clarissimi Iuris, est familiares seruientes eisdem priuilegijs frui, quibus eorum Domini *Castrens. in l. nulli C. de Episc. & Cler. Antonin. Macer. lib.*3 *resolut.*77. *Gratian. d. decis.*233.

7 Amplia 1. firmatam conclusionem procedere etiam si istę personę abesset à Curia Domini Regis pro suis seruitijs non autem proprijs, vt dicit *tex. in cap. ex parte de Cleric. non resident glos. & tex in cap. fin. de verb. signific.* quos ad hoc propositum, hãc sectando sententiam citat *Carauit. d. ritu* 46. *num.* 10.

8 Et ratio est secundum me, quia in tali casu abesse non dicuntur propter vtilitatem Regis, vnde beneficiarius absens ab officijs diuinis propter aliquam necessitatem, vel causã euidenter vtilem ipsi Ecclesiæ valet consuetudo, quod percipiat quotidianas distributiones *Couar. lib.* 3. *variarum cap.* 13 *num* 8. *Nauar. conf.*10. *de Cleric. non resident. Guttierez Canonic. quæst lib.*1. *cap.*1. *nu.* 144. *Hoed. de benefic. part.*2. *cap.* 17. *nu.*19. & probatur *in cap. vnico de Cleric. non resident. in* 6. ibi qui verò aliter de distributionibus ipsis, quidquid receperit, exceptis illis, quos infirmitas, seu iuxta, & ratio-

rationabilis corporalis necessitas, aut euidens Ecclesiæ vtilitas excusaret. Idque apertè fuit decisum per Sacram Congregationem Concil. Trident. *in vna Tridentina*, vbi absolutè censuit etiam nulla consuetudinis habita mentione, eos qui absunt propter Ecclesiæ vtilitatem distributiones quotidianas non amittere.

9 Amplia 2. hanc conclusionẽ procedere etiam si egrotarẽt, quia, etiã tũc seruire intelligũtur *l. cum hæres §. siccus ff. de stat. liber.* & notat *glos. in d. c. fin. de verb. signif.* in terminis nostris videndus *Carau. d. ritu 46. num. 21.*

10 Dicimus hoc ad instar beneficiati, qui ex morbi impedimento, nequit adesse personaliter in diuinis, qui etiam gaudet distributionibus quotidianis in *d. cap. vni. §. qui verò*, & optimus *tex. in cap. 1. de Cler. egrotant.* vbi *glo. fin. dicit*, quod Clerici in egritudine stipendijs suis priuari non debent, vt tradit latè *Monet. de distribut. quæst 6. Gomes. in regul. de infirm. resignant. quæst 9. ver. 47. fol. 89. Duen. in regul 206. limit. 7. Siluestr. in Summa in verbo beneficium num. 3. Guttierez canon. quæst. lib. 1. cap. 1. num. 140. Selua de benefic par. 4. quæst. 6. nu. 9. Spin. in Specul. testam. in glos. 9. princ. nu. 30.* latè post alios quos allegat *Cened. in quæst. canon. 1. n. 7. subdens num. 9.* tunc infirmum lucrari distributiones quotidianas quando cum erat sanus interesse solebat horis canonicis, tunc si quidem infirmus ex iuris artificio reputatur præsens *argum. tex. in l. non hæres vers. sed si quibusdam* vbi *glos. in verb. imputantur ff. de stat. liber.*

11 Amplia 3. procedere firmatam cõclusionem si absint pro negotijs proprijs de licentia Domini, & hoc solum, dum sunt in eundo, & redeundo, vt dicit *Isern. in Constitut. statuimus in princip. argum. tex. in l. 1. C. de re milit. & l. qui mittuntur, & l. si cui §. 1. ff. ex quib. caus. maior.* & idem firmat *Afflict. ibi in 6. notab. nu 8. vers. quid si curialis*, quos allegat *Carau. in d. ritu 46. nu. 21.*

12 Limita 1. non procedere quando supradictæ personæ abessẽt à Curia Domini Regis pro negotijs proprijs, etiam si cum licentia, tunc enim dum sunt in loco in contractibus, & delictis priuilegio exemptionis non gaudent, vt dicunt *Isern. & Afflict. in d. Constit. statuimus argum. l. fin in fin. C. de priuileg. scolar. lib. 12.* idem *Afflict. in Constitut. Regni intentionis nostræ notab. 4. vers. sed quæro Niger de vita, & honestate Clericorum concl. 4. num. 24.* quos refert, & sequitur

Carau.

Carau. in d. ritu 46. num. 22. vbi subdit, quod propterea nõ Magnus Siniscalcus, sed ipsa Magna Curia cognosceret, & ideò secundum eum videmus, quod Dominus Rex quando concedit literas familiaritatis aliquibus, quos ipse scit non esse actu exercitaturos eximit ipsos familiares à Curijs in inferioribus tantum, eum in eisdem mandet, non posset cognosci, nisi à Magna Curia, vel Audiẽtijs Regijs, prout se vidisse ipsum *Carauitam*, ibi testatur in multis literis, seu priuilegijs familiaritatis, pro quo est *extrauagans Innocentij V.* ad futuram rei memoriam, vbi quod habentes literas familiaritatis, priuilegio non gaudeant, nisi actu exerceant officium, pro quo literę datæ fuerunt, tradunt etiam *Cardin. cons. 125. & Felyn. in cap. insinuanter vers. & nota nu. 5. de offic. delegat.* vbi etiam ponit quod adhoc, vt literæ familiaritatis præbeant priuilegium est necessè, vt perueniãt ad notitiam illius cui conceduntur, pro quo etiam consuluit *Anchar. cons. 398.*

13 Licet de salario loquendo teneat contrarium *Amat. in decis. Rota Marchia 52.* vbi dicit decisum salarium deberi Auditoribus Rotæ, pro tempore, quo fuerunt absentes cũ licentia per ea quæ in terminis tradit *gloss. in l. d. sertorem ff. de re milit. § si ad diem commeatus in litera K. in verbo si ad diem*, quę ad litteram dicit, ꝙ rediens infra tẽpus statutũ à licentiante, vel à lege percipit interim salarium, quod perdit, si negligit redire *Bald. in l. si ea cõditione C. de condit. insert. in fin. Bart. in l hac lege C. de proxim. sacr scrin. lib. 12. in princip.* & ibi *text. in vers. vt qui liberam Roman. singul. 453.* qui miratur de *Baldo* non allegante *text. in d. l. hac lege C. de proxim. sacr scrin. lib. 12.* sed tantum dictam *glos. Dec. consil. 70. nu. 2. in vers. nam certum est Bologn. consil. 71. visa, & num. 5. Cataldin. de Boncomp. in suo tract. de sindic. nu. 71. tom. 7. fol. 354. Paris de Put. in suo tract. sindic. in verbo licentia nu. 3. tom. 7. fol. 283. Cephal. cons. 71. num. 12. & cons. 70. num. 4. lib. 1. Roncagal. in in l. nemo est num. 30. de duob. reis fol. 386. Surd. consil. 42. num. 1. lib. 1.*

Et quod absens cũ licentia pro tempore absentiæ debeat habere salarium dicunt *Ann. cons. 42. num. 25. Ripa in suo tractatu de pest. in tit. de priuileg. contract. caus. pest. nu. 121. fol. 50.* scribens, quod *DD.* dicuntur legere eo tẽpore, quo vacant de licentia superiorũ, & *Ioan. de Sancto Seuerin. in l. diē functo nu. 45. ff. de offic. assessor.*

ſeſſor. libr. 1. fol. 251. ſubdens
14 aliud eſſe in famulo ſolum cõducto pro reſpectu laboris, & operarum, nam huic datur licentia pro aliquo tempore fit defalcatio ſalarij, vel dictum tempus repletur per tantundẽ temporis quod abſuit, pro vt in ſimili dicit *Bart. in l. ſi vno §. item cum quidem circa fin. ff. locat.* immo ſecundum *Ioan. Bapt. vbi ſupra*, ita debet cenſeri tacitè actum tempore petitæ licentiæ, idem quod ſupra citati *DD.* cenſuit *Gagnol. in diem functo ff. de offic. aſſeſſor. num.* 189. *fol.* 106. *lib.* 1. dicens vlterius, quod quando non impeditur per abſẽtiam ſeruitiũ, vt accidit tempore vacationum, quod debet habere ſalarium etiã ſi fuerit abſens ſine licentia, vt ſeruatur Paduæ, vbi *DD.* tempore vacationum pro libito diſcedunt, & habent ſalarium. Immo ſecundum *Bart. in l. ea conditione num.* 1. *C. de condit. inſert. & in l. liberti libertiq; nu.* 15. *C. de oper libert.* illud habere debet etiam pro tempore ineundo, & redeundo etiam ſi recederet hora tarda, quia tota dies ſibi cedit, vt videtur de ment. *Bart. in l. diuiſione in fin. ff ſolut. matrim. & Bald. in d. l liberti libertiq; d. num.* 15. *in verſ. non tamen ſi.*

15 Limita 2. nõ procedere poſt mortem Domini Regis, quia vbi perſonæ conditio locum facit, beneficio ea deficiente deficit beneficium *l. in omnibus ff. de reg. iur.* ad idem *gloſ. in l. 2. fin. verſ. filij quam Bart. ibi, & Bald. num.* 5. *C. de Epiſ. & Cler.* & quam plures quos *Tiraquell.* ponit *in tractat. ceſſ. cauſa incerta fauoris cauſa num.* 104. *cum ſeq.* Intellige tamen iſtam limitationem in illis familiaribus, & domeſticis, quos actu tenebat penes ſe Dominus Rex cũ viuebat, ſecus autem in illis qui actu non ſeruiebant, quos priuilegium ſuos faceret familiares, quoniã tunc etiam poſt eius mortem, idem eſſet, & priuilegio exemptionis gauderent, quia priuilegia omnia, quæ à Regibus conceduntur regulariter ſunt perpetua, & reuocari non poſſunt, vt dicit *gloſ. in cap. decet de reg. iur. in 6. Innoc. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit. Bald. in l quiſe patris num.* 14. *C. vnde liber. & latius per Carauit. in ritu* 301. *in 2. notab.* tanto magis, quia cõmuniter talia priuilegia, ea forma conceduntur, vidi enim multa ex ipſius conceſſa per inuictiſſimum bonæq; memoriæ Carolum V. Imperatorem, & in eis dicebatur mandantes ſingulis Officialibus, quatenus ad vnguem obſeruare debeant pro quanto gratiam noſtram carã habent de Philippo eius filio imme-

immediate hæredi sub paternæ benedictionis intuitu, quod similiter obseruaret, ac obseruari faceret, ex quibus verbis apertè demõstratur, quod etiã post mortem cõcedentis priuilegium, durat familiaritas.

16 Limita 3. non procedere quotiescunq; à Dño Rege fuissent licentiati, per *glos. in d.l.* 2. vbi etiam *Bald. nu.*4. idem *Bart. & Bald. in l.* 2. *C. de test. Spec. in tit. de test. §.* 1. *nu.* 13. *vers quid si olim fuit eius Clericus Bart. in l.* 1. *§. item Mummio per illũ text. & in l. vnius §. penult. ff de quæstion.* & latè *Tiraquell in præalleg. tract. in vers familiaritate cessante n.*10.

QVAESTIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Familiares dicũtur à familia.*
2 *Familiaritas duplex.*
3 *Domestici qui dicantur.*
4 *Commensales dicuntur qui recipiunt victum in edibus alicuius, & vide nu.* 5 *& 6.*
7 *Archiuij Romana Curiæ scriptores dicũtur veri familiares, & continui cõmensales.*
8 *Familiares Papæ dicuntur Milites S. Pauli, & S. Petri, & Cubicularij, Scutiferi Milites Pij, & Lauretani.*

ARGVMENTVM.

Qui dicantur familiares, domestici, & commensales ad effectum, de quo supra.

NOn inutile erit hic quærere, qui dicantur familiares, domestici, & commensales ad effectum, de quo supra vbi fuit firmatum in causis ipsorum fori electionem cessare, cum habeant proprium iudicem, & non possint, nisi ibi conueniri.

1 Familiares ergo dicuntur à familia, iuxta notata per *Felyn. in cap. in literis in princip. de testib.* sed quia appellatione familiæ veniunt filij serui cognati, item omnes qui sunt sub vno victu, & domo *l. pronunciatio familiæ ff de verbor. sign. l fin. C. eo. l.* 1. *familia ff de vi arma l. ediles familiæ ff de edilition. l. præsenti sanè C de his qui ad Ecclesia confugi*, cũ infinitis allegatis per *Afflict. in Constit. Regni iuris gentiũ §* 1. *vers item quæro nu.* 19. vbi loquitur ꝙ omnes illi quibus competit aliqua ex dictis qualitatibus familiares dicuntur, & ita dicit *Fely. in dict. cap. in literis not.* 31.

2 Hæc autem familiaritas iuxta sententiam *Carauit. in ritu* 46. *num.* 31. duplex est potestatiua, seu subiectiua, & socialis potestatiua cõtigit patri cum filio, domino cum seruo, viro cum vxore, & Domino in famulum, vt dicit *Bald. in d. l.* 1.

C.de Episcop. & Cler. socialis dicitur illa, qua quis continua conuersatione cum aliquo adstrincitur, allegat *tex. in l item apud si quis virgines ff. de iniur.* & hoc pacto vsus est *Cicer. lib. 6. de amic.* vbi quia quotidie delectabatur lectione terentiana, sic ait, nescio quomodo verum est, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit obsequiũ amicos veritas odiũ parit, de hac etiam loquitur *Isern. in Constit. iuris gentium, & Afflict. post eum ibid. §. nota num.* 19. vbi quis satis dicitur familiaris, qui in omni die est simul cum Domino in domo, & extra domum ipsumque associat, & cum eo semper assistit, si equitat, vel aliud agit, licet in domo sua propria comedat, & dormiat, pro quo etiam bonus *text. in l. si quis virgines*; quod verum etiam firmatum per *Luc. de Penna in rubr. C. de domestic. libr.* 12. dum dicit, quod familiares Imperatoris dicuntur, qui absq; officij distinctione sibi obsequuntur, & seruiunt, quocunque ergo de præfatis modis dici potest, quod quis familiaris Regis *in d. ritu* 46. comprehenditur.

3 Domestici autem dicuntur, non solum ipsi, qui subsunt ratione patriæ, vel dominicæ potestatis, vt filij, & serui, vt dicebat *glos. in cap. in literis de testib.* verum etiam omnes qui cohabitãt cũ patri famil. & aliquo modo sunt ei inferiores, vel subiecti, vt liberti seruitores mercenarij, & similes, vt dicit *Specul. de test.* 1. *num.* 11. *vers. item excipitur*, quod est domesticus *Bart in l. etiam C. de testib. Cuman. consil.* 171. *& Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de muner. & hon. lib.* 10. 33. inde dicti domestici, quia domui astant, & in eis domus, seu familiæ status habet consistere, vt dicit *Bald. in l. etiam C. de test.* & loquendo grosso modo secundum *Bald. in d. cap. in literis de test.* & ibi *Felyn.* domestici dicuntur omnes, qui viuunt ad vnum panem, & vinum, & largè amicus familiaris dicitur domesticus, vt dicit *Luc. de Penn. in d l.* 1. *in arg. l. obseruandum ff. de offic. Præsid. & l. qui iure familiaritatis ff. de acquir. possess.* item omnes qui simul morantur *l. qui bona §. damni à contrario sensu ff. de dãno infecto*, itẽ omnes propinqui *l.* 1. *C. de emend. propinqu.*

4 Commensales autem dicuntur illi, qui recipiunt victum in ædibus alicuius, prout loquendo de cõmensalibus Cardinalis, tradit *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.* 2. *centur.* 6. *casu* 553. *nu.* 5. vbi quod porrò victus expensis Cardinalis intelligitur etiam si familiaris alio in loco habitans portionem

nem ex domo ipsius Cardinalis recipit, vt declarat *Gomes. in Regula Cancellar. de impetrand. benefic. vacant. per obitũ familiaris Cardinalis quæst.* 13. *vers. vlterius Bard. de tempor. vtili, & continuo cap.* 17. *nu.* 2. *vers. sicut dicimus etiam*.

5 Præterea cõmensales etiam dicuntur ij, quibus datus est locus in domo, & vt aiunt, in Tinello, vt possint ibi cum illis familiaribus comedere, & si ea liberalitate vti nolint, sicuti declarat *Gambar. de potest. legati à latere circa beneficia nu.* 154.

6 Verum cum Ritus prædictus 46. loquatur de commensalibus domesticis est sciendum, quod commensales domestici dicuntur illi, qui continuè expensis alicuius viuunt, iuxta tradita per *textum ad literam in cap. final. de verb. significat. in* 6. quem ad idem citat *Lucas de Penna in rubr.* C. *de domestic. in fine lib.* 12.

7 Notandum etiam obiter non desistas, quod per *Constitutionem* LXXVIII. & LXXIX. *Pauli III. necnon per Constitutionem* XXXXIV. *Iulij III. veri familiares, & continui Papæ commensales dicuntur omnes Referendarij*, & alij Officiales, & ex Palatio Apostolico panem habentes, Protonotarij, Subdiaconis, Auditoris Rotæ, Acoliti, Scutiferi, Secretarij, literarum Apostolicarum Scriptores, Cubicularij, ac Milites Sancti Petri, reliquique Officiales Romano Pontifici pro tempore existenti in Palatio deseruientes, aut custodiam facientes, licet in eodem non habitauerint, nec habitent, nec forsam habitabunt, nec in Tinello comederint, nec comedant, nec in futurum forsam comedent, verique, & indubitati, & non ficte, nec per priuilegiũ familiares, & continui commensales censentur, reputantur, & sunt.

Ita vt regulis tam editis, quam edendis deueris familiaribus, & continuis commensalibus Papæ, quo ad omnia subijciantur, etiam quo ad hoc, vt soli Romani Pontifices occurrentibus vacationibus beneficiorum Ecclesiasticorum per eos obtentorum, vel obtinendorum qualitercunq; qualificatorum prouidere, & de istis disponere debeant in omnibus, & per omnia, ac si Referendarij, & Officiales prædicti in Palatio Apostolico habitassent, & in tinello verè, & realiter comedissent.

Similiter ad reseruationis effectũ, ac ad alios effectus dicuntur veri familiares, & continui cõmensales Papæ Officiales, seu Scriptores Archiuij Romanæ Curiæ, vt patet ex Bulla Iulij II. super ereptione Collegij dictorum Officialiũ ema-

nata sub 7. kalen. Decembris anni 1550. quæ Bulla est inserta confirmata, & declarata in cõstitutione Leonis X. quæ est in Bullario 6. in ordine in constitutiones eiusdem Papę incipienti lex ministerij pastoralis necnon per constitutionem 18. Pauli III. incipientẽ Romani Pontificis,& per Pium V. in sua cõstitutione 89. incipienti pridem per quas cõstitutiones apparet esse concessa dicto Collegio,& Officialibus nõ modica priuilegia gratias, ac prærogatiuas,& de nonnullis illarum vide *Achill de Graff decis. 4. de constit. Caputaquen. decis. 215 par. 3. Mohedanum decis. 2 & 5. de testament. Put. decis. 204. lib. 1. & decis 414. lib. 2.*

8 Item dicuntur tales veri familiares,& continui cõmensales S. Pauli per constitutionem 23. Pauli III. incipit Romanus Pontifex à Iulio III. confirmatam per suam constitutionem, & de Militibus S. Petri,& vltra supradicta est constitutio 36. Leonis X. incipit sicut prudẽs, ac cõstitutio 16. Clement. VII. & constitutio III Pauli. III. ac constitut. XLVI. Pij IV.& loquitur *Put. dec. 313. n. 3 & 4. lib 1.*

Item de cubicularijs,& scutiferis est constitutio 14. Leonis X. incipit Romanus,& constitutio 3 Pauli III. incipit prudentia.

Item Milites Lauretani, vt legitur in constitut. 16. Sixti V. quæ incipit postquam.

Item Cõmissarius Cameræ, vt per constitutionẽ 44. Sixti V. ad excelsum anno secundo.

Itẽ Thesaurarius Datariæ, vt in constitutione 45. Sixti V. vt ingens.

Necnon conclauistę,& reliqui omnes Officiales Cancellariæ Apostolicæ, qui quamuis re vera non sunt commensales Papę, nec vllam partem panis, & vini, nec carnis, vel alterius rei comedibilis à Papa recipiant, nihilominus eo ipso, quod Maximus Põtifex, & Princeps vult, quod habeantur pro veris,& continuis cõmensalibus est perindè, ac si realiter,& effectualiter essẽt tales familiares veri,& continui commensales,& beneficia illorũ reseruata *Simonett. de reseruat q. 35. nu. 25 26. & 27. & q. 36. nu. 6. Mandos. in reg 3. Cancellariæ q 18. & in reg. 32. qu 14. nu 10. Castrens cons 540. nu 6. in fin. lib. 1. Puteus decis. 313. nu 3. & 4. lib. 1 & Rota dec. 71. nu. 2. p. 3. diuersorum lib. 3. Peregr. decis. 104. & fuit dictum in Beneuẽtana beneficiorũ corã Illustrissimo Domino Seraphino, Rota decis. 303. nu. 1. & 2. par 2. diuers.* vbi fuit disputatum an dicta familiaritas ficta suffragetur in casu concordatorum Germanię,& particulari ratione fuit tentum negatiuè.

QVAE

QVAESTIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *In causis Militum cessat electio fori.*

2 *Milites debent cognosci a generali Auditore exercitus.*

3 *Milites remittuntur ad magistrum Militum cum omnibus actibus.*

4 *Vigiles dicuntur re ipsa Milites.*

ARGVMENTVM.

An personæ priuilegiatæ possint eligere forum, vbi causam habent cum Militibus.

1 Regula sit negatiua, & sic quod habentes fori electionem, illa gaudere nequeãt, vbicunq; causam haberent cũ Militibus, & sic cum ipsis liti-
2 garent, enim Milites sortiuntur forum Magistri Militum, & non conueniuntur, seu accusantur, nisi coram ipso, nec ab alio puniuntur *l.2.ff de re Milit.* cum alijs concordantibus Iuribus allegatis per *Specul.in tit de reo §.1.nu.1.* tradit latè *Viuius in decis. 254.* & est dispositum in Regno per *pragm. 15. de Militibus*, qua cauetur quod causæ omnes tam ciuiles, quam criminales, nedum Hispanæ Militiæ huius Regni, sed omnium, qui sunt stipendiarij Regiæ Curiæ occasione retroactæ Militiæ etiam pendentes cognoscantur per Auditorem generalem exercitus, & quod in hoc Regno in causis Militum sit deputatus Iudex particularis dictus *l'Auditor del Campo*, meminit *de Ponte in tract. de Potest. Proregis in tit.de Assensibus Regijs nu.11.*
3 In tantũ, quod Miles ob eius crimen remittitur indubitanter ad Magistrum Militum, & sic ad Auditorem generalem exercitus cum omnibus actibus causæ *tex. est in l.si Miles C.de exhibend & transmitten. reis*, de quibus omnibus ad dilucidationem, & explanationem, vide latè adducta per me in *Comment.ad d.pragm.15. de Militibus*, vbi ad saturitatem poteris cognoscere, quando hoc procedat, vel non.
4 Et id quod dicimus de Militibus procedit etiam in vigilibus, vnde sicuti habentes fori electionem, illa non gaudent, vbicunque habent causam cũ Militibus, idem dico, quando agitur de causis vigilũ, vt memini in *Comment.ad d.pragm. 15. de Militibus* ex eo quod secundum *Viuium in d.dec.254.* vigiles dicuntur etiam Milites taliter, quod gaudent quoque, & ipsi absque controuersia aliqua militando priuilegijs Militantibus, quemadmodum, & alij veri Milites *l.vni-*

ea, versic. item *Milites vigiles ff. de bonor. possess. ex testam. Milit.*

QVAESTIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *In causis Neapolitanorum cessat fori electio, etiam si semel consensissent foro alterius Officialis num. 2. etiam si sint laudati in Authores num. 5. & etiam si agant ex causa lucratiua num. 10. & amplia nu. 14.*

3 *Neapolitani non possunt renunciare eorũ foro, sed vide num. 27.*

4 *Author laudatus debet comparere in foro laudantis.*

6 *Negotiorum gestores Neapolitanorum habẽt fori Neap. priuilegium.*

7 *Electi ad aliquem honorem in Ciuitate Neapolis gaudẽt illius Ciuitatis priuilegijs.*

8 *Mulier quæ habet virum Neapolitanum habet priuilegia Ciuitatis Neapolis.*

9 *Miles in Ciuitate Neapolis habet priuilegia Neapolitanorum.*

11 *Neapolitani possunt trahere miserabiles personas.*

13 *Homines Casalium Neapolis gaudent priuilegijs Neap.*

14 *Casalia dicuntur de iurisdictione ipsius Ciuitatis.*

15 *Habitatores vicorum dicuntur vicini Ciuitatis.*

16 *Eo modo quo iudicatur de Ciuitate, iudicatur de toto termino, & territorio illius Ciuitatis.*

17 *Locus qui alteri subijcitur gaudet eisdem statutis, & legibus, quibus gaudet locus, cui subijcitur.*

18 *Concessum capiti dicitur etiã concessum membris.*

19 *Ciues Ciuitatis, & vicorum idem habent domicilium.*

20 *Consuetudo strictè est interpretanda.*

21 *Consuetudo introducta in Ciuitate debet seruari in suis vicis.*

22 *Statutum seruatum in Ciuitate seruari debet in eius vicis.*

23 *Habitantes in Casalibus gaudent priuilegijs Ciuitatis.*

24 *Concessio Principis facta Ciuitati extenditur ad Comitatenses.*

25 *Neapolitani contrahentes, vel delinquentes vti Barones nõ gaudent priuilegio fori.*

26 *Neapolitani non habent priuilegia Ciuitatis, vbi procurassent priuilegium post commissum delictum, vel post contractum in fraudem.*

27 *Mulier Neapolitana nupta extero, & ad domicilium viri ducta nõ gaudet priuilegijs Neapolitanorum.*

28 *Neapolitani in Regia Dohana menepecudum non possunt*

sunt opponere declinatoriam fori.

ARGVMENTVM.

An in causis Neapolitanorum fori electio habeat locum.

1 Regula sit negatiua, enim Ciues Neapolitani, & habitantes in ea Ciuitate priuilegio eisdem concesso, nec ciuiliter, nec criminaliter vocari possunt extra Ciuitatem Neapolis, etiam ex delegatione Regia, siuè ratione rei, siuè contractus, siuè ratione delicti, vt est *Ritus Magnę Curia Vicaria* 301. & nè dum conuenti habent priuilegium declinandi forum, quodcunq; & petendi se remitti ad Magnam Curiam; verum etiam conueniendo alios non tenentur sequi forum eorum, sed possunt eligere Tribunalia Ciuitatis Neapolis adeò quod dicuntur habere priuilegium electionis fori, & possunt in Ciuitatem Neapolis trahere, & ipsi extra eam non trahuntur, vt patet inter priuilegia Neapolitanorũ, ad quæ latius te remitto; & ita quotidiè practicatur, & obseruatur.

2 Amplia 1. firmatam regulam procedere, etiam si Neapolitanus semel consensisset foro alterius Officialis, quia non potuisset prorogare iurisdictionem Iudicis non sui, quam Ciuitatis Neapolis, cui vigore dicti *ritus* 301. concessum est, quod eius Ciues, & habitantes non possunt trahi in alijs Tribunalibus, probat *Bart. in l. priuilegio num.* 1. *C. de decurionib. lib.* 10. vbi allegat *text. in l. assumptio in princ. ff. ad municip.* sequitur *Carauit. in d. ritu* 301. *nu.* 7. vbi allegat aliam rationem, quia Regina Ioanna, dum in illo ritu disponit, quod Neapolitani non possunt alibi conueniri, quam in Ciuitate Neapolis, nullam penitùs iurisdictionẽ ipsis tribuit, nec alteri concedit, sed solum cognitionem, & iurisdictionem, quò ad eos sibi ipsi in suis Tribunalibus Neapolitanis reseruauit: propter quod; cũ sint sub ipso Rege relicti, & reseruati; siuè velint, siuè nolint; vbi sunt Neapolitani, non possunt alterius iurisdictionẽ prorogare, vt dicit notabiliter *Bald. in cap. Imperialem §. fin. col. penult. de probib. feud alienat. per Federicum,* tradunt etiam *Innocent. in cap. cum M. Ferrarien. de Constitutionib. & in cap. inter dilectos de exemptione Pralatorum, Benedict. in terminis in cap. Raynutius in vers. & vxorẽ Adelasiam nu.* 54. *de testam Iacob. in l.* 2 *§. cõuenire ff. de iudic.* vndè meritò, & si virtute *nouella pragmatica* fuisset captus Ciues Nea-

 poli-

politanus à quodam Officiali ob delictum disrobationis, fuit causa auocata per Mag. Cur. Vic. à Curia Teani, vt tradit *Vrsill. ad Afflict. in decis.* 41. *num.9. &* 10. de quo meminit
3 nouissimè *Thorus in suo Compend. decis. in verbo priuilegiũ*, & quod Neapolitani non possint renũciare priuilegio fori; post *Vrsill in addit. ad Afflict. in d. decis.* 41. tradit *Petra in addit. ad Capyceum in decis. 9. nu. 2. & in decis. ad Grammat.* 21. *num.9.*
4 Amplia 2. quod licet auctor laudatus debeat comparere in foro laudantis, *ad tex. in l ven ditor ff. de iudic. vbi omnes Doctores, Afflict. in decis.* 222. *& in Constit. Regni si quis in posterum num.* 55. *Boer. decis.* 69. *nu.* 27. *Barbat. in cap. fin. de empt. & vendit. Soccin. cons.* 91. *col.* 9. *vol.* 1. tamen Neapolitani laudati in authores in Cu
5 rijs Regni nõ tenentur ibi litigare, sed remittũtur ad Tribunalia Neapolitana, vt decisum testatur *Anna in singul.* 45. *Petra in decis. ad Grammat.* 21. *num.6.* quamuis in alia causa
7 Sacrum Regium Consilium in contingentia facti determinauerit, quod teneatur defendere in loco iudicij emptorem: verum sententia, quatenus veniret proferenda contra Neapolitanum proferatur in Ciuitate Neapolitana, prout fuit decisum in causa vertente inter Ioannem Antoniũ, & Ioannem Michaelem Triaschum Cauensem, & Ioannem Carolum de Sarno in Magna Curia Vicariæ facto verbo in Sacro Consilio die 28. Augusti 1560. penes Tramontanum, vt refert *Addit. ad cap.* 53. *Regis Catholici fol.* 43. *Muscatell. in praxi Sacr. Cons. lib. 1. par. 3. gloss. nominet nu.* 7. *Tartagl. in praxi ciuili Magn. Cur. Vic. cap.* 2. *num.* 51.
6 Amplia 3. non tantũ in Neapolitanis; sed etiam in eorum negotiorum gestoribus, vt tradit *Anna in singul.* 401. *per tex. in l. hæres absens §. apud labeonem ff. de iudic.* vbi si Dominus habet seruum Romæ, qui eius negotia gerat, si trahitur in iudicium Romæ, ibi se defendit, quia ita habetur, ac si cũ Domino contraxisset; ergo si habetur, ac si cum Domino cõtraxisset, Dominus est Neapolitanus, conueniendus est; vbi Dominus, & istud sentit *Castrens. ibi, & Roman. in singul.* 240.
7 Amplia 4. nõ tantum in Neapolitanis, sed etiam in Electis ad aliquem honorem, & dignitatem in ipsa Ciuitate Neapolis: nam licet sint exteri, gaudent priuilegio Neapolitanorum, vt est *gloss in l. Ciues in vers. electio in princ. per illum tex. C. de incol. lib.* 10. *Carau. in d. ritu*

d. ritu 301. *num.*21. & potest poni exemplum in Officiali, ex eo quod Officialis, & Doctor actu legens, est illius Ciuitatis, quam regit, & in qua legit *Guid. Pap. decis.*631. quē refert *D. Riccius in Collectan. decis. Collectan.*269. & sic etiā ille, qui in ipsa Ciuitate est Rector alicuius Ecclesiæ, vel Prælatus, nam gaudet priuilegijs Neapolitanorum, *Innoc. in cap. ex ore vers. item in casibus de priuilegijs, Bart. in l.* 1. *nu.* 13. *vers. quaro etiam ff. ad municip. per tex. in cap. nullus de tempor. ordinat. & facit tex. in cap. ex parte de foro competent. Abb. in cap. quia in tantum in finalib. verbis extra de praben. Anna singul.* 365.

8 Amplia 5. in muliere, quæ virum habet Neapolitanū, nam gaudet priuilegijs Neapolitanorum, vt habetur per *Carau. in d. ritu* 301. *nu.*25. cuius ratio est, quia mulier eò ipso, quod nubit, mutat domiciliū, etiam originis, & efficitur de domicilio, & foro viri *l cum quadam puella ff. de iurisdict. omn. Iudic.* vbi *gloss.* latè *Tiraquell. de legibus connubialibus l.* 1. *num.* 27. *vers. illud etiam Boer. decis.*160. *Franc. in decis.* 416. *Thesaur. in decis.*123. vbi decisum refert vxorem esse Ciuem loci mariti, *Soccin. conf.*129.

9 Amplia 6. in eo, qui in ipsa Ciuitate vti miles stipendia meretur, vt probat *text. in l. municeps la* 2. *in fin. ff. ad municipalem*, per quem *text.* sic tenet *gloss. in l. ciues C. de incolis lib.* 10. & tradit *Carauit. in d. ritu* 121. *num.*22. vbi ex hoc credit procedere, quod omnes Milites Hispani, qui sunt in Ciuitate Neapolis gaudēt priuilegio Neapolitanorum, *Anna sing.* 365.

10 Amplia 7. Neapolitanum gaudere fori priuilegio, tam si agat ex causa lucratiua, quam onerosa, vt decisum refert in Sacr. Consil. *Vrsill. in addit. ad Afflict. in decis.*74. *nu.* 6. de quo meminit *Petra ad Gram. decis.*21. *nu.*8.

11 Amplia 8. quod in tantum Neapolitani gaudēt prædicto beneficio, vt possint cōuenire, & trahere pupillos, viduas, & alias miserabiles personas, vt dicit *Viscont. in addit. ad Franc. in decis.*416. qui scribit sic practicari, ad quod allegāt *Calam. de modo articulandi num.* 93. qui allegat *Carauit. in d. ritu* 301. *num.*6. quem non reperio in meo Codice, nouissimè tradit *Amat. conf.* 31. *nu.* 2. referens Neapolitanos etiā agendo trahere, etiam si conuentus priuilegio potiatur in corpore Iuris clauso, etiā si de re alibi sita ageretur, & dicit dispositum per *capit. Reg. Cathol. cap.*53.

13 Amplia 9. etiam procedere in Neapolitanis ordinarijs habentibus domicilium extra Ciuitatem, vide *Gramm. decis. 87. Afflict. & Vrsill. in decis. 384.* quod secundum me probatur per *pragmat. 2. de immunitat. Neapolitanorum*, vbi effecti Ciues Neapolitani alibi degentes tractantur, vt Ciues illius loci, vbi degunt, nec gaudent priuilegijs Neapolitanorum, ergo è contrario sensu Neapolitani originarij gaudebunt priuilegijs Neapolitanorum, vt aduertit etiam ibidem *Rouit. num. 1.*

14 Amplia 10. procedere etiam in hominibus Casalium Ciuitatis Neapolis, qui gaudent sicut Neapolitani, vt in contingentia, consultus respondi, ex *text. in l. qui ex vico ff. ad municipal.* Casalia enim Ciuitatis Neapolis gaudent omnibus priuilegijs, quibus gaudẽt ipsa fideliss. Ciuitas, vt ex multis probat *Franc. in decis. 316.* &

15 Casalia, & Villæ dicuntur de iurisdictione Ciuitatis, & tamquam vnum corpus cum Ciuitate iudicantur *l. nulli C. de Episc. & Cler. l. 3. C. de naturalibus liberis*, & sic in materia iurisdictionis scripsit *Bart. in tract. qui sint rebelles nu. 3.* tradunt etiam *Alex. cons. 1. col. 3. Isern. in cap. 1. in princip. quid sit inuestitura Molfes. in Consuetud. Neap. par. 2. de personis quæst. 9. num. 7.* vbi ex hoc, & alijs latè concludit Consuetudines Neapolitanas ligare etiam Casalia ipsius Ciuitatis enim vici, seu aldeæ, quæ de Iure non habent territorium proprium, vtuntur terminis, &

16 territorijs, nõ tamquam suis, sed vt Ciuitatis, cuius sunt, eò quod habitatores vicorum dicuntur de Iure vicini Ciuitatis, sicut habitantes in ipsa Ciuitate *l. pupillus §. territorium ff. de verb. signif. l. cum pater §. vico ff. de legat. 2. l. nulli. §. quid si in vico C. de Episc. & Cleric. & d. l. qui ex vico ff. ad municipal.* vbi *gloss. ait*, quod verba hæc vicinus alicuius loci comprehendunt omnes, qui habitant in eius vicis, seu aldeis *Boer. decis. 13. num. 50. Corrasius lib. 3. Miscellanearum Iuris ciuilis cap. 4. nu. 7. Napod. in Consuetud. Neap. si rusticus num. 11. de test. Rust.* quare *Roiz in decis. Lituaniæ 3. num. 178.* ait, quod ex vico ortis est patria illa Ciuitas, vel Respub. cuius vicus ille respondet *d. l. qui ex vico Valasc. decis. 179. nu. 23. tom. 2.* dicens, quod qui ex vico sunt, nõ censentur per se, sed vt membra capitis principalis, hoc est, Villæ, Municipij, seu Ciuitatis *l. vtrum C. de incolis lib. 10.* & idem habet interpretatum communis vsus loquendi, qui est multum considerabilis in Iure *l. cum delationis,*

nionis verſ optimum ff. de fundo instructo l. labeo verſ. non enim ff. de ſupellectili legata gloſſ. in l. librorum in verbo non continebantur ff. de legat. 3. Bald. in authent. quod ſine nu. 5. de teſtamentis, & generaliter, quod vicinus vici, dicatur vicinus Ciuitatis, cui ſubijcitur, tradit *Bart. in l. vrbis appellatio col. 2. verſ. ſed quaero ff. de verbor. ſignif. facit l. ciuibus C. de muner. & bonor. lib. 10. Menoch. conſ. 584. nu. 4. cum ſeqq. Ioan. de Platea in l. ſi diuina domus C. de exact. tribut. lib. 10. in fin.* vbi dicit, quod ille, qui eſt ex vico Ciuitatis, dicitur de Ciuitate *Imol. & Florian in rub. ff. ſolut. matrim.* dicentes, quod appellatione Ciuium, venit ille, qui eſt in Ciuitate, aut Comitatu, & facit lex, ſed, & reprobari *§. amplius ff. de excuſat. tutorum, & in l. 1.* vbi *Bar. ff. ad municip.* idem *Bart. in l. 3. C. de naturalib. lib. Alexan. in addit. ad eum in d. l. vrbis appellat Auileſ. cap. 6. Praetorum gloſ. Sutierra nu. 6. Neuizan. lib. 4. Sylua nuptialis nu. 88. pag. mihi 335. Abb. conſ. 52. num. 7. par. 2. Caſtr. in l. nulli nu. 7. C. de Epiſc. & Cler.*

17 Et eodem modo, quo iudicatur de Ciuitate, iudicatur etiã de toto illius termino, & territorio, vel Comitatu, ita enim *DD.* appellant *l. 1. §. cum Vrbem ff. de offic. Praefect. vrb. cap. ſi Ciuitas.* vbi *Domin. notab. 2. de ſentent. excomm. lib. 6. Archidiac. in cap. ſtatutum ſuper verbo ciuitatibus col. 2. de reſcript. lib. 6. Abb. in cap. Rodulphus num. 6. de reſcript. per l. qui incontinentibus ff. de verb. ſignif. & l. nõ dubito ff. de capt. & poſt lim. reuerſ. gloſſ. in cap. 1. de vſur. in 6. Auileſ. d. num. 6. in fine.*

18 Et quia locus, qui alteri ſubijcitur, gaudet eiſdem ſtatutis, & legibus, quibus ille, cui ſubijcitur *Bart. in tract. Tyberiadis rub. de Inſula col. 2.* quẽ ſequitur *Dec. conſ. 538. nu. 13.* & probat *d. l. 3. § cum vrbem,* ibi *ſed, & ſi quid intra centeſimum lapidem admiſſum ſit, ad Praefectum vrbis pertinet,* vbi *Bald.* notat, quod omne, quod conceditur alicui Ciuitati, aut Villae, conceditur intelligere omnibus habitantibus in termino, & territorio illarum, *Paul. de Caſtr. in l. maritum nu. 6 ff ſolut. matrim & in l. 1. nu. 1. ff. de vſu, & habitatione,*

19 vbi ait, quod conceſſum capiti, membris quoque videtur conceſſum, ex *l. 2. eod tit.* nam de Iure Ciuitas, & eius territorium, & vici iudicantur prò vna Ciuitate, vt declarat *Abb. conſ. 52. dub. 2. nu 6. par. 2. Rebuff. ad Conſtit. Gallicaſ tit. de conſuetud. art. 1. gl. ſſ. 1. nu. 11. Alciat. in cap. quod ſedem num. 88. de offic. ordin. Bald. in l. vt*

inter

inter diuinum num.8. C. de sacrosanct. Eccles. dicens Castrũ, & Ciuitas non differunt, nisi sicut parua ciuitas à magna ciuitate, & Castrum est membrum ciuitatis, *d. l qui ex vico Franch. decis.604 nu.1. Gratian. decis. Marchia 96 nu.2. Afflict. de Iure protbomis in princ. nu 2.* ex quo dixit *Bar. in d. l.4. C. de naturalib. liber. num. 1.* quod qui nascitur in aliquo vico, dicitur ciuis originarius ciuitatis, cui talis vicus subijcitur *l. nulli §. quod si in vico,* vbi *gloss. C. de Episc & Cler. Bart. in l. Imperium nu. 7. de iurisdict. omn. iudic. Syluan. cons.1. quæst.6. dub.2 & 3. gloss. in auth quibus modis nat. effic. sui §. si quis igitur verbo persoluit collat.7. Gratian. vbi proximè num.5.*

Et ita *Bart. in l. Imperatores §. idem rescripserunt ff. ad mu-*
20 *nicipal.* dixit, quod ciues ciuitatis, & vicorum omnes habent idem domicilium, & probat *Angel. in tract. de malefic. verbo, & ad querelam nu.41. & l. eius §.1 ff. ad municip. Grat. resp.30. nu.49. tom. 1.* dicens, quod natus in loco subdito alicui ciuitati, dicitur originarius dictæ ciuitatis.

Nam Vniuersitas vici est legitima, alioquin nõ posset vicis legari *l hæreditatis C. de hæred. instit. l. cum Senatus ff. de reb. dub.* quod autem legari possit, est *l. si hæres §. vicis,* vbi *Florian. nu.1 ff de legat.1. Rofred. quæst. Sabbatina 18. nu.3. & l final C de fundis. Reipub. lib.10. Montanar. in pragmat. 2. de administrat. Vniuersitatis num.316.*

21 Propter quæ *DD.* communiter dixerunt, quod licet alias cõsuetudo sit strictè interpretanda *cap. quod translationem,* vbi *Abb notab. vlt. de offic. legat. Dec. cons 8. num.4. vers. sed talis Curt. Iun. tract. de feud. & quæst. princip. nu 5. Cephal. cons.26. nu.25. tom.1. Crauett. cons.30. num.5. Roland. à Valle cons.69. num.30. vol.5.* con-
22 suetudo tamen introducta in ciuitate debet obseruari æqualiter in omnibus eius vicis, iuxta *gloss. fin. in l ex ea parte ff de postulando,* quam sequuntur *Ioan. Andr. in addit. ad specul. in tit. de tregua, & pace quæst. penult Iason in §. rursus instit. de action. num.42. Eugenius in cons 26. num 26 & 29 libr.1. Achill. de Graffis in decis Rota 3. de decimis nu.7. & 8.* dicens attendendam esse consuetudinem loci dominantis *Alciat. respons 688. num.5.* subdens, quod consuetudo loci principalis fundat intentionẽ agentis, quoad loca annexa, vt per *Roman. in l. si aliena. §.1. ff. de vsucap.*

23 Hinc statutum quod seruatur in ciuitate, debet seruari in

vicis subditis eidem *Castrens. cons. 368 nu. 2. lib 2. Abb cons. 52. lib. 2. Alciat in cap. quod sedem num. 92. de offic. ordinar. de Ponte in cons. 51. nu. 31 lib. 1. Menoch cons. 80 nu. 18 lib. 1.* & hoc facit in confirmationem, quod si Princeps concedit alicui officium tabellionatus in ciuitate, censetur concedere in toto territorio, & Comitatu, iuxta tradita per *Roland in cons. 50. nu. 42. vol. 3. & cons. 1. num. 38. vol. 4.* post *Angel. & Guiglelm. in l fin. ff. de constitution. Principum.*

24 Et magis in specie, & indiuidualiter in nostris terminis deueniendo, quod habitantes in casalibus possint gaudere, & gaudeant eisdem priuilegijs cõcessis ciuitati, cui subijciuntur, vti gaudent habitantes in ipsa ciuitate, scribit *Bald in l. vt inter diuinum num. 8. C de sacrosanct. Eccles.* & post eum *Alex. in rub ff solut matr. nu. 14.* vbi subdit, quod si concessum est priuilegium habitanti ciuitatem, comprehenduntur habitãtes Comitatum *Soccin. in l. 2. in princip. ff de reb. dub. Aret cons 77. nu 1. circa finem*, vbi allegat *l Titius §. Roma ff de excus tut. Abb. d. cons. 52. num. 6. par 2. Afflict. de Iure protbomis versic nota hac Castrens. in d. l si heres §. vicis num 2. Boer. decis 13 num. 20. Orosc. in l. nam, & Demosthenes nu. 10 ff. de legib. Socc. cons. 110. lib. 1.* vnde loquendo de ijs, qui degunt in vicis subditis ciuitati, profert hæc verba; quia cum fingantur habitare in ciuitate cõsequi debent omnes effectus, quos consequerentur, si in ciuitate habitarent, sequitur *Felyn in cap. Rodulphus num 9. de rescript. Guid. Pap. decis. 265. & cons 134. nu. 1.* dicens quod oppidani continentur ciuium appellatione in fauorabilibus, vt sunt Principis concessiones *l. fin.* vbi omnes *DD. ff. de constit. princ. l. 2. §. si quis à Principe ff. nè quid in loco publico, Cephal. cons. 58 nu. 28. vol. 1.* quæ latissimè veniunt interpretandæ *Rota Roman decis. 197. nu. 1 par. 1. Castrens cons. 21. nu. 3. par. 1. probans officia, quæ debentur Ciuibus*, deberi etiam Comitatensibus, & in alijs honoribus, *Aloys de Leo in l. conuenticula num. 33 & seqq. C. de Episc. & Cler. Gambar tract. de extensionibus nu. 160. & Felyn. in* 25
in cap causamq; de rescript. vbi tenent concessionem Principis factam ciuibus, extendi ad Comitatenses *Tap in l fin ff de constitut. Princip. par. 1. cap 3. nu. 32. & cap. 5 num 2. Soccin. cons 86 nu. 2 vol. 4. Maur. alleg. 36. nu 1.* probans priuilegium ciuitati concessum extendi ad villas, & casalia, *Anna alleg. 27. num. 27.* vndè nouissimè

mè *Borrell. de Magiſtratuum edictis cap. 5. num. 3. libr. 1.* firmat, quod ſicuti ciues non poſſunt eſſe Magiſtratus in eorum ciuitate, ad *textum in l fin.C. de offic. Rector. Prouinc. Franc. Marc. deciſ.* 624. *vol.*1. *Conrad. de offic. Prætor. in princ.* ita prohibentur etiã qui ex ſuburbijs ſunt ciues in ciuitate officium gerere.

26 Ex quibus omnibus, & alijs, quæ conſultò omittuntur, videtur firmata prædicta concluſio, vt ſcilicet, quod homines caſalium ciuitatis Neap. gaudeant fori priuilegio, & electione, ſicuti cęteri ciues Neapolitani in ipſa ciuitate degentes, licet contrariũ in proprijs terminis voluerit *Piſanell. in addit. ad Afflict. in deciſ.* 74. quem refert *Petra ad Gramm. in deciſ.* 21. *nu.*10. & ante eos *Angel. in authent. quibus modis naturales efficiantur ſui §. ſi quis igitur.*

27 Limita 1. quotieſcunq; Neapolitani extra ciuitatẽ Neap. delinquerent, vel contraherẽt, tamquam Barones, vel tunc ſunt conueniendi coram ordinario loci, delicti, vel contractus per *tex. in cap.*1. *§. fin. de priuileg. in* 6. per quem ſic fuit deciſum in Sacr. Reg. Conſ. vt inquit *Capyc. in deciſ.* 59. quod etiam ſeruatur hodie in practica *Freccia de ſubfeud. lib.* 1. *de offic. Magni Cancellarij fol.* 41. *num.* 31. *Anna ſingul* 57. *Capobianc. de Baronib. pragm.* 12. *nu.* 3. *Aſcia in determinat.* 181. *num.*9. *Borrell in addit ad ſpecul Princip. rub.* 11. *§. videndum litt. F. verſ exempto Tapia in l fin. part.*1. *cap.*5. *num.* 15. *ff de conſtit. Principum.*

28 Limita 2. quotieſcunq; priuilegium ciuitatis Neapolis eſſet obtentum poſt delictum commiſſum, vel poſt contractum in fraudem, iuxta *text. in l. fin. ff de bonis eorum, qui ſibi mortem conſciuerunt,* vt notat *Bart. in l.* 1. *ff de pęnis Oldrad. conſ.*4. ad quod facit, ſi Clericus, vel Profeſſus effectus poſt delictum poſſit remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, quamuis dolosè, & fraudulenter ſit effectus Religioſus; de quo videndi ſunt *Franc. in deciſ.*209. *Farinac. de inquiſit. quæſt* 8. *num.*105. *& ſeqq. Anna conſil.* 140. *vol.*2. *Tapia in Conſtit. Regni de perſonis nu.*33. *de Ponte de Poteſt. Proreg. tit.*7. *§.*7. *num.*16. *Caballus reſolut.*108. vide nouiſſimè *Caroc. de except. quæſt.*3. *except.*22.

29 Limita 3. in muliere Neapolitana nupta extero; nam non gaudet priuilegio fori, dum ad domicilium mariti, fuit ducta ex traditis latè per *Francum in deciſ.*416.

30 Limita 4. in Regia Dohana menepecudum, cuius Dohanerius merum mixtumq; Imperium

rium

rium habet à Rege; nam in ipsa Dohana Neapolitani non gaudent fori priuilegio, vt in facti contingentia iudicatum refert, *de Ponte de Potest. Pro regis tit.4. de regalibus impositionibus* §. 8. *num.* 48. de quo meminit *Thorus in suo Compendio decisionũ in verb. Neapolitani.*

QVAESTIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilitas acquiritur per translationem Domicilij, dummodo hoc fiat verè, & non fictè, adeò quod in loco originis conueniri nõ potest nisi ibi conueniatur nu.2. vide num.24.*

3 *Domicilium acquiritur animo perpetuo permanendi in aliquo loco, & in tantum requiritur habitatio per decennium in illo loco ad finem acquirendi Domicilium, quatenus aliundè non constet verus animus illius acquirendi.*

4 *Domicilium solo die constituitur vbi de voluntate apparet.*

5 *Animus. & non habitatio facit Domicilium, vnde si quis habitauerit in aliquo loco per mille annos animo recedendi nunquam constituit Domicilium.*

6 *Ciuilitas acquiritur adoptione, quæ ciuilitas tamdiù durat quatenus durat adoptio.*

7 *Adoptatus non perdit ciuilitatem primam.*

8 *Ciuilitas acquiritur per allectionem & nu.18.*

9 *Ciues allecti gaudent priuilegijs ciuium originariorum, & sustinent onera ciuitatis, & num.20. licet secus respectu Iurium Regalium, & Dohanarum num.21. vide num.23.*

10 *Leges loquentes de ciue comprehendunt ciues creatos priuilegio.*

11 *Vt quis gaudeat priuilegijs ciuitatis debet ibi habitare.*

12 *Ciuis in dubio quis præsumitur illius ciuitatis, in qua habitare reperitur.*

13 *Ortus in aliqua ciuitate dicitur ciuis illius ciuitatis, adeò quod hæc ciuilitas transit ad filios non natos in eo loco nu. 14. imò etiam quod nec pater sit ortus, si auus sit ortus hæc ciuilitas transit ad filios, & nepotes, licet non sint coborti nu 15.*

16 *Ciuilitas originis non amittitur per recessionem à patria & translationem incolatus alibi.*

17 *Neapolitani oriundi gaudent priuilegijs ciuitatis, si alibi habitauerint, licet secus in alijs.*

19 *Ciuitas Neapols potest creare*

ciues

ciues per allectionem.

22 *Habens domum in ciuitate Neapolis, & vxorem Neapolitanam dicitur ciuis illius ciuitatis & num. 25. ita quod non potest renunciari num. 26. quod procedit etiam si domus esset dotalis nu. 31. vel si esset recepta in emphyteusim.*

23 *Effectus ciuis per priuilegiũ Regis etiam respectu dirictuum Regiorum est immunis.*

27 *Ortus Neapoli matre in fraudem parturiente non gaudet priuilegijs ipsius ciuitatis.*

28 *Infidelis baptizatus Neapoli dicitur ciuis Neapolitanus.*

29 *Mulier cum nubit nanciscitur nouam originem.*

30 *Sancti intelliguntur nasci die quo moriuntur.*

32 *Ciues Neapolitani dicuntur infantes expositi ibi licet filij expositorum non gaudent vt oriundi num. 33.*

34 *Ciuis Neapolitanus an dicatur is qui est ortus extra ciuitatem Neapolis in aliqua parte, in qua parentes non constituerunt Domicilium sed erant transeuntes, vel ad tempus trahebant ibi moram.*

35 *Non natus in ciuitate Neap. & filius allecti, vel eius qui est ciuis per pragmaticam, an gaudeat priuilegijs ipsius ciuitatis.*

36 *Habens vxorem Neapolitanam & domum propriam an dicatur ciuis ipso iure ante petitionem.*

37 *Pragmatica Regni quotiescumque sunt contra ius commune dicuntur odiosa.*

38 *Fides electorũ ciuitatis Neapolis probat ciuilitatem ipsius ciuitatis.*

39 *Ciuilitas quando, & quibus concedi possint, & qualiter acquisita amittatur, & an taliter acquisita transeat ad filios nu. 40. remissiuè.*

41 *Ciuilitas ex quibus contrahatur, & an exterus à Rege assumptus in ciuem Neapolitanum gaudeat ijsdem priuilegijs quibus gaudẽt Neapolitani si alibi habitent remissiuè.*

ARGVMENTVM.

Ciuilitas Neapolitana, quomodo acquiratur ad effectum habendi eius priuilegia, & ad effectũ de quo supra.

1 Ciuilitas autẽ alicuius loci acquiritur ad effectum, vt possit gaudere immunitatibus, & priuilegijs ipsius loci quotiescumque aliquis transfert suum domicilium in aliquem locum verè, & non fictè cum animo ibi perpetuò permanendi absq; aliquo priuilegio, efficitur verè ciuis illius loci de-

de Iure communi, ac si ibi na-
tus esset, vt abundè habetur
per *Goffred. de Gaet. super ri-
tibus Regiæ Cameræ fol.* 199.
cum sequent. qui plenius hoc
declarat *in rubric. de Merca-
toribus, qui faciunt se ciues,*
2 *nè soluant Dobanam fol.* 202.
à terg. quod adeò verum est,
vt in loco originis non possit
conueniri, nisi ibi reperiatur,
vt post *Castrens. Abb. & Bar.
decidit Afflict. in decis.* 384.
num. 6. domicilium enim ac-
5 quiritur animo perpetuò ibi
permanẽdi in aliquo loco, & in
tantum requiritur habitatio
per decennium in illo loco, ad
finem acquirendi domicilium,
quatenus aliundè non constet
merus animus illic acquiren-
di: quod si aliundè constat,
absque nulla temporis expe-
ctatione, domicilium est ac-
quisitum *Felyn. in cap. dile-
ctus lo* 2. *post num.* 12. *in* 2.
*casu extra de rescriptis, Ar-
gentin. in consuetud. Britan.
artic.* 499. *gloss.* 1. *in fine,* sub-
4 dens, quod vno solo die con-
stituitur, si de voluntate ap-
paret *Abb. in cap. finali in
fine verb. extra de Paroch.*
enim licèt, quis habitauerit
ibi per decennium, & vltra;
& ex alijs coniecturis appa-
reat, seu præsumatur ani-
mus recedendi, nunquam
dicetur acquisitum domici-
lium *Angel. & Bart. in l. ba-
res absens §.* 1. *ff. de Iudic.* etiam
si per mille annos habitarent,
dummodo non habeat ani-
mum, ibi permanendi *Salyc-
cet. in auth. habita C. nè filius
prò patre Imol. in consil.* 21.
nu. 70. latè *Menoch. de arbit.
Iudic. casu* 86. *num.* 7. & 22.
lib. 2. *centur.* 1.
6 Ciuis etiam, fit quis etiam
adoptione *l. ciues C. de inco-
lis libr.* 10. & explicauit *Lu-
cas de Penna ibidem colum.* 2.
versic. 3. *ciuitati etiam Ioan.
à Platea num.* 3. & *probat l.
in adoptionem C. de adopt.* &
hęc ciuilitas tamdiù durat,
quamdiù durat adoptio *l. sed
& si is ff. ad municip.* Is ta-
7 men adoptatus non perdit
primam ciuilitatem, *l. ordine
§. vlt. ff. ad municip.* & tradit
Platea præcitato in loco.
8 Ciuis quis quoque fit alle-
ctione *dict. l. ciues C. de incolis
libr.* 10. alibi dicitur assum-
ptio *l. assumptio ff. ad muni-
cipal.* & hunc actum magis di-
stare à natura, & in hominum
mores inclinare scribunt, *Lu-
cas de Penna d. l. ciues colum.*
2. *versic.* 4. & ibidem *Platea
libr.* 1. *in fine,* qui declarat,
quando quis dicitur electus
ciuis, qui, & alio nomine ap-
pellatur ciuis creatus priuile-
gio *Antibol. in tractatu de
munerib. par.* 1. *num.* 3. & 23.
& ibi quidem frui debent eis-
dem commodis, quibus fruun-

9 tur originarij ciues, cum, & incommoda ferre debeant, vt tradunt *Bart. in l. 1. num. 16. ff. ad municipal. Iason. in l. si is, qui prò emptore num. 292. ff. de vsucap. Alexan. consil. 157. num. 14. libr. 2. Boer. decisione 260. num. 13. Parisius consil. 71. num. 8. libr. 1. Bart. in l. 3. §. hac. verba quæst. fin. ff. de negotijs gestis*, qui inquit,
10 hunc ciuem sic creatum, adeò ciuis nomen obtinere, vt *l. omnes loquentes de ciue*, & hunc comprehendant, sequitur *Aret. cum l. quidam cum filium num. 16. de verb. signif.* qui plura ad rem scripsit, quidquid dicat *Faber in decis. 17. C. de verb. signific.*

Illud tamen obseruandum est; quod, & si quis nomine dicatur ciuis originarius, ob id, quod in ciuitate natus sit, vel priuilegio creatus ciuis; attamen vt commodis, & pri-
11 uilegijs ciuitatis fruatur, habitare in ipsa ciuitate, atque ita domicilium in ea habere, & cum alijs ciuibus onera substinere debet *Ruinus consil 200. num. 12. lib. 2. Felin. in cap. Rodulphus num. 13. de rescript. Iason. consil. 77. colum. finali libr. 3. Menoch.* alios allegans *in consil. 390. num. 46. Rota Roman. in decis. 327. num. 3. par. 1.*

12 Cœterum quando non constat de alicuius origine adoptione, seù creatione, & electione, vt apparet eum esse ciuem, atque ita quando sumus in dubio an is præsumatur ciuis, vel exterus, & forensis. Dicas ciuem illius ciuitatis quem præsumi, in qua habitare reperitur, iuxta sententiam *Bart. in l. si is potest num. 17. ff. de acquirend. hæredit. Alciat. de præsumption. regul. 2. præsumption. 15. in princip.* quos allegat, & sequitur *Mascard. de probat. conclus. 295. num. 1.*

In materia etiam huius ciuilitatis acquirendæ sunt quędam decisiones Regiæ Cameræ Regentis Moles, manuscriptæ quas hic reponere volui ad vtilitatem beneuoli lectoris, & sunt tenoris sequentis videlicet.

Quis dicantur ciues Neapolitani ad finem gaudendi eorum immunitatibus pluries est dubitatum in Regia Camera cum ciues, & incolæ de Iure pluribus modis dicantur *l. ciuis de incol.* in quo dubio Camera soluit decidere infrascripta.

13 Primo quo ad ortum, non est dubium, quia ipse dicitur ciuis *l. origine C. de municipal. libr. 10. l. assumptio ff. ad municip. l. ciues C. de incol. lib. 10.* & ibi *Lucas de Penna l. municeps ff. de verb. signific. DD. omnes in l. huiusmodi §. legatum*

tum ff. de legat. primo.

14 Et hæc ciuilitas, & eius priuilegium transit ad filium, etiam quod non sit natus in eo loco *l. filios ff ad municip. & orig. lib.* 10. *d. l. assumptio §. fin. ad municip. glos. in cap.* 1. *in verbo alienigenas de vsur. & gloss. in rubric. C. de municip. & origin. libr.* 10. *Boer. decis.* 13.

15 Imò etiam, quod nec pater sit ortus, si auus sit ortus aliqui, ex *DD.* tenuerunt, quod hæc ciuilitas transit ad filium, & nepotem, licet non sint orti per *text. in l. assumptio fin. ibi item qui ex his nascuntur, & in l. libertus §. in adoptiua eod. tit. ibi apud originem aui, ita Bart. & Platea in d. l. filius C. de municip. Bart. & Albert. in d. l. assumptio §. filius*, licet *glos.* ibi tenuerit contrarium, ideò respectu proaui, & aliorum ascendentium, origo non prodest pro nepotibus, alias oporteret Agrum Damascenum, vt per *glos.* & ibi *Doctores refert Alexan. consil.* 16. *num.* 9. *vol.* 5.

16 Et hæc ciuilitas originis non amittitur etiam, quod recedat à patria, & alio incolatum transferat, licet quandoque de hoc in Sacro Consilio fuerit dubitatum, & vota fuerint paria, vt refert *Afflict. in decis.* 384. sed in Camera est absolutum, quod nunquam amittatur ciuilitas originis, etiam quod recedat à patria per ea quæ fundat *Soccin. in cons.* 35. *vol.* 1. *num.* 7.

Et hinc est, quod cum in anno 1541. fuisset prouisum per Illustrissimum D. Petrum de Toledo huius Regni Prore-
17 gem, quod Neapolitani alibi habitantes non gauderent, illud fuit declaratum non procedere in oriundis, sed respectu aliorum, qui sunt ciues per pragmaticam, vel per incolatum, vt apparet in prouisione dicto anno, expedita in libro capitulorum Ciuitatis Neapolis fol. 189. & in mandatis, seù instructionibus, quæ dantur Regijs numeratoribus, quæ sunt registrata in Camera in libro, vbi expressè cauetur, quod orti, vel oriundi, qui habitant in Ciuitatibus Regni connumerantur, alij vero ciues, ex quo non habitant in ciuitate, numerantur in loco, vbi habitant.

18 Secunda species ciuilitatis est illa quæ fit per allectionem, vt dicit *text. in d. l. ciues C. de incol.* ibi ciues facit allectio, quæ assumptionem ad ciuilitatem significat, & ibi dicit *Lucas de Penna in princip. & Bart. in l.* 1. *col.* 4. *vers. posset etiam ff. ad municip.*

19 Quod huic ciuitati est permissum per particulare priuilegium, vt in capitulo Regis

Federici de anno 1496. in *cap.* 15. *fol.* 32. virtute cuius capi-
20 tuli non est dubium, quod ciues allecti gaudent, prout cęteri originarij in honoribus, & muneribus ciuitatis, quod etiam est de Iure, per *textum in l. sed si accepti ff. de Iure fisci*, notat *Bart. in l. si is qui pro emptore quæst. 3. ff de vsucap.* & ibi *Doctores, & præcipuè Iason. in 6. colum. Angel. de malefic. in §. Bononia vers. quæro quis dicatur forensis.*

21 Sed respectu Iurium Regalium, & Dohanarum, fuit maximè dubitatum, & firmauimus, quod non gaudeant, quia hoc non est concessum Vniuersitati.

Imò cum esset petitum, fuit derogatum, vt in *cap. Magni Capitanei de anno* 1503. *in cap.* 23. *fol.* 49. & esset maximum inconueniens, quod exteri Mercatores possent allici ad ciuilitatem, & allecti gauderent dirictibus Regijs, sine Regio Assensu, quia ex hoc destrueretur introitus Regiarum Dohanarum, nam hæc immunitas importat plusquã decem pro centenario, de his quæ contractantur, quod est etiam secundum Iuris dispositionem per notata à *Bart. in l. si maritus §. lege Iulia ff. de adulter. Roman. consil.* 62. *num.* 9. *Roland. à Valle in consil.* 19. *volum.* 2. *num.* 16.

Prætereà per Serenissimos Retroreges huius Regni, & in spetie per Reginam Ioannam I. & Ludouicum eius virum, fuit expressè cautum, quod ciues non fierent per ciuitatem respectu, & ad finem gaudendi dirictibus Regijs sine Assensu Regis.

22 Quod etiam probat apertè prohemium pragmaticæ Regis Ferdinandi I. incipit, pateat vniuersisque, vbi dicitur, quod prædicta prouisio Reginæ Ioannæ, & aliæ fuerant, ita strictè interpretatæ, quod amplius non admittebantur in ciues, etiam illi qui vxorem, domum, & incolatum habebant, & ideò mãdat Rex quod quoties exterus aliquis, in hac ciuitate habuerit vxorem Neapolitanam, & domum propriam ipso Iure intelligatur ciuis, subdens in eadem pragmatica; quod nullo alio modo possit fieri ciuis in hac ciuitate ad finem, vt gaudeat Regijs dirictibus, & ita in Reg. Cam. sępius fuit practicatum.

Et ꝙ vtrumq; requiratur, ꝙ habeat vxorẽ Neapolitanã, & domũ propriam, & ita fuit prouisũ me referente in personã Nicasij Vallese Mercatoris Veneti, vt in libro notamentorũ die 14. Iulij 1570. qui habuerat domum propriam, & habitauerat per 20. annos quo casu de Iure non habebat vxorem Nea-

Neapolitanam virtute Regiæ pragmaticæ, & è contra in multis, qui habent vxorem Neapolitanam, tamen quia non habent domum propriam licet habitent in ciuitate semper iudicauimus ipsos non esse admittendos, & de his extat etiam prouisio Regiæ Cameræ Summariæ, expedita die 22 Martij 1508. fol. 40. per quam prouisionē fuerunt etiā prædicta continuè practicata in Camera.

23 Quæ nō procedunt in eo, qui effectus fuit ciuis per priuilegium Regis, quia tunc etiam respectu dirictuum Regiorum iudicauimus illum esse immunem me referente in personam Gasparis de Cordes patris Raymundi de Cordes.

24 Tertia species ciuilitatis fuit per habitationem continuam in aliquo loco, nam licet sola possessio domus non faciat quē incolam, tamen si habitat cum animo permanendi, vel habitauit per decennium continuū cum omnibus bonis suis, & familia, tunc verè dicitur incola, & tanquam ciuis, reputatur *d. l. 2. & l. priuilegio, & l. ciuis C. de incol.* & ita indistinctè practicamus in toto Regno, in quo Mercatores exteri eo ipso quod habitauerint saltem per triennium, & præstiterint cautionem de continuando habitationē, & de restituendo dirictus in casu quo discesserint, indistinctè expediuntur prouisiones per Cameram, quod tractentur vti ciues, de quo adest specialis *Ritus in Regia Camera sub rubr. de Mercatorib. qui se fac. ciues.*

Sed ista non procedunt in hac Ciuitate Neapolis, in qua virtute Regiæ pragmaticæ, & virtute prædicti ordinis expediti in anno 1508. quantumcunque habitent non gaudent, nisi cum qualitate vxoris Neapolitanæ, & domus, vt supra dictum est.

25 Quarta species ciuilitatis acquiritur in hac Ciuitate Neapolis virtute Regiæ pragmaticæ, quando aliquis exterus ducit vxorem Neapolitanam, & habet propriam domum, & in isto casu ciuis à lege non est dubiū, quod gaudet etiā dirictibus Regijs, verè enim dicitur ciuis, & non fictè, vt per *Bart. consf. 62. & per Plat. in l. ciuis num. 2. ad fin. C. de incol. lib. 10.*

23 Hinc est, quod hæc ciuilitas isto modo adepta per pragmaticam non potest renunciari, & audiui olim fuisse iudicatū in Camera in personam Ioannis de Izijs per *decis. Bart. in l. 1. C de primiceer. lib. 12. & per text. in l. eos C. de his qui spont. muner sub.*

Tamen hoc non indistinctè procedit, quia in eodem anno

1508. die 8. Februarij per Comitem Ripæ Curtiæ, fuit prouisum, quod isti tales ciues si non habitauerint in ciuitate non gaudeant, vt in prædicto Registro Curiæ 6. anni 1508. in fol. 21. & etiam extat alia prouisio D. Petri de Toleto anno 1539. quę prouisiones ita indistinctæ practicantur, & in instructionibus numeratorum expresè cauetur, quod Neapolitani quantumcunque sint ciues per pragmaticã, vel per allectionem, si reperiuntur habitare in aliquibus ciuitatibus Regni tempore habitationis, ibi numerentur tanquam ciues, & incolæ illorum locorũ, vbi habitant, & sic in omnibus decretis, quæ fiunt per Cameram, in quibus aliquo declarantur ciues virtute Regiæ pragmaticæ semper adduntur clausulæ, donec incolatum fecerint in ciuitate cũ eius vxore, & familia, & insuper quod præsentare habeant in Regia Dohana fidem Capitanei plateæ de ipsorum habitatione.

Quæ omnia procedunt etiã ex Iuris dispositione, quia de essentia ciuis est, vt substineat onera, quod si est absens secundũ Regulas Iuris est, quod nec gaudeat honoribus Regula eum sequuntur comoda, quod tradit latè *Soccin. in rubric. ff. solut. matrim.* post tradita latissimè per *Afflict. d. decis.* 384.

Sequitur alia decisio eiusdem Regiæ Cameræ cuius tenor est videlicet.

Quid de eo, qui ortus est Neapoli matre in fraudem parturiente intus Ciuitatem.

27 Sed contingit dubitari in Camera in ista materia, multi enim de Ciuitate Auersæ, Iuliani, & aliorum locorum propinquorũ huius Ciuitatis Neapolis cum haberent prægnantem vxorem, & proximum diebus partus, eam traduxerunt Neapolim, vt ibi pareret, & demum statim orto filio est reuersa.

Dubitauimus, si ille ortus deberet gaudere, & ad instantiam Magnifici Galeatij Pinelli Baronis Iuliani me referente iudicauimus de mense Septembris 1571. quod ille ortus non gauderet, tanquã in fraudem fisci, & Baronis, & fuit adhoc allegata *glos. in l. cum scimus C. de agric. & censit. Bart. & Salyc. in l. si quis C. de natural. liber. & not.* quibus accedant allegata per *Boer. in dec.* 13. *in fine*.

Subsequitur etiam alia decisio eiusdem Regiæ Cameræ per hæc verba.

Quid de infideli Baptizato Neapoli.

28 Quid in eo, qui erat infidelis, & fuit

& fuit baptizatus in hac ciuitate, fuit iudicatum, quod gauderet, vt ciuis ortus, quia tunc dicitur renasci etiam respectu patriæ, & ita decisum pluries in Camera in libro notamentorum sub die 11. Martij 1589 & sub die 15. Aprilis 1570. referente Magno Præsidēte Ioanne Andrea Maiorica, licet *Bar.* videatur tenuisse contrarium, & dubitasse de hac decisione in *l.1. ff. ad municip. nu. 8. & Angel. in l. hares absens §. 1. in fine ff. de iudic.*

29 Sed pro eo facit, quod dicimus de muliere, quæ cum nubit nanciscitur nouam originem illius loci, vbi maritus habet originem *glos. in l. origine C. de municip. l. 1. C. de mulierib. & in quo loco*, quia vt dixit *Bal. in cons. 456. lib. 1.* illa dicitur origo Iuris, quæ dat ius nouæ origini.

30 Et facit, quod in simili dicimus de Sanctis, qui die quo moriuntur intelligūtur nasci *glos. in l. cum quadam ff. de ann. leg. & in §. fin ff. de ingen. & Abb. in cap. licet extra de ferijs.*

Et infidelis baptizatus dicitur ciuis Sanctorum, & Dei domesticus, & quia dignius est regenerari spiritu, quam nasci carne, Ideò debet gaudere, vt ciuis illius loci, vbi regeneratus est, vide *consil. Basil. in sessione. 19. & Caranzam in Sūma conciliorum per ipsum edita fol.* 378. in parua impress. & decisio in *d. l. ad municipes*, potest habere locum in filio nato ex parentibus Christianis, & baptizato Neapoli licet etiam in eo videntur idem sentire *Bart. in l. ciues in 2. addit. C. de incol. lib.* 10.

Facit etiam quod manumissus sortitur patriam manumittentis *instit. de libert. §. libertinorum.*

Additur alia decisio eiusdē Regiæ Cameræ Summariæ, cuius verba sunt.

Quid de eo, quo non habet domum propriam, sed dotalem.

31 Quod in eo qui habet vxorē Neapolitanam, & domum dotalem tantum, an possit declarari ciuis seruata forma pragmaticæ, & dubitauimus, quod pragmatica requirit, quod domus sit propria, quod videbatur non posse verificari in domo dotali, quia licet vir sit Dominus dotis durante matrimonio per *tex. in l. dote ancillam ff. de Iure dot.*

Tamen illud est reuocabiliter, quando soluitur matrimonium, & sic audio alias fuisse iudicatum etiam in eo, qui habebat domum cum pacto de retrouendendo, nam pragmatica debet intelligi in eo, quæ habet domum irreuocabiliter.

Vnde meo tempore in domo

dotali declarauimus, quod sufficiat, & ita iudicatum in personam Ioannis de Vittorio, vt in libro notamẽtorum die 16. Ianuarij 1572. per *text. in l. sciendum §. si fundus ff. qui satisdar. cogant.*

Idem pluries iudicauimus; quo ad domum receptam in emphiteusim.

Accedit alia decisio eiusdẽ Regiæ Cameræ quæ his verbis complectitur.

Quid in expositis.

32 Quid in expositis in Hospitali Diuæ Mariæ Annunciatæ huius Ciuitatis, tunc iudicauimus idem, quod gaudeant, vt ciues orti, quia nullam aliã originem habent, & non deducuntur à foculari, licet nunquã habitent in hac ciuitate, & ita decisum in causa Simonelli de Nigro in Banca Cęsaris Surrentini, & alias pluries per decisionem *Bart. in l. fin. in fin. de iudic.* cui addo *Fabr. in decis.* 20. *C. de verb. signif.*

33 Quo vero ad filios expositorum fuit prouisum, quod non gaudeant, vt oriundi, vt in libro notamentorum die 20. Octobris 1568. ne fortè duo specialia concurrant.

Adnectitur alia decisio eiusdem Regiæ Cameræ Summariæ his verbis contenta.

Quid in eo, qui est ortus extra Ciuitatem Neapolis in aliqua parte, in qua parentes non constituerant Domicilium, sed erant transeuntes, vel ad tempus trahebant ibi moram.

34 Fuit dubitatum per dictum *Bart. in l. filios C. de munerib. & orig. lib.* 10. vbi videtur firmare, quod illa origo sibi non profit, & per consequens non amictat priuilegium originis loci, in quo fuerat nasciturus.

Sed è contra facit *text. in l. huiusmodi §. legatum de legat.* 1. & ibi *Bal. Angel. & Castrens.* & licet secundũ magis cõmunem opinionem *DD.* firment, quod filius quantumcunque natus extra locum habitationis paternæ efficitur ciuis loci originis.

Attamen omnes firmant; quod debeat gaudere immunitate loci, in quo pater habitat, ac si ortus esset, ita *Felyn. in cap. Rodulphus extra de rescript. col.* 8. *num.* 13. *&* 14. *post DD. in d. l. huiusmodi §. legatũ ff. de legat.* 1. vbi *Iason. nu.* 14. *Cuman. in l. cętera §. sed, & si quis ad opus circa finem de legat.* 1. *Alex. in l.* 1. *ff. ad municip. in addit. ad Bart. in §. legatum in fine, & Ripa* latè *in tract. de peste in tit. de remed. contra pestem nu.* 188.

Adstipulatur sequens alia decisio per eandem Regiam Came-

Cameram Summariæ facta sub talibus proprijs verbis.

Quid in eo qui non est natus in Ciuitate, nec est filius orti, sed est filius ciuis allecti, vel eius qui est ciuis per pragmaticam, an debeat gaudere.

35 Et Camera decidit, quod sic in personam Sigismundi de Palagani,& Decretũ in libro notamentorum sub die 8. Iulij 1553. & non iniusta ratione, quia legitimus eiuis est,& non ad instar ciuiũ *l. sed si accepto ff. de Iure fisci*,& priuilegia ciuis assumpti transeunt etiam in filium *Bald. in l. non plures C. de sacrosanct. Eccles.* post *Bart. in l. libertus §. patris ff. ad municip.* ibi *Alex. & Bald. in l. 2. C. de liber. & eor. liber. circa finem vers. item*, idem firmat *Alex. in consil. 16. num. 9. lib. 5.* post *Lapum in cap. 1. col. 3. de tẽpor. ordinat. lib. 6. Boer. decis. 13. nu. 6. & 7. Bal. in l. 2. ad finem C. de liber. & eorum libert. Alex. in l. & quia ff. solut. matrim. nu. 4 Luc. de Penna in l. ciues C. de incol lib. 10.*

Additur alia decisio eiusdẽ Regiæ Cameræ Sũmariæ prout infra.

An is qui habet vxorem ortam, & domum propriam dicatur ciuis ipso Iure ante petitionem.

36 Die 19. Septembris 1573. decidimus in Camera, quod si aliquis exterus habuit vxorem ortam in ciuitate,& domum propriam,& non petijt declarari ciuem tempore quo viuebat vxor, sed petit illud declarari post mortem suæ vxoris, quod habeat gaudere, licet fuerit habita maxima discussio super hoc, & casus fuerit visus, maximè dubius, ex eo quod in simili videmus in patre 12. filiorum, quod licèt lex det ipso Iure priuilegium, quod semel quæsitũ durat etiam post mortem aliquorum filiorum, tamen illud priuilegium non cõpetit, nisi à die petitionis,& si filij moriantur ante petitionem, non competit priuilegium.

37 Tamen contrariũ decidimus moti, ꝙ prag. Regis Ferdinandi, ꝙ nõ possit fieri ciuis Neapolitanus quis nisi habeat vxorem ortam,& domum, est odiosa, quia est contra ius cõmune, quo per habitationem longi temporis, & translationem fortunarum, & domicilij sine dubio quæritur ciuilitas, hoc tamen nõ habet locum in sola Ciuitate Neapolis, in qua per illam pragmaticam est cautũ, vt habeat vxorẽ ortam, si ergo aliquis habitauit taliter, quod de Iure communi debebat dici ciuis, & amplius adimpleuit ea adque tenebatur, vt pragmatica locum haberet, statim opor-

oportet dici, quod fuerit ciuis etiam ante petitionem, & si moriatur demum vxor, quod illud remaneat dispositioni Iuris communis, quo cauetur, quod priuilegium semel quæsitum duret.

Fuit nihilominus maxima decisio secundum meum votũ, & pro maiori parte, quia alias decidimus contrarium, referente D. Dauid in personam Illustrissimi Marchionis Lauelli, & sic priuilegium semel quęsitum non amittitur *Regul. decet priuilegium de regul. Iuris in 6. l. sciendum §. fin. qui satisdar. cogant.* vbi *Soccin.* dicit hanc opinionem esse communem, licet multi disputando tenuerint contrarium *Ripa in l. ex facto ff de vulg. & pupill.* tamen lex est, quæ dat priuilegium non Iudex *l. fin. C. de his qui numer. liber. lib.* 10. vbi *glos. super verbo impetrata dies petitionis attenditur per glos. in l fin. ff. vnde liberi in verbo si prius.*

Sequitur alia decisio in materia eiusdem Regiæ Cameræ, per hæc verba.

Qualiter, & quomodo debeat ciuilitas Neapolitana probari.

38 Et de modo qualiter debeat probari ciuilitas Neapolitana alias fuit habita magna discussio, stante quod hæc ciuilitas habet priuilegium Regis Federici expeditũ in anno 1498. in libro capitulorum Ciuitatis Neapolis fol. 42. in quo est cautum, quod sufficiat sola fides electorũ non debeat simpliciter recipi stante, quod nõ omnes ciues gaudebant immunitate per supradicta, & ideò pretendebat, quod stante sua oppositione interim præsentes solitæ per Cameram expediri nõ debebant, iuxta ea quæ tradit *Alex. in l. qui bona §. fidem ff de damno infecto.*

Ideò hęc ciuitas de hoc multũ est conquesta de anno 1572. prætendens rupturam capitulorum super quo congesti sunt omnes Regij Consiliarij in Collaterali Consilio cum tota Regia Camera die 14. Ianuarij 1572.

In materia autem huius ciuilitatis acquirendæ si vis latè videre adeas *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 42. Annam in alleg.* 130. *Auiles in c. 2. prætor. in verbo tales ruebbas Ludouic. in decis. Perus. 76.* latè *Mascard. de probat. conclus.* 135. *&* 295. & nouissimè *D. Riccium in dec. 152. par. 2.*

39 Hæc autem ciuilitas quando, & quibus concedi possit, vide *Bargium in decis. Bonon.* 117. & qualiter acquisita amittatur, vel retineatur explicat *Surd. cons. 419. vol. 3.* & an taliter acquisita recenseat ad filios

lios vide *Aldobrand. in consf.2.*

41 Ciuilitas ex quibus contrahatur, & an exterus à Rege assumptus in ciuem Neapolitanum gaudeat ijsdem priuilegijs, & immunitatibus quibus gaudent Neapolitani, si alibi habitet vltra superius relata est decisio manuscripta *Reuerterij* 105. quam hic non describo, sed ad illam me remitto breuitatis causa, quæ mihi semper condi fuit.

QVAESTIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Curiales Magnæ Curiæ Vicariæ gaudent fori beneficio, & idem est de curialibus Regiæ Audientiæ nu.4.*

2 *Officiales gaudent fori priuilegio.*

3 *Curiales Aduocati, & Procuratores tam Neapolitani, quam exteri gaudent beneficio fori.*

5 *Curiales non assistentes in Curia non gaudent beneficio fori.*

6 *Curiales habent beneficium fori etiam contra alios priuilegiatos.*

ARGVMENTVM.

An in caussis curialium Magnæ Curiæ Vicariæ, & Regiarum Audientiarum habeat locum beneficium electionis fori.

1 REgula sit negatiua, vt cauetur de Iure nostri Regni, per *text. in ritu* 232. *per hac verba.* (Item, quod omnes curiales dictæ Curiæ, siuè sint ad gagiam ipsius Curiæ, siuè non omnes, qui dictam Curiã sequuntur, vt Aduocati, Procuratores, alijque scriptores curialium, priuilegio permittente in ciuilibus, & in criminalibus causis trahunt eorum aduersarios in dictam Curiã, sed ipsi in alijs non trahantur ad instantiam suorum aduersariorum, & tradidit etiam *Tapia in Constit statuimus nu.* 12. *de offic. Magistri Iustitiarij* ex quo videtur dicendum habentes fori electionem non posse istos trahere ad alia tribunalia.

2 Amplia 1. in Officialibus ipsius Curiæ, quia sub nomine curialium, ipsi quoque intelliguntur, nam sine istis Curia Regi non posset, vt in proprijs terminis se consuluisse, refert *Viuius in addit. ad eius decis.* 65. *num.*7. sequitur etiam *Tapia in Constit. statuimus nu.* 17. vbi Officiales inter miserabiles personas enumerat, allegat *Rebuff. in Constit. Galliæ in tit. de sententijs prouisionalibus gl. fin. vers.* 3. quem sequitur *Azeued. in l.9. num.* 14. *lib.*4. *noua recol.*

recollect. tit. 3. & iuxta hanc opinionem videtur sentire *Mandos. in regula Cancellar. Apost. 5. de reseruat. nu. 5.* dum illam regulam loquentem de curialibus, locum habere concedit, ac comprehendere etiã Officiales: & quod Officiales actu seruientes non extrahantur extra Tribunalia, quibus inseruiunt: ita tamen, quod nec ipsi possint trahere alios à Iudicibus proprijs, refert decisum *Pisanell. in addit. ad Afflict. in decis. 56.* de quo meminit *Foller. in pract. crimin. in verb audiãtur excusatores nu. 38. de Ponte decis. 36. num. 11.* & habetur nouissimè per *Thorum in Compend. decisionum in ver. Officiales*, & latè dictũ fuit supra *quæst. 34. ead. Sect.*

3 Amplia 2. non tantum in curialibus, Aduocatis, Procuratoribus, Neapolitanis, sed etiã exteris, veteranis, & matriculatis, vt animaduertit *Muscatell. in praxi Sacri Consilij in gloss. competentes nu. 74.* quicquid dicat *Carauit. in d. ritu 232.* vbi hoc firmat tantum in Procuratoribus, & Aduocatis Neap. iuxta quam sententiam refert iudicatũ ipse *Muscatell.* vbi supra per Magnam Curiam Vicariæ in fauorem Procuratorum, qui non erant Neapolitani, & idem practicasse in eadem Magna Curia Vicariæ, testatur *Tapia in Cõstitut. Regni statuimus nu. 14.* vt meminit *Thorus in suo Compendio decis. in verbo fori priuilegio.*

4 Amplia 3. etiã in curialibus Aduocatis, Procuratoribus, & Scribis Regiarum Audientiarum: nam isti etiam gaudent priuilegio fori, vt in praxi esse receptum testatur *Tapia in d. Constit. Regni statuimus nu. 16.* sequitur *Carauit. in ritu 232. num. 4.* vbi ait, nullum dubium esse, quod curiales Regiarum Audientiarum dicantur Regales curiales, quia curia ipsius, dicitur curia Principis, sicuti Magna Curia, vt per *Afflict. in Constitut. Regni iustitiarij nomen notab. 19. nu. 24.* & per eundem *Carauitam in ritu 54.* quod probatur etiã per *ritum Magnæ Curiæ Vicariæ 233.* vt, & ait *d. Carau. in d. ritu 232.* qui sic decisum refert, & contrarijs respõdet.

Amplia 4. etiam in Magistris Actorum, vt per *Annam in singul. 48.*

5 Limita 1. vbi isti curiales in audientia non assistunt, nam nõ gaudent eo beneficio, enim priuilegium habent quousque in Regijs Audientijs assistunt, *Carauit. in d. ritu 232.* vbi allegat *Isern. & Afflict. in d. constit. statuimus notab. 6. num. 8. argum. tex. in l. fin. C. de re militari l. generaliter C. de Episc. & Cler.* & ideò si in eorum patria

tria contraherent, vel delinquerent, tali priuilegio non gauderent *l fin. in fine* C. *de priuileg scholarium lib.* 12. etiã si cum licentia ad eorum domos accessissent, iuxta opinionem *Isernia in d. Constitut. statuimus*, quod mihi non placet.

6 Scias autem in materia, quod curiales habent beneficium, vt possint trahere alios æque priuilegiatos, vt per *rit. Magna Curia Vicaria* 128.

QVAESTIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Habens fori electionem, agens litem cum suo affine coram ordinario, & deindè volens variare forum, ex priuilegio suo affine petente compromissum impeditur eligere, & ab electione desistit.*

2 *Causa inter consanguineos vsque ad quartum gradum debent compromitti.*

3 *Propter lites multi deducti sunt in egestatem.*

4 *A litibus inter ciues Vniuersitates lędunter, & damnificantur.*

5 *Ex litium abbreuiatione publica vtilitati consulitur.*

6 *Lites solent esse occasiones criminum.*

7 *Festinãtes lites effundunt sanguinem.*

8 *Optimo Principi conueniens est lites dirimine.*

9 *Petitio compromissi facta virtute pragmatica odia litiũ impedit fori electionem.*

ARGVMENTVM.

An petitio compromissi vigore pragmatica odia litium impediat fori electionem.

1 Regula sit affirmatiua, & sic quod si habens fori electionẽ agat litem cum aliqua persona eius affine coram Iudice ordinario, & deindè vellet variare forũ ex priuilegio competenti, vel variauerit forum, si illa persona eius affinis petat cõpromissum impeditur forum eligere, & ab electione facta desistit, quia cum vigore *pragmatica odia litiũ de arbitris*, quã latè exornant, *Borrell in eius comment.* & nouissimè in *Summa decisionum in tit de compromissis, & arbitris D. Riccius per varias decisiones in Collect. decis. Collect.* 79. caueatur, vt causæ inter

2 consanguineos vsque ad quartum gradum compromittantur non est dubitandum illos debere compromittere, & desistere ab incepto Iudicio ordinario.

Quæ opinio magis debet procedere cum simus in casibus fauorabilibus, nam hæc ita tuta quæ disponunt coniunctos

debere

debere causas compromittere sunt optima ad euitandum iudiciorum strepitum, odia, rixas, & euitandos sumptus, ac expensas, vt tradunt *Duenas regul.* 36. *Anneus Robertus rerum iudic. cap.* 8. *lib.* 3. *Afflict. in decis.* 46. *Ludouic in dec. Perus.* 47. *Cartar. in decis. Genua* 25. nam propter lites multi
3 deducti sunt in egestate, vt dicit *text. in* §. 1. *authent. vt different iudic.* hinc etiam ortæ sunt rixæ *l. seruus* §. *sed si aliqua ff. de action. & obligat.* & ideò execrantium lites laudabile est notum *cap.* 2. *de verborum significat. in* 6. ex litibus
4 enim inter ciues nedum ipsimet ciues dispendijs afficiuntur, sed Vniuersitates leduntur pariterque damnificantur, vt probat *text. in l. si quis ingenuam* §. *in ciuilibus ff. de capt. & post limin. reuers.* & è
5 contra ex litium abbreuiatione publicè consuluitur vtilitati, vt post *Bart.* tradunt *Carauit. in ritu Mag. Cur. Vic. nu.* 2. *Vasq. controuers. Illustr. cap.* 41 *nu.* 18. *& cap.* 52. *nu.* 12.
6 lites enim, vt plurimum solent esse criminum occasiones §. *si verò aliquis auth. de trient. & semis.* iaque *Ecclesiast. cap.* 28. patet ibi abstinè te à lite, & minues peccata, & paulò inferius
7 litem festinans effudit sanguinem, vnde dicit *Specul. in tit. de prparatorijs Iudic. num.* 9. quod lites omninò sunt fugiendæ etiam si oporteat rem propriam dimittere, quod comprobatur ex *Marc cap.* 10. vbi dicit, quod si quis voluerit tibi tunicam tollere, & in iudicio tecum contendere dimitte ei pallium.

8 Vnde decet optimum Principem lites dirimere, & litium dispendijs occurrere, & ista debet esse præcipua legislatoris cura *cap. finem litibus extra de dolo, & contumacia*, *cap.* 1. *de appellat. in* 6. *l. litibus C. de agricol. & censit. lib.* 11. *clementin. dispendiosam de iudic. cap. dispendia litiũ de rescript. in* 6. *cap. virgantium extra de re iudic. l. properandum in princ. C. de iudic.*

9 Ex quibus omnibus firmo opinionem, vt petitio cõpromissi facta vigore pragmaticæ odia litium de compromissis impediat electionis fori beneficiũ, licet contrarium tenere post hæc scripta vidi *Capobianc. de Authorit. Baron. pragmat.* 8. *nu.* . . . *in nouiss. impress.*

QVAESTIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Habentes fori electionem, ea vti non possunt causa defatigandi collitigantes.*

2 *Dolus, & fraus nemini debẽt patrocinari.*

3 De-

3 *Delinquentes in Ecclesia, vel sub confidentia ipsius immunitatis non gaudent priuilegio immunitatis.*

4 *Peccans spe consequenda absolutionis virtute indulgentiarum non debet absolui.*

5 *Pulcherrima Lactãÿ firmiani verba referuntur.*

6 *Frustra priuilegÿ auxilium implorat, qui contra priuilegÿ facit voluntatem.*

7 *Facilitas veniæ tribuit ingentium peccandi.*

8 *Priuilegium prabens occasionem peccandi non valet.*

9 *In priuilegÿs tacitè subintelligitur quod quis eorum virtute vtatur absque fraude.*

10 *Alimenta sunt prastanda lite pendente.*

11 *Fallit vbicunque apparet de malo Iure petentis illa.*

12 *Bona fidei possessor facit fructus suos, licet secus male fidei num. 13.*

14 *Mala fides defuncti nocet etiam haredibus, ita quod successores mala fidei nunquam prascribere possunt etiam si sint in bona fide nu. 15. & amplia nu. 16.*

17 *Mala fides defuncti nocet etiam haredi vniuersali.*

18 *Mala fides haredi nocet, ne prascribat pro personalibus etiam actionibus.*

19 *Bona fides in centenaria quoque prascriptione requiritur.*

20 *Dolosus debitor priuilegio nõ gaudet, sic maritus qui dolo fecit, quominus dote solueret num. 21. & sic etiam dicimus de beneficio, quod cum eo, quod non competat filio familias, qui dolo versatus est in contrahendo nu. 22.*

ARGVMENTVM.

Electio fori an sit concedenda, vbicunque apparet priuilegiatas personas hoc facere caussa defatigandi collitigantes.

1 Regula sit negatiua, vt electio fori minimè sit concedenda, quando apparet priuilegiatas personas eligere forum causa dèfatigandi collitigantes enim *l. vnica C. quando imper. inter pupill. & vid. & Constit. Regni statuimus de Magistr. Iustit.* quæ fuerunt ad bonum finem conditæ pro ipsarum miserabilium personarum tutamine si aliter diceretur, tribuerent ipsis delinquendi causam, atque ita operarentur malum *argum. text. cap. est iniusta 24. quæst 4.* cũ
2 dolus, & fraus nemini debeãt patrocinari, vnde meritò videmus, quod licet delinquens, & ad Ecclesiam confugiens in ea sit tutus, ita quod ab ea egici non potest, iuxta *text. in cap. inter alia de immun. Eccles. & iuxta bulla fœlicis memoria Papa*

Papa Greg. XIII. tamen ipsius
3 Ecclesiæ immunitas non prodest illis, qui in ipsa Ecclesia, vel sub cõfidentia spei immunitatis Ecclesiasticę delinquũt vt cauetur *in cap. fin. de immu. nit. Eccles.* oportet enim reprimere audaciam eorũ, qui hac immunitate freti crimina frequenter committunt alioquin de facili ea committerentur, & esset contra mentem eorum qui prædictam immunitatem sacris locis concesserunt, non vt esset refugiũ, & spelunca latronum, sed vt præstarent tutamen miseris, qui fragilitate humana, aut casu in aliquod crimen incurrissent, vt plura allegando tradit *Paz. tom.* 1. *5. par. cap.* 3. §. 3. *num.* 16. *Bouadilla lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 92. *ad med.* vnde optimo Iure cautũ est *in d. cap. fin.* ne gaudeat Ecclesię immunitate, qui sub eius confidentia, & spe crimen committit, vt etiam obseruant, & docent *Gon. de immun. Eccles. fall.* 25. *Villad ad for. Iuzgo lib.* 9. *tit.* 3. *l.* 1. *num.* 10. *vers.* 3. *excipitur Alciat in reg.* 3. *præsump.* 33. *Clar. lib.* 5. §. *si quæst.* 30. *num.* 15. *Azeued. lib.* 1. *tit.* 2. *lib.* 3. *ex nu.* 24. *Menoch. de præsumpt. libr.* 5. *præsump.* 10. latissimè *Guttierez lib.* 3. *practica quæst. cap.* 1.

Et hinc *Palat. in repet. cap. per vestras in initio in* §. 10. *num.* 2 *de donat. inter virum, & vxorem*, asseuerat peccantem spe consequendæ absolu-
4 tionis virtute, & ratione indulgentiarum, & Apostolicarum litterarum non posse absolui, quam etiam opinionem sequuntur *Couar. libr.* 2. *var. cap.* 20. *num.* 15. *vers.* 26. *Menoch. lib.* 5. *præsumpt.* 10. *nu.* 6. *Cordub. tract. cas. conscient. qu.* 22. *vers. con tal condicion que no aya cometido, Lopez* 1. *part. inst. cas. conscient. cap.* 21. *pag.* 75. *vers. sed ego dico, Baldes. in tract. elemos.* 1. *par. fol.* 10. *col.* 4. *Ortiz. in resol. cas. conscient. resol.* 1. *fol.* 208. *vers. nota que los delictos*, & in ipsius confirma-
5 tione iuuant pulcherrima *Lactantij Firmiani verba in lib.* 6. *diuinar. instit. cap.* 13. quæ post alios vbi supra referuntur *à Bouadill. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 27. ipse in quam cum de elemosina elargienda disseruisset, ita inquit, nec tamen quia peccata largitione tolluntur dare tibi licentiam peccandi putes abolentur enim si Deo largiare, quia peccaueras, nam si fiducia largiendi pecces non abolentur, quæ verba eleganter declaratur ab Angelico Doctore *D. Thom. vna cum Caiet.* 2. 2. *quæst.* 21. *art.* 2. *ad* 3.

Corroboratur etiã hæc opinio ex *l.* 1. §. *hac autem actio*, ibi qui hac spe audacior factus est, & ibi spe imminentis libertatis *ff. si quis testament. lib.*

lib. esse iussus, & in cap. quando il 1. de cons. dist. 4. ibi multos noui, qui hoc passi sunt, qui spe baptismatis multa peccabant, in *cap. illud §. licet de Cler. excomm. ministr.* ibi illud autem, quod sub spe veniæ quibus Iuribus, & alijs allegatis à Doctoribus, elegantissimè probatur spe veniæ, aut indulgentiarum peccantem, non vtiq; posse earum virtute absolutionem consequi, quod etiã tradit *Clar. lib. 5. §. fin. qu 59. nu. 12.* vbi etiam alios refert *Baiard. in addit. nu. 97. Guilliel. Benedict. in repetit. cap. Raynutius verb. mortuo, itaq; testatore el 1. nu. 112.* & ratio est, quia frustra priuilegij auxilium implorat, immo illud amittere meretur qui contra priuilegij tendit voluntatem, nec est dignus vt eius beneficio iuuetur, qui eo malè vtitur, iuxta *tex. in l. auxilium in fin. ff. de minorib. cap quia frustra de vsur. Azebed. lib. 6. tit. 1. l. 1. num. 46.* eo

6

7 præsertim, quod facilitas veniæ ingentiuum tribuit delinquendi, vt habetur *in cap. iniusta 23. qu. 4. & in cap. vt Clericorum de vit. & honest. Cler.* & ait *tex in cap sanè de pœnit. distin. 3.* nemini dedit Deus laxamentum peccandi quãuis miserando deleat facta peccata.

Circa ꝙ ad cõprobationem videtur satisfacere *Conc. Trid. sess. 24. de ref. mat. cap. 5.* vbi qui deliquit cum cõsanguinea spe matrimonij difficilius obtinet priuilegiũ, vel dispẽsationem, & illa non gaudet, nisi id exprimat, ad cuius *tex.* declaratur est vidẽdus *Nauar. in manuali c. 22. nu. 86* ex quibus, & alijs, quæ consulto omitto cũ

8 frequenter referãtur à *DD* optimè colligitur non valere priuilegium, ꝙ causã, & occasionẽ peccandi prębet, & peccato patrocinatur, ergo cũ istud cõtineat priuilegiũ de quo agitur nempè dũ habens electionẽ fori illa vtitur causa defatigandi collitigantes videtur dicendũ eligentis forũ causa defatigandi litigantes nequaquã

9 deberi, neq; posse talẽ electionẽ concedi cum tacitè id subintelligatur in omnibus priuilegijs, quod virtute eorum vtantur absque fraude.

10 Vnde meritò in quadã facti contingentia dicebã, quod licet lite pendente sint alimẽta præstanda, ex *tex. in l. si institута §. fin. ff. de inoff. test.* & ad latè tradita per *Valasc in dec. 1. Affl in dec. 11. Ludou. in dec. 46. Franch. in dec. 614.* & abunde post alios *D. Ricc. in decis. 251. p. 2* tamen dixi hoc nõ procedere vbicunque alimenta lite pendente peterentur, & constaret de malo Iure petentis illa contra decisionem factam in Curia Archiepiscopali Neapolitana, de qua per *Dominũ*

 mum

meum Riec. in decis. 191. *par.* 1.
12 Et huc spectat, quod licet bonæ fidei possessor habeat, & faciat fructus suos, ad *text. in l. bona fidei emptor ff. de acqui rend. rerum dominio*, tamen
13 hoc cessat in male fidei possessore, qui non facit fructus suos *l. certum est C. de reiuendicat.*
14 ita quod mala fides defuncti nocet etiam hæredibus, & successoribus suis, quo ad præscribendum *l. cum hæredes ff. de diu. & tempor. præscript. Bero. cons.* 82. *nu* 5. *vol* 3. *in cap. gratis num.* 38. *de restit. spoliat. & in cap. de quarta num.* 15. *de rescript. Surd. cons.* 73. *num.* 14. *& Bald. in tract. de rescript. fol.* 14. *& sequent. colum.* 11. vbi elucidat istam esse communē opinionem, & ponit pro regula *Iacob. Nouell. in reg.* 88. *Cranett. consil.* 424. *num.* 25. *col.* 3. *cons.* 871. *num.* 23. *vol. Pascthus cons.* 103. *num.* 8. & successores
15 malæ fidei nunquā præscribere possunt etiam, q̃ sint in bona fide, & se eorū persona præscribere velint *Laurent. de Pinu cons.* 90. *nu.* 7. *Crau. cōs.* 388. *nu* 10. *vol.* 3. *& Riminal. Iun. cons.* 439. *cum alijs seqq. vol.* 3. quæ quidē procedit de Iure ciuili non autē canonico, vt per *Dyn. & alios in regul. possessor male fid.* 1 *lib* 6. *Bar. in l. cū hæres ff. de diu. & temp. præscript. & Zannett. de different. Iuris ciuil. & Canon. in* 1. *diff. nu.* 145 etiā procedit de plano in successore layci, non autem prælaturæ, vt per *Barbat. cons.* 9. *nu.* 8. *col.* 1. & sortitur quoque
17 locum vbicunq; hæres vti vellet defuncti accessione, alias secus, vt per *Bero. in d. cons.* 82. *num.* 15.
17 Imo mala fides defuncti nocet etiā hæredi vniuersali, qui titulo hæredis hæreditatē adiuit volenti à semetipso, & ex sua persona præscriptionē ipsā inchoare, ita *Alex. in l. Pantonius §. cum quis adminiculo ff. de acquir. poss. Isern. in c.* 1. *§. porro nu.* 27. *qua sit* 1. *caus. benef amit Rom cons.* 102. vbi perhibet istam esse communē opinionē, & *Gozad. cons.* 56. *sub nu.* 15. *Crauet. cons.* 146. *nu.* 7. *vol.* 1. *& Curt. Iun. consil* 181. *& cons.* 187. *col. fin. vol.* 2. *Rimin. Iun. cons.* 248. *nu.* 36. *vol.* 3.
18 Prout ipsi hæredi mala fides similiter obest ne præscribat etiā pro personalibus quidem actionibus, vt per *glo. in d. reg. possess male fidei, vbi Couar. §.* 11. *p.* 2 *sub nu.* 3. *vers bine sanè deducitur*, vbi memorat istam esse cōmunem opinionē *Soce. Iun. cons.* 144. *nu.* 46. *& seq vol.* 1. *Ruin. cons.* 170. *nu.* 31. *vol.* 1. & magis communem *Gabriel lib.* 5. *de præscript. concl.* 3.
19 Imo mala fides adeò nocet, vt etiā quis ex præscriptione tanti tēporis, cuius memoria non extat in contrariū iuuare se mi-

se minimè possit cũ in præscriptione etiã cẽtenaria requirantur bona fides, ita *Angel. in l. qui luminibus ff. de seruit. vrb. præd. Cuman. cons. 64. Cephal. cons. 455. nu. 86 vol 4. Franch. in c. 1. in fin. de præscript. in 6.* & ibi *glos.* quã sequitur *Dec. in d. cons. 43. nu. 55.* & Sacr. Cons. Neap. referente *Affl. dec. 368.* & istam ait fore magis cõmunem opinionẽ *Rimin Iun consil. 258 nu. 45. cũ alijs sequ. vol. 3. Vrsill in addit. Affl. in decis. 140 & 329.* & sequitur *Verall. decis. 362. nu 3.* præscribere nõ potest *nu. 1. & seq in 2. par.* vbi recensuit *Rot. Rom.* alias iudicasse etiã minimè currere præscriptione contra rem iudicatam, & post executionem petitam, & ita residet etiã *Berret. cons. 12. sub nu. 8. & seq. vol. 1.* iuxta quam sententiam quandoque interrogatus respondi.

Caueant igitur quæso Iudices tales admittere electiones vbicunq; est præsumptio, & ex aliqua re appareat ipsas personas priuilegiatas eligere forum causa defatigandi partes aduersas, nam nõ debemus, ita istas personas fouere, ita vt de aliorum causis rationibus, & æquitate immemores simus, cũ vbi versatur dolus debeat cessare omnis fauor, & omne priuilegiũ, vt per *tex. in l. sed hoc ita § fin. ff. de re iudic. Surd. de aliment. quæst. 78. nu. 42. Baez de inop debit. cap. 16. num. 23. in fine.*

20 Vnde videmus, quod dolosus debitor priuilegio non gaudet deducto ne egeat, sed insolidũ tenetur *Natta cons. 361. nu. 2. & 7. Ladereh. cons. 30. num. 4. Lancellot. de Attent. parte 3. cap. 31. num. 44. Costa de remed. subsid. remed. 28 sub nu. 7. Antonin libr. 1. resolut 41. num. 1. Brunor. a sol quæst. 9. nu 6. Pateus decis. 251. & decisio 394. par. 1. Marta de iurisdict. par. 4. cent. 2. casu 186. num 4. Genuen. in sua praxi Archiepisc. Neap. cap. 3 nu. 6. dixi in libro singularium obseruationum voto 34.* qui liber quam citius Deo dante in lucem dabitur.

21 Vt pariter de marito, (qui si dolo fecit quoniam dotem solueret) eo priuilegio non posse vti adnotauit *tex in l. etiam §. 2. ff solut. matr. Baez de inop. debit. cap. 15. nu. 11. & cap. 16. nu. 22. in fin. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78. nu. 42.* post *Campeg. de dot. par. 3. quæst. 262.*

Et idem in socero voluit *text. in l. penult. ff. de Iur. dot.* & tradiderunt *Couarruuia in cap. quamuis num. 7. de testament. Palat. in Repetit. cap per vestras de donat. inter. vir, & vxor. notab. 3. §. 24. num. 7. Campeg de dot. parte 2. quæst. 250. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 43. Cotta de scientia, & ignorant. centur. 2.*

distint 32.*num* 10. *Amat. in decis. Rot. Marchia.*16.*num.* 2.*&* 13.*dixi in voto* 34.*nu.*11.

21 Vnde meritò filius familias, qui dolo versatus est in contrahendo, beneficium quod cum eo non habet, vt traditur per *Giurb. in decis. Sicilia* 41. *num.* 1. ad quod allegat *textum in l. sed, & si §. interdum, & l. cum qui ff quod cum eo Franc in decis.*164.*num.*11. *& decisio.* 221. *num.*13. *Paris consil* 94. *num.*8.13.42. *&* 54. *vol.*4. *Soccin. Regul.*16. *Tusch. conclus.*782. *num.*31. *litera E tom* 3.*Vrsill. decis.*308.*num.* 20. *Ferrat. cautel.*14. vbi dicit hanc notabilem, *ad text. in l.* 2. *ff & C. quod cum eo* limitationem esse *Carocc. in dec.*1. *num.*15. iuxta quorum sententiam quandoque respondi interrogatus.

Quare merito in quadam facti contingentia consultus dixi licentiam Episcopi de extrahendo delinquentem ab Ecclesia extra casus exceptuatos non excusare gubernatorem à pœnis Bullæ, vbicunque sciret Ordinarium illam licentiam impartiri non posse, ex eo, quod licet authoritas, & iussus superioris excusent, ad *textum in l final.* cum ibi notatis per *Bart. Alexan. & Iason. ff. qui satisdar. cogant. l. final.* cum ibi notatis per *Bar. ff. ad municipal. cap. venientes de iure iurando*, tamen hoc non procedit, vbi hoc maliciosè fieret, *argum.* eorum quæ notat *Parpal. in l. si quis maior num.*34. *C. de transact.* prout in casu de quo agebatur, nam cum gubernator sciebat Episcopum non posse impartiri illam licentiam, non debebat extrahere reum ab Ecclesia, licet si verè constaret hoc non sciuisse, tunc esset ipse excusatus, vt deinde audiui fuisse iudicatum, de quo magnam sumpsi lętitiam.

QVAESTIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Habentes fori electionem non gaudent hoc priuilegio in illis causis, in quibus Iudex est specialiter deputatus.*

2 *Miserabilis persona agens cum fisco ab illius foro discedere non potest.*

3 *In causis feudalibus cessat electio fori.*

4 *Miserabiles personæ volentes accusare Officialem à foro sindicatorum discedere minimè valent.*

5 *Habens electionem fori, & damnum inferens à curia baiulorum cognosci debet, & varia*

variare non potest.

6 *Inquisitus de crimine haeresis, & habens fori electionem sanctissima Inquisitionis forum declinare non potest.*

7 *Tribunal Artis Lanae habet iurisdictionem ciuilem, & criminalem in exercentes artem praedictam, & sic habentes fori electionem praedicti tribunalis forum variare non possunt.*

8 *Idem procedit in matriculatis artis Serici.*

9 *Hoc etiam procedit in causis maritimis, in quibus Iudex specialiter deputatus est Curia Admiratia.*

10 *Curia Admiratiae cognoscit de offensa facta Magnae Curiae Vicariae.*

11 *Vidua habens fori electionem ea vti nō potest, quando agit ad exigendam dotem.*

12 *Miserabiles personae conuentae super falsitate ponderum gaudent electionem fori.*

ARGVMENTVM.

An in causis in quibus Iudex specialis est deputatus habeat locum electio fori.

1 REgula fit negatiua, & sic quod habentes beneficiū electionis fori, illo non gaudeant in causis, in quibus est Iudex specialis deputatus, vt videmus vbicunq; miserabilis

2 persona agit cum fisco, quia cū Iudex in tali casu sit Cęsaris, seu Principis procurator, & in Regno Regia Camera, vt per *pragmaticam* 13. *de officio procuratoris Cesaris, seu Regiae Camerae* ab illius foro non poterit discedere, & sic cessat beneficium electionis fori *l. si vt proponis C. de bonis praescript.* ita in specie *Seaglion. in ritu Magn. Cur. Vic.* 230. *num.* 3. quem refert, & sequitur *Menoch. de arbitr. Iudic lib.* 2. *casu* 66. *num.* 52. *Aret. cons.* 83. *nu.* 5. *& sequ.* de quo meminit *Marches. de cōmiss. in tit. de auocat. caus.* §. 2. *par.* 2. *nu.* 102. & latè dictum fuit supra *q.* 11. *hac ead. Sectione*, & sic dixi in *vot.* 36.

3 Sic pariter videmus in causis feudalibus, de quibus cum cognoscat Magn. Cur. Vic. in ipsis causis cessat electio fori *Afflict. in Const. Regni statuimus Trentacin. variar. resolut. lib.* 2. *in tit. de citat. resol.* 2. *nu.* 21. *Borrellus de praestantia Regis Catholici cap.* 62. *nu.* 58. & alij per me relati supra in *quaest.* 22. *hac eadem Sectione*. Sic etiā videmus in Syndicatu Officia-

4 lium, quo casu si miserabiles personae velint accusare Officialem, non possunt discedere à foro syndicatorum, ex eo, quod eis in tali actu est data

R 3 pote-

potestas specialis cognoscendi delicta, & accusationes quærelasque officialium syndicatorum, vt per *pragmaticam Regiæ dignitati de syndicatu*, *& cap. Regni statuimus eodem tit.* sic in proprijs terminis loquendo tradit *Carrab. singul.* 118.

5 Vndè infero, quod dum habens fori electionem damnum dat non potest discedere à foro baiulationis, quod est specialiter constitutum ad hoc exercitium, vt de Iure Regni cauetur in *pragmatica* 1. *&* 2. *de officio baiuli*.

6 Hinc si sumus in causa hæresis in casibus directis ad sanctissimæ Inquisitionis tribunal de quibus habetur per eruditissimum *D. Riccium in sua praxi resol.* 671. *par.* 1. tunc habẽs fori electionem de hoc crimine inquisitus non poterit illius tribunalis forum declinare, ex eo, quod istud est eius officium, & ad hoc electum fuit, vti latè dixi supra *quæst.* 11. ac eadem Sectione.

7 Hinc dico, quod cũ Curia Artis Lanæ habeat iurisdictionẽ ciuilem, & criminalem in Ciuitate Neapolis in exercentes artem prædictam eius ministros, & alios à dicta arte dependentes, cum clausula abdicatiua ab alijs tribunalibus mediãtibus priuilegijs Regis Ferdinandi I. pro cuius exercitatione singulis annis consules creat iudicium eligit tenet actuarium carceres, & carcereriũ, vt meminit *Franch. in decis.* 679. in tali exercitio habentes fori electionem illius beneficio vti non possunt.

8 Hinc etiam dico idem procedere in matriculatis in arte Serici, qui etiam habent Iudicem particularem Consules & cet.

9 Sic etiam in causis maritimis in quibus est Iudex specialiter deputatus Curia Admiratiæ, vt per *Mastrill. in decis. Sicilię* 47. *num.* 18. *Franch. in decisio.* 722. vbi refert decisum per Sacrum Consilium Curiã Admiratiæ cognoscere de offensa facta Magn. Cur. Vic. in resistendo ipsius executionis meminit nouissimè *Thorus. in Cõpendio decisionum ver. Curia Admiratiæ*.

10 Hinc videmus, quod licet vidua gaudeat beneficio electionis fori, ad *tex. expressum in l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid. Franch. decis.* 517. & latè dixi supra in *Sectione* 1. Tamen hoc fallit

11 vbicunque ageret ad exigendã dotem, quia cum hoc debet agere in loco domicilij viri, ad *tex. expressum l. exigere ff. de Iudicijs*, cessat per hoc electio fori, vt ibidem supra in 1. Sectione firmaui.

12 Sciendum tamen, quod *Foller. in*

Ier. in comment. ad Constitut. Regni statuimus nu. 114. tenet, quod miserabiles personę conuente super falsitate ponderum,& mensurarum,habeāt fori electionem,licet de his cognoscat Curiæ Siclæ, quæ est particularis Iudex,& hoc dicit per hæc verba, quæ hic inserere volui ad vtilitatem Lectoris, sunt videlicet.

In vno tamen aduertendum arbitror, quod alias magna fuit altercatio in Regia Audiētia Principatus Citra, nam ex dictis in præsenti quæstione inferre conabatur quidam ad decisionem cuiusdam quæstionis fuerat enim per officiales Illustrissimi Marchionis Piscariæ tunc Domini Ciuitatis Salerni deputatus quidam commissarius super fraudibus quæ committi solent per mercatores innundinis Salernitanis, & cum procederet, & grauaret, quidam mercator priuilegio miserabiliū (mercatores enim sunt miserabiles, vt infra dicā adijt Reg. Audien. eligendo illam in tribunal suum dicebatur, quod non poterat, quia super fraudibus certus est Iudex deputatus,videlicet Curia Siclæ, & ille commissarius videbatur procedere Iure illo concesso Marchioni: quærebatur quid Iuris: ego enim tunc dicebam,& nunc dico,quod licitè ille adijt Regiam Audientia ex pluribus,& primo quod licet de fraudibus non potuisset cognoscere, nisi Curia Siclæ, nihilominus postquam ius cognoscendi transfertur ad Baronem, sicut Iurisdictio Baronis in omnibus subijcitur Regiæ Audientiæ,& alijs tribunalibus in concernentibus priuilegia miserabilium pariter in iurisdictione circa fraudes in eum translata. Et in tantum hoc est verum, quod si Baroni concederetur potestas cognoscendi de feudis quaternatis posset eo casuRegia Audientia adiri per miserabiles personas.Non enim tunc verificatur illud, quod dicitur hic per *Afflict.* quod certus sit Iudex deputatus. Præterea ponamus quod commissarius ille grauat via ordinaria, nonne Auditores secundarum causarū Marchionis aditi possent cognoscere de grauaminibus,& certè sic ergo plus haberent ipsi, quam Regia Audientia, quod quidem absurdū videtur. Præterea licet enim ordinare pondera, cannas, & mensuras, & eorum directus spectēt ad Curiam Siclæ, & eius rationales, & etiam inquirere de ponderibus,& falsis mensuris, ac fraudantes punire, non tamen restricta, & arctata est potestas, & denegata alij iudicibus potentia inquirendi,& puniendi, vt plenè tradit (Deo dante)

dicam in *Consit. ad legitima* *pondera*, & sic non est bona illatio de feudis quaternatis ad ista, & vbi aliquo casu posset iustitiarius cognoscere potest adiri ex priuilegio *legis vnica*, ita *Bart. de Cap. in constit. causas infra de offic. Iustitiarij*.

QVAESTIO XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium eligendi forum spectat etiam ad miserabiles personas eorum culpa in miserabilitate lapsas.*
2 *Hoc priuilegio gaudent pauperes sua culpa in paupertate lapsi.*
3 *Distributiones quotidiana competunt etiam ei sua culpa in morbum lapsum.*
4 *Afflictis non est danda afflictio.*
5 *Res Ecclesia possunt alienari ad alendos pauperes, & ampl.a num. 6.*
7 *Non imputatur ad pœnam ægrotis, quod perturbatione morbi fit.*
8 *Patres debent alere filios propria culpa in infirmitate lapsos.*
9 *Fallit tamen in simulantibus morbii & pœna etiam infragantur num. 10.*
11 *Milites simulantes morbum ob timorem hostium luunt pœnam capitis.*
12 *Mulier relicta pauper habet quartam in bonis mariti, licet sua culpa sit in paupertate lapsa.*

ARGVMENTVM.

An beneficium electionis fori competat miserabilibus personis, si eorum culpa in talem miserabilitatem deuenerint.

EXemplum potest poni in paupere sua culpa lapso in paupertatem in infirmis eorum culpa in infirmitate delapsis.
1 Regula sit affirmatiua, & sic quod priuilegium istud eligendi forum Principis spectat ad tales miserabiles personas eorum culpa in miserabilitate elapsos, vt fuisse decisum, & practicatum in Sacr. Consil. & Reg. Cam. Summar. in Magn. Cur. Vic. & Regia Audientia Apuleæ, testatur *Viuius decis.* 268 *num.* 8. *ex Ioan. Andr. & Imol in cap. qua in Ecclesiarũ*
2 *de constit.* qui dicunt paupertatis priuilegijs gaudere etiã pauperes sua culpa lapsos in paupertate sequuntur *Actius in tract. de infirmitate par.* 1. *cap.* 36 *num.* 5. *Borrell nouissimè in sua Summa decis. in tit. de iurament. perborrescentia nu.* 21. memini ego ipse supra *qu.* 16. *nu.* 15. *Sect.* 1. *vbi nu.* 6. infero hinc distributiones quo
3 tidianas deberi ei, qui sua culpa in

pa in morbum incidit, allego *Nauar. de restitut. lib. 2. cap. 2. diffic. 4. nu. 234. Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 13 nu 8. Azor. instit. moral. par. 2 lib. 7 cap. 7. quast. 11. D. Ricc. in resol. 444. nu 5. tom. 2. sua praxis* quibus nunc addo *Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 20. num. 26. Rodriquez in Summa 1. par. cap 33. nu. 6. vers. de acquise in fiere Zerol. in praxi Episc. 1. par §. distributiones num. 3. vers. 6. debentur fol* mihi 74. *Guttier. libr. 1. Canonic. quast. cap. 1. nu. 138.* optimè *Monet. de distribut. quotidian. par. 2. quast. 6. ex num. 12. Cened. in suis quast. Canon quast. 1. num. 8.* vbi refert inter alias illa sibi videri potissimam rationem ne affli-
4 ctis addamus maiorem afflictionem priuando eum distributionibus iuxta *l. diuus ff de offic. Prasid. & in l. tam de mētis C. de Episcop. audient.* ne duplici dāno infirmus afficiatur *argum. l. si pecuniam §. si ac ceperit ff de condit. caus. dat.*

Vndè meritò *glos.* asseruit, & probauit in *cap. sacrorum 12. quast. 2.* res Ecclesiæ alie-
5 nari posse ad alendos pauperes etiam eos, qui in paupertate propria culpa inciderūt,
6 item, & ad redemptionem eorū qui ob crimina carceribus publicis opprimuntur, commendat *Bald. in l. illud C. de sacrosanct. Eccles. Campeg. 3. par. de dot. quast. 12.* sequuntur, & eam *Alex. in l. quamuis ff solut matrim. col. 2. Decius in cap pastoralis §. verum de appellat col. 3. Ananias, & Felyn. in cap. significauit de Iudeis*, idem *Felyn. num. 67. & Decius col. penult. in cap. qua in Ecclesiarum de Constit. Io. Lup in rub. de donat. §. 78. nu. 30.* meminit *Couar. var. resol. lib. 2. cap. 16. nu. 9. vers. contrariam sententiam*, vbi hanc opinionem communem appellat, licet ipse distinguat.

Et facit *textus in cap. illud versic. similiter 15. quast. 1.* vbi
7 dicitur non imputari ad pœnam ægrotis, ea quæ perturbatione morbi fiunt, & eos excusari etiam si culpa morbus processerit ample docet *Becc. consf. 104. num. 6.* tradidit, & *Surd. de aliment. quast. 5. num. 17. tit. 4.* probans filios à pa-
8 rentibus alendos esse etiam si propria culpa infirmi, & pauperes euaserint, meminit *Actius de infirmit. d. cap. 36. num. 11* vbi dicit, quod vt in ęgroto, & alijs impeditis culpa cōsiderari possit, debet esse ordinata ad casum, & tunc nō excusat, allegat *Surd. dec. 262. col. fin. Suarez qui testatur de commun. in thesaur. receptarū sententiarum verb. impedimentum num. 10. Odd de restitut. in integrum artic. fin. per totum, & num. 13.* dicit vix reperiri posse

posse, vt quis velit fieri infirmus, pauper, vt priuilegium infirmorum, & pauperum consequatur, & ideo culpa non potest dici ad casum ordinata, si enim hoc daretur fortasse secus dicendum, vnde
9 morbum simulantibus nullo modo subuenitur, vt per *Amanus. declarisacq. singul.* 188. immo pœna infligitur *Rip. de pest. tit. de remedijs perseuerātiuis num.* 174. *Lap. alleg.* 18. latè *Peguera decis.* 4. & abundè nouissimè *D. Riccius decis.* 285. *par.* 2. Milites q; pœnam capitis luunt si hostium metu languorē simulauerunt *l. omne delictum §. exploratores ff de re milit.*
13 Ex quibus omnibus in facti contingentia dum essem consultus dicebam successionem ad quartam partem bonorum mariti vigore *Auth. præterea C. vnde vir, & vxor*, deberi mulieri relictæ pauperi licet in tali paupertatem sui culpa fuisset delapsum, & consequenter non gaudere beneficio dictæ authēticę per hæredes mariti allegaretur, pro quorum confirmatione faciunt etiam deducta per *Amat. in decis.* 62. *& per Rot. in nouis. in decis.* 63. *part.* 2.

QVAESTIO XLV.

SVMMARIVM.

1 *Sindicatores sunt Officiales Regij.*
2 *Tribunal superueniens an sit competens.*
3 *Vidua semper variare potest.*
4 *Viduarum priuilegium, etiā vbi ex officio proceditur locum habet.*
5 *Vidua maiorem comoditatem habet prosequendi ius suum in propria patria, quā alibi.*
6 *Actio contra eximentem carceratum datur parti.*
7 *Vidua variando potest adire Magnam Curiam.*
8 *Electio non dicitur vbi datur restrictio.*
9 *Officialis nequit deponere officium ante successionis aduentum.*
10 *Carceratus sindicari potest.*
11 *Affectatum Tribunal per viduam potest eligi.*
12 *Reformationes pro sunt carceratis.*
13 *Sindicatores quā iurisdictionem habeant in Officiales.*
14 *Priuilegiatus non trahit priuilegiatum.*
15 *Accusatis pluribus diuersæ iurisdictionis, vbi trahitur dignior, ibi alij, & hinc laici delinquentes cum Clericis per Ecclesiasticum puniuntur, & Iudex qui non est ratione*

tione connexitatis efficitur.
16 *Connexitatis ratione cur ad idem Tribunal causa remittatur.*

ARGVMENTVM.

An miserabilis persona accusans in Regia Audientia Officialem, coram sindicatoribus querulare possit.

REgula sit affirmatiua, secundum opinionem *Poller. in constitut statuimus nu.* 128. vbi hoc tenet per sequentes allegationes vt infra.

Fuit querulatus in Regia Audientia Principatus Citra, quidam Officialis per viduam eo quod occisores mariti aufugi fecit, à carceribus; fuit quæsitum numquid possit variare ipsa vidua, & querulare coram Sindicatoribus Electis ad sindicandum illum Officialem: in quo casu subsequentes Iurium Allegationes feci, Christus adsit. In causa magnifici Ioannis Baptiste Sellaruli; prę suppositothemate, quod vidua ad cuius querelã processit Regia Audientia possit variare, & petere causam remitti ad sindicatores Electos ad sindicandum eundem magnificum Ioannem Baptistam olim Capitaneũ Terræ Gisoni, sequentibus fundamentis probo.

1 Primo præsuppositò, quod sindicatores sint Iudices Regij, & vero competentes, pro gestis, & administratis in officio contra Officiales; & quod ad eos sit regulariter remittendus Officialis alibi conuentus *l.* 1. *C. ad l. Iul repetund. & in autb. vt iu. si quo suffra. §. necessitate, & l.* 1. *C. vbi deratio.* præsupposito etiam, quod vidua possit variare; dico quod facta variatione per viduam sit facienda remissio.

2 Concurrunt enim omnia requisita, & si dicatur, quod tẽpore querelæ exposite, non erat adhuc in rerum natura, Tribunal sindicatorum, quod modo eligitur; quia durabat officiũ, sed superuenit, ex post facto; dico quod cũ istud Tribunal habeat ius, ex causa de præterito superueniens lite pendente, secundum illud est iudicandum: & perindè habetur, ac si à principio fuisset *l. si mandauero tibi, vt à Titio ff. mand. cum concord. in glos.* & ita concludunt omnes in *cap. fin. vt lite pendente.*

3 Minimè etiam dubitandum est posse viduã virtute sui priuilegij quocunque tempore, variare etiam causa appũctata, & existente in termino expeditionis, vt superius dixi.

4 Nec etiam quicquam facit, quod hic magnificus Ioannes Baptista inquiratur de baractaria, quo casu, etiam circum-

cumscripta querela, & durante officio, poterat conueniri, l.iubemus C. ad l. Iul.repetun. quia priuilegium viduæ non est arctatum à Iure; vt tantummodo procedat eo, in casu vbi non posset procedi ex officio, vel vbi tantummodo interesse ipsius verteretur; sed bene procedit in quocunq; casu, tam vbi simpliciter posset, procedere ad solam querelam viduæ, & suum, tantûmodo consideraretur interesse, quam etiam si posset procedi ex officio, & alterius interesse verteretur *l. vnica C. quando imper. & constit. præsens*, generaliter loquuntur, ergo generaliter debent intelligi. Id enim tantum cōsideratur, numquid Iudex electus ex variatione, sic alias competens, vt dicit *Afflict. hic*, & esse competentes Iudices sindicatores, tam ex Iuris communis, quam Regni decisione, nemo est, quin nesciat.

5 Nec etiam negari poterit; maiorem commoditatem habere ipsam viduam in prosequendo ius ipsius, coram sindicatoribus, quam in Regia audientia, quippe cum ibi sit in propria patria, vbi paratiores habet testes, & probationes, & cum minoribus inpensa, & incommodo; quæ omnia nō in concinne commemorantur, per *tex. in d. l.* 1. cur ergo dicemus priuilegium variandi non dari in isto casu: certè non video, Iudex qui eligitur est cōpetens, & etiam Regius, maior commoditas cōcurrit tempus quo ius variandi datur, adhuc durat Regia Audientia est adita per ipsam viduam suo expoſcente priuilegio; modo variat, & ex causa, ergo omni modo dicemus locum esse remissioni; imo circumscripto priuilegio, Officialis ad sindicatores de Iure remittitur *d. l. 1. C. ad leg. Iul repet.*

6 Nec nouū est dari parti actionem criminalem, contra eximentes carceratum, aut aliter, vt fugiat tractantem *l. si per alium §. in eum ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi exi.* & si datur actio, datur, & variatio respectu illius actoris; alias priuilegio suo defraudaretur, & priuaretur vidua.

7 Confert prædictis; nulli enim dubium esse debeat, quod est vidua posset variando à dicta Regia Audientia, adire Magnam Curiam, cur ergo non possit adire sindicatores; causam non video; eadem enim ratio in vtrisque militat, ergo

8 idem ius statuendum est. Non enim dicitur electio; vbi datur restrictio *Bald. in l. 1. in fin. C. de furt.*

9 Nec obstat, quod Officialis non debet deponere officium ante aduētum successoris. Sed

quod

quod illum expectare debeat *l meminisse ff de offic proc.* Et ideò si aliter factum fuerit, deponendo officium, & eligi faciendi sindicatores in fraudẽ videatur factum, vt sic habeatur tribunal dictorum sindicatorum, & faueat dicto inquisito, & secum gratiosè, & leniter agat, & tandẽ effugiat condignã pęnam: quia dico, quod verum est officialem non debere deponere officium ante aduentum successoris, sed debere officium exercere, tamen si impeditus, & non posset non tenetur *gloss in d. l. meminisse*, cum ergo dictus magnificus Ioannes Baptista reperiatur carceratus, & sic impeditus exercere officium, licitè deposuit illud, ante aduentum successoris, licet rei veritate successor aduenerat, præhabito hoc, quod licitè fuerit depositum officium, quid aliud restabat, quã quod eligerentur sindicatores certè nihil.

10 Nec ad reddendam rationem occasione carceratis minus idoneus videri debeat dictus Ioannes Baptista, vel aliquid fortè diminuatur de iuribus volentium querulare: quia imò potius grauatur ipse Ioannes Baptista quam volentes secum experiri, idque pateat ad sensum.

11 Nec impeditur priuilegium viduæ si dicatur affectatum tribunal sindicatorum: quia videmus sepè viduas causas deuolutas earum exposcente priuilegio ad Regia Tribunalia inferiora Baronum, & tamen certo scitur tribunalia illa per affectationẽ eligi, & quia proclinius carcerati tractãtur, & id fieri gratia carceratorum.

12 Nec etiam nouum videri debet, carceratos posse, & debere gaudere reformationibus factis de nouo ipsis existentibus in carceribus, aut alijs, quæ quoquo modo possent commoditatem, vel in commoditatẽ afferre, id enim expressè voluit *Bar in l. Domitianus ff ad Turpi.* cum ergo, ea quæ ipsis carceratis existentibus, de nouo fierent extendantur etiam ad ipsos carceratos, sequitur q tribunal sindicatorũ post carcerationem erectum extenditur, etiam ad ipsum magnificum Ioannem Baptistam carceratum, vt eligi possit, non enim eligitur tribunal illud ex priuilegio de nouo superueniente carceratione facto; sed ex priuilegio, quod sẽper inerat, & ineſt, vnde fat enim est, quod tempore quo vidua eligere voluerit illud virtute sui priuilegij, illud sit, vel esse potuerit. Concludo ergo omnino locum esse remissioni, aliæ enim dubitationes factæ fuerunt, & ideò alias allegationes feci, quæ sunt.

13 In

13 In causa magnifici Ioannis Baptistæ Sellaruli alias scripsi ad præsens autem insurgit dubium, ideò nouam resolutionẽ oportet quærere. Cõcludebam enim, ex priuilegio viduæ, variantis causam debere remitti ad magnificos Sindicatores nõ obstãte, quod delictum de quo inquiritur fuerit deductum in audientia, durante officio, & tempore quo non erat erectũ tribunal ipsorum sindicatorũ,
14 quia licet verũ, sit ꝙ eo tempore sindicatores non possent cognoscere; quia durabat officium, & propterea sindicatores non poterant, nec actu, nec habitu habere iurisdictionem, sed benè ordinarius, qui actu, & habitu semper habet iurisdictionem, etiam durante officio, cognoscet, prout ita loquitur *Par. à Put. in tit. de offic. sindic. vers. pone quod Vniuersitas versus fin.* tamen cum per depositionem officij, & electionem sindicatorum tribunal ipsorum in esse deductum fuerit, & simus in iure particulari, & non in regula, sequitur nulli debere esse dubium priuilegio, & sic Iure singulari exposcente causam debere remitti, in alijs autem Officialibus qui nullo priuilegio exposcente peterentur remitti, vtique doceri, & dictum *Par.* licet ex doctrina allegata non probetur procederet.

15 Nec tantum, vt ad nouum responsum demus remitti debet ad instantiam viduæ, sed etiam pro alia occasione facta per alium non priuilegiatum, quoniam cum vnicum sit delictum, & eodem contextu commissum, licet in plures; per notata per *Doctores in l. nunquam plura de pu. iu. & l. hos accusare de accusat.* & in alijs locis ordinarijs per *DD.* coram eodem iudice tractanda est causa, vt ex *text.* in indiuiduo causam decidenti in *l. qui de crimine C. de accusat.* vbi clarè probatur, quod, & si plura sint delicta ex vnico facto causam tractari debet coram eo Iudice, quanto magis hoc procedit, vbi vnicum est delictum.

Et hoc etiam procedit in pluribus accusatis diuersæ, & disparis iurisdictionis, non respectu prorogationis; sed respectu connexitatis iudicij, & tunc vbi trahitur dignior trahentur, & alij secundum *Bart. post Dyn in l. iuris peritos §. 1. ff de excus. tutor. & in l præcipimus, & §. eadem obseruando C. de appell.* & sic si vnus esset Clericus, etiam laici remittentur ad Ecclesiasticum fuit originale dictum *Anton de Prato veter in l. 1 in fin. ff qua sen. si appe re.* & sequuntur *DD.* & per *Felyn in rubr. de appellat. Barba. in l. 1. §. si stipulanti ff.* de

de verb.oblig.in fin.& in l.2.in princip ff.eod.tit Alex in l.nulli ff. de iudic. Mathes. in singul. 144. *Alex consil.* 151 *in* 2. *lib. & cons.* 120.4. *lib. colum* 5. *Bart. in l fin.* 3. *col ff. de colle. illi. Aret cons.* 29. *col. penult. in fine Abb consil.* 33. *col.* 51.2. *lib. Bart. in l de iure in fin ff de mune.* & alios plures quos breuitatis causa non refero Ratione enim connexitatis,& dependentiæ, ille qui non est Iudex efficitur Iudex secundum *Innoc. in cap. cum M. de constit. in fin.* & alios ibi, & *Fely. in cap. super literis de rescript. in versic. an sua sit iurisdictio col.* 1. *Soccin. cons.* 244. *colum.* 2. *Bar. in l. cum rerum secundum primam lecturam C. de senten. & inter omn. iud. Castrens. in l. fin. C. si aduers.*

16 Nec tantum ratione connexitatis procedit id, quod supra, sed etiam quando idem esset delictum, vt per *Maria. in cap. proposuisti col* 7. *vers.* 9. *quaro de foro compet.* id enim eo procedit primo ratione cõtinentiæ causæ iuxta *l. nulli de iudic.* & consistit in hoc, quia agitur ex eodem delicto, & ita loquitur *l. nulli,* sequantur diuersæ sententiæ absonum enim videtur, quod super eadem re diuersæ sententiæ sequantur ita *glos. in l.* 1 *ff. de qui. re adeu. eu. ea.*

Et est aduertendum, quod isto casu non est necessè, quod sententia, quo ad vnum præiudicet alteri, vel præiudicari possit, iuxta *l fundi, & l. fundum ff de excep.* sed satis est, quod possint ferri diuersæ sententiæ super eodem facto, & ita etiam dicit *Ias. in d l. nulli col.* 2. Fuit per Regiam Audientiam prouisum, quod causa in eadem remaneret, à quo decreto fuit appellatũ à Magna Curia, & per eadem fuit confirmatum dictum decretum, fuit appellatum ad S. R. Consilium, & ibi tandem decisum, quod causa remittatur ad eãdem Magnam Curiam, quæ decreuit, quod causa remittatur ad sindicatores vna cum carceratis, & hodie die 24. Nouẽbris 1594. fuerunt præsentatę prouisiones dictæ Magnæ Curiæ dictæ Reg. Audien. ꝙ consignaret carceratos in possessione magnificorũ Sindicorũ, Actuarius fuit Notarius Berardinus de Buserijs, Iudex Moles, quæ nota pro defensione Officialium amicorum.

QVAESTIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio cedendarum censetur renunciatum per clausulam omni legum auxiliũ.*

2 *Beneficio insinuationis censetur renunciatum per clausulam*

sulam omni legum auxilio, & amplia num. 3.

4 *Beneficio purgationis mora censetur renunciatū per clausulam omni legum auxilio, sed vide num. 22.*

5 *Item beneficio confectionis inuentarij, item beneficio l. plerique ff. de in ius vocando num. 6.*

7 *Item beneficio ordinis.*

8 *Item beneficio diuisionis.*

9 *Item beneficio Senatus consulti Velleiani.*

10 *Item beneficio nequis conueniatur vltra quam facere potest.*

11 *Conductor, vel emphiteuta, qui renunciauit omni legum auxilio non potest petere remissionem pensionis.*

12 *Clausula omni legum auxilio operatur, vt censeatur renunciatum beneficio incarcerandi.*

13 *Mulieres pro debito capi nequeunt, licet secus sit in matre pro administratione tutela num. 14.*

15 *Beneficio l. de his ff de transaction. dicitur renunciatum per clausulam omni legum auxilio. etiam non visis verbis testamenti.*

16 *Renuncians omni legum auxilio dicitur renunciasse omnibus exceptionibus facientibus in fauorem renūciantis, & generaliter videtur renunciatum cuilibet beneficio speciali fauore introducto num. 17. tam si beneficium competat de Iure communi, municipali num. 18.*

17 *Renuncians omni legum auxilio dicitur renunciasse lucro dotis.*

20 *Habentes fori electionem illā non amittunt per renunciationem factam omni legum auxilio.*

21 *Beneficium concessum miserationis gratia non tollitur per verba generalia.*

23 *Clausula generalis promittēs habere ratum, gratum, & firmum non tribuit ea, quæ requirunt speciale mandatum.*

24 *Renunciatio est stricti Iuris, & recipit interpretationem, vt noceat quam minus renuncianti.*

25 *Renunciatio facta non extenditur de vna persona ad alteram, nec de vna, ad alterā causam.*

26 *Renunciatio apposita circa hæreditatem patris non operatur circa hæreditatem fratris.*

27 *Renunciatio apposita in hypotheca super bonis venditis per maritum, non censetur apposita super alijs bonis quæ remanserunt.*

28 *Renunciationes vt plurimum fiunt cum parua causa cognitione.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

An habentes fori electionem illa gaudeant, si renunciauerint omni legum, & Iuris auxilio.

SVpposita illa opinione, quod possit renunciari beneficio electionis fori, vt 3. *Sectione*, latè dictum fuit *quaest.* 7. posset pulchrè dubitari, si habentes istud priuilegium electionis fori, qui renunciauerunt omni legum auxilio, illud opponere possint. In quo articulo prima facie videtur dicendum pro negatiua sententia, cum sic videamus in alijs
1 beneficijs cędendarum, cui esse renunciatum per hanc clausulam omni legum, & Iuris auxilio scribunt *Corn. consil.* 51. *colum. penult. volum.* 2. *Soccin. consil.* 200. *colum. penult. Negusan. de pignor. in* 3. *membro* 5. *part. num.* 25. *Purpur. in l.* 1. *num.* 57. *C. de transaction. Dec. in l fin. num.* 20. *ff. si cert. petat. & consil.* 27. *num.* 7. & *consil.* 452. *nu.* 19. *Gabriel conclus.* 1. *num.* 99. *de fideiussor.*
2 Sic pariter beneficio insinuationis videtur renunciatum per dictam clausulam omni legum auxilio *Corne. consil.* 54. *col.* 3. *volum.* 4. *Gozadin. consil.* 87. *sub num.* 13. vbi loquitur, quando est appositum iuramẽtum in renunciatione, prout etiam loquitur clarius *Ruin. consil.* 180. *num.* 15. *volum.* 1. attestans hanc esse communem opinionem *Roland. consil.* 93. *num.* 41. *volum.* 1. quod
3 procedit etiam si in loco adesset statutum, vt donationes infra sex menses habeant insinuari, nam renuncians omni legum, & Iuris auxilio videtur ne dum insinuationi de Iure communi per illud verbum legum, sed etiam insinuationi statutariæ per illud verbum Iuris, nè sit superfluè appositũ *Ruin. cons.* 51. *nu.* 20. & 180. *num.* 15. *volum.* 1. *Curt. Iun. consil* 47. *colum. fin. Gozadin. consil.* 87. *num.* 13. & sic que-
4 que videtur per hanc clausulam renunciatũ beneficio purgationis moræ *Gozad. consil.* 57. *num.* 19. vbi subdit hoc maximè procedere stante iuramento *Crot. in l. si insulam in fin. de verbor. obligat. Dec. consil.* 452 *sub num.* 18. *Afflict. decis.* 74. *num.* 4. & secundum
5 *Gozadin.* in beneficium confessionis inuentarij, idem procedit, quod sequitur *Corn. consil.* 41. *volum.* 3. vt pariter per
6 hanc clausulam censetur renunciatum beneficio *l. pleri que ff. de in ius vocando*, vt per *Iason. ibi. in limit.* 19. & per ta
7 lem clausulam censetur renunciatũ beneficio ordinis *Guid. Pap. decis.* 367. dicens ita pluries vidisse in parlamento iudicatum *Tiraquell. in l. si vn-*

*quam in princip sub num.*117. *C.de reuocand.donation.* & sic etiam censetur renunciatum beneficio diuisionis *Aretin. consil.*3.*colum.penult. in princip.* quod procedit tam si clausula sit posita per principalem siuè per procuratorem ad fideiubendum simpliciter constitutum *Bar. in l.si fraudator ff.qua in fraud.credit. Bald.in rubric.colum.final. C.eodem titul. Panorm. in cap.*1. *col.*9. *vt lit.non contest.*

9 Sic etiam censetur renunciatum beneficio Senatus Consulti Velleiani *Bart. in l. si quis sub conditione num.* 21. *ff.de testam.tutel.& in authent.matri, & auia num.*14. *C.quando mulier tutel. offic.fungi potest. Alexan.cons.*11.*num.*14. *lib.*2. *Aretin.consil.*33.*num.*10. *Dec. consil.*452.*nu.*19. *Roland.consil.*88.*num.*19. *Ripa in l. si vnquam quaest.* 52. *num.* 61. vbi etiam *Tiraqu. in præfat. C. de reuocand.donat. Roland.de lu-*

10 *cro dotis quæst.* 42. *num.* 22. ita pariter censetur renunciatum beneficio, ne quis conueniatur, nisi in quantum facere potest *Gozad.cons.*69.*nu.* 20. *& consil.*88. *num.* 19. *Roland. consil.* 13. *num.*10. *Corn. cons.* 128.*num.* 3.*lib.* 3. *Ripa in d. l. si vnquam quæst.* 52. *C. de reuocand.donat.*& ibi etiam *Tiraquell. vers.denique,* & hæc

11 clausula operatur, vt conductor, vel emphiteuta nequeat petere remissionem pensionis propter bellum, vel aliam similem causam *Capyc.decis.*87. *num.*10.*Roland.de lucro dotis quæst.*42.*num.*12.*Carocc.de locat. & conducto in tit. de remiss. merced.* post *Cepoll in cautel.*48. *Gozad.consil.*87.*nu.* 13.*& consil.*54.*num.*9.*Alber. in l.item quæritur §. exercita. num.*8 *ff.locati Curt.in l. si insulam num* 57.*ff. de verb.obligat. Iason.in l.*1.*num.*98. *C.de Iur.emphiteut.*& est tantæ po-

12 tentiæ, vt operetur, quod censeatur renunciatum beneficio non incarcerandi *Mathesili. singul.*158. *num.*2. *Boer.de potest.legat.num.*83.*in fin.& decis.*294.*num.*11.*Rolan. cons.*13 *num.* 18. & de lucro dotis vbi supra *num.*20. *Marsil singul.* 248. *Bald.de carcer.cap.*1.*nu.* 3. *Ripa in d. l. si vnquam nu.* 61. *C. de reuocand. donat. Gomes. in cap. mulieres num.* 13. *de iudic. in* 6. ex quo dicunt infra citandi, vt mater quæ renunciauit omni iuris, & legum

13 auxilio in assumptione tutelæ, licet mulieres regulariter

14 pro debito capi nequeant, poterit tamen mater capi pro debito tutelæ stante tali renunciatione *Couar. variar. resol. lib.* 2. *cap.*1. *num.*3. *Duen.reg.* 312.*limit.*2. post *Roman cons.* 118.*num.*3. *Soccin.consil.*126. *num.*3.*lib.*1.*Alexan.in l.si plerique*

*rique num.*11. & ibi *Iason. nu.* 34. *ff. de in ius vocand. Salycet. in authent. matri. & auia nu.* 4. *C. quando mulier tutel. offic. fung. poss. Bart. in l. si quis sub conditione num.* 18. *ff. de testament. tutel.*

15 Et propterea censetur renunciatum beneficio *l. de his ff. de transact.* ita vt valeat renunciatio facta etiã non visis verbis testamenti, vt fuit decisum *in vna Romana Castri Carbognani 26. Nouembris* 1584. *coram Robusterio*, & tradunt *Dec. consil.*452. *num.*18. *Crauett. consil.* 290. *num.*5. *Ruin. consil.*51. *num.*71. *lib.*1. *Soccin. consil.*200. *num.*4. *lib.*2. *Rolan. de lucro dotis quaest.* 42. *num.* 21. *Alex. consil.*11. *num.*14. *lib.* 2. *Corbul. de iur. emphiteot. limit.*41. *num.*6. *Gozad. cons.*69. *colum.* 3. *in fine*, ita quod hæc
16 clausula operatur, vt censeatur renunciatum omnibus exceptionibus facientibus in fauorem renunciantis *Marsil. in rubr. de fideiussor num.* 25. *Roman. consil.*51. *num.*1. *Alexan. consil.*92. *num.*13 *libr.*1. *Aretin. consil.*104. *num.* 9. &
17 generaliter operatur, vt censeatur renunciatũ cuilibet beneficio speciali fauore introducto *Tiraquell. in praefat l si vnquam C. de reuocand. donat. Curt. Iun consil.* 18 *nu* 4. *Aretin. consil.*104. *num.*9 quod ve-
18 rum est non solum si beneficium competet de Iure communi, sed etiam si ex Iure municipali *Dec. consil.*452. *nu.*19. *Riminal. Iun. consil.*587. *num.* 28. *& sequent. Roland. cons.*13. *num.*9. *Roman. consil.*251. *nu.* 5. vbi *Addit. in verbo vniuersali Marsil. in rubric. de fideiussor. num.*35. *Ruin. consil.*51. *num.*21. *lib.* 1. vnde per hanc
19 clausulam censetur renunciatum lucro dotis prouenienti ex statuto *Rolan. de lucro dotis quaest.* 42. *num.* 24. *& per tot. Dec. consil.*195. *sub nu.*7.

20 Regula sit his non obstantibus habentes fori electionem posse ea vti, licet renunciauerint omni legum, & Iuris auxilio, quia beneficium alicui concessum miserationis gratia non tollitur per verba generalia egregiè *Cyn. in l* 1. *C. quando Imper. inter pupill. & vid.* inferens ex hoc vnũ quotidianum, & multum practicabile, quod si Princeps mandat solui collectas Datia, & impositiones per quoscunque, reuocando, & annullando omnes, & singulas exceptiones, & priuilegia, etiam cum clausula tenores, & compendia tamen per hæc verba non intelliguntur sublata priuilegia, & exemptiones concessæ pauperibus, & miserabilibus personis, sed requiritur nedum specialis, sed specialissima mentio dicens in facto pluries

habuisse, & hoc dictum *Cyn.* inferens ad renunciantem pro singulari commendat *Bald. in l.* 1. *ff. si quis in ius vocat. non iner. pulchrè Roman. cons.* 269. *Imol in cap. significantibus de officio delegat. Signorol. consil.* 176. *col.* 2. *& consil* 230. *Cardin. consil.* 136. *Tiraquell. in l. si vnquam in princip. nu.* 120. *C. de reuocand. donat. Puteus decis* 465. *num.* 2. *lib.* 2. *vbi nu.* 3. dicit post *Bald.* vt nec ac-
22 cedente Iuramento censeatur sublatum beneficium purgationis moræ inductum gratia miserationis non est enim verisimile, quod per verba generalia quis velit magnum præiudicium facere prout esset si per generalem renunciationē tolleretur priuilegium electionis fori, vt loquendo de purgatione moræ tradunt *Dec cons.* 203. *&* 236. *col.* 2. *Corn. consil.* 27. *vol.* 4. latè *Bero. quæst.* 125.
23 & hinc generalis clausula promittens habere ratum; gratū, & firmum, non tribuit ea, quæ requirunt speciale mandatum, quia verba generalia nimium præiudicarēt *glos. in l si procuratorem absentem ff. de procurator.* vbi *Angel.* eam commendat, & reputat singularem *Ludouic. conclus.* 30. *ampliat.* 8. *Boer. decis.* 281. *num.* 17. *Couar. variarum resolut. cap.* 6. *lib.* 1. *vers.* 7. *forsan* post *Alexan. in l. qui bona §. si alieno col penult. ff de damn. infect. Iason. in l. si indebitam ff. de condit. indebit. in l. si procurator C. de procurat in l transactionis C. de trāsact & in cons.* 134 *lib.* 3.
24 Pro qua opinione facit etiam quia renunciatio est stricti Iuris, & semper eam recipit interpretationem, vt noceat renuncianti, quanto minus sit possibile *Dec. in l. postquam liti num.* 16. *C. de pactis Grat. respons.* 66. *num.* 18. *vol.* 1. *Paris consil.* 7. *num.* 73. *vol.* 1. *Calderin. cons.* 5. *in fin. de verb. significat. Cardin. cons.* 120. *Crauett. cons.* 200. *num.* 10. *Soccin. consil.* 96. *in fin. vol.* 1. & ideò non extenditur de vna perso-
25 na ad aliam, neque de Iure proueniente ex vna causa ad aliam *Dec. cons.* 229. *nu.* 2. *Soccin. cons.* 50. *vol.* 1. *per tex. in l si demus,* & ibi *Bart. ff de seruit. Vrban. præd.* & quod non extendatur, nisi ad expressa *Decian. consil.* 21. *num.* 75. *vol.* 1. *cons.* 45. *num.* 11. *vol.* 2. & ideò si est apposita circa hæreditatem paternam non extenditur
26 ad fraternam *glos. communiter approbata in l.* 1. *§. veteres ff de acquirend. hæredit. Angel. cons.* 52. *in princ. Roman. cons.* 168. vbi *Add. in vers persona,* alios allegant *Curt. Iun. cons.* 101. *num.* 6. & si est apposita
27 per vxorem circa hipothecā super bonis venditis per maritum, non censetur apposita super

super alijs bonis, quæ remanserunt *l. iubemus C. ad Velleian. Castrens. cons. 71. vol. 1.* vbi idē dicit in filio *Ias. in l. si vnus §. ante omnia in fin. ff. de pact.*

Et eò magis hæc opinio debet procedere, quia, (ò bone Deus Omnipotens,) quot sūt homines renunciantes qui nesciunt virtutem talium renunciationum, & quid virtualiter includant, & apponunt manus, & nesciunt quid agant, vndè prudenter *Dec. in cons. 352. nu. 7.* hæc protulit verba, scilicet
28 ꝙ tales renunciationes fiunt, vt plurimum cum parua causæ cognitione, vt ante eum aduertit *Cardin. cons. 120. in fin.* & post alios dixit *Caroce de locato, & cōducto par. 1. quæst. 2. de mercede omissa num. 20.* vndè miror, quod per legislatores, Principes, & Summos Pontifices fiunt tot laudabiles prouisiones, & omittunt istam vbi de tanto præiudicio quotidiè tractatur prouident prudenter superiores contractibus mulierum, vel minorum, cur non renunciationibus tam præiudicialibus.

Ex quibus omnibus breuiter, & clarè apparet conclusionem superius firmatam esse veram; & sic quod habentes fori electionem eam non amittant ob generalem renunciationem factam cum clausula omni legum, & Iuris auxilio.

QVAESTIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiū fori per viā recursus ad Principem supremum quod habent pupilli, & vidua non intelligitur sublatū per concessionem Castri, aut Ciuitatis Iure feudi, aut donationis per verba qualiacū que, nisi Princeps in indiuidua illud derogauerit.*

2 *Etiam quod in priuilegio inserta legeretur clausula derogatoria, & obstantia per verba amplissima addito etiā si de eis oporteret fieri specialem mentionem.*

3 *Priuilegiū electionis fori nunquam censetur derogatum, nisi expressè de eo fiat mentio, & amplia nu. 5.*

4 *Priuilegium electionis fori est reseruatum Principi, & nō censetur in alium translatū, nisi expressè dicatur.*

6 *Summus Pontifex nunquam censetur derogasse concilio, nisi expressè hoc dicat.*

ARGVMENTVM.

An electio fori competat personis priuilegiatis, si Princeps per titulum feudi, aut donationis concesserit alicui inferiori Domino Castrum, aut Ciuitatem per verba amplissima.

1 Regula sit affirmatiua, enim priuilegium electionis fori in tali casu non est sublatum, vt habetur nouissimè per *D. Riccium in collect. decis. collect. 1846. ampliat. 4.* post *Peregrin. in decis. 129. num. 7.* vbi quod priuilegium fori per viã recursus ad supremum Principem tributum pupillis, viduis, & alijs fortunæ iniuria miserabilibus de quo in *l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid.* non censetur sublatum, quãuis supremus Princeps per titulum feudi, aut donationis concesserit alicui inferiori Domino Castrum, aut Ciuitatem, quamuis per verba ampla, ita vt viduæ, & pupilli possint recurrere ad Principem supremum, vt causas suas sibi auocet, aut alicui magistratui sibi non suspecto iudicandas committat, nisi in concessione Princeps specialiter derogauerit priuilegio *d. l. vnica C. quando Imper. inter pupil. & vid. Cyn. Bald. Angel. & Fulgos. in d. l. vnic. Roman. consil. 169. col. 1. Afflict. in Constit. Regni statuimus notab. 7. Gramat. decis. 20. Couar. pract. quaest. cap. 7. Milanens. in decis. Sicil. 5. num. 14. Thesaur. dec. 177. Fran. in dec. 192.* vbi ampliat etiam, quod
2 in priuilegio inserta legeretur clausula derogatoria, & obstãtia per verba amplissima, addito etiam si de eis oporteret fieri specialem mentionem, nam non sufficeret, quia requiritur indiuidua derogatio secundũ eum post *Alex. cons. 12. col. 4. libr. 4. Ruin. consil. 226. col. 3 lib. 1. Gramat. d. decis. 20. Vital. in verbo clausula generalis.*

3 Et iuxta hanc opinionem tenet etiam *Castill. in decis. 39. num. 1.* vbi inquit, quod priuilegium *l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. & Cõstitut. Regni statuimus,* nunquã censetur derogatum, nisi expressa de eo fiat mentio, vt scilicet, quod diceret non obstante *l vnica, & Constitut. statuimus,* vel non obstante, quod essent ad instantiam miserabiliũ personarum, nec sufficiunt alia verba, allegat *Castrens. in d. l. vnic. nu. 1.* vbi etiam *Bal. Gramat. decis. 20.* vbi testatur, ita fuisse decisum *Bongiorn. in d. d. l. vnic. Afflict. in d. Constit. statuimus num. 15. Milanens. decis. 5. num. 14 par. 2. Menoc. de arbitr Iudic. casu 66. in ad-*
4 *dit.* & hoc priuilegium est reseruatum ipsi Principi ob pietatem erga miserabiles personas, ideò nunquam censetur translatum in alium, nisi expresè dicatur, latè *Viuius decis. 521. lib. 4. & DD. pracit.*

5 Et in tantum requiritur vera expressa, & specialis derogatio, quod non sufficeret per relationem ad aliud priuilegium in

in quo adesset expressè non obstante *l. vnica*, quod sint miserabiles personæ, *Franc. in d. decis.* 191. per totam, vbi testatur ita fuisse decisum *Thesaur. in cit. decis.* 177. *num.* 12. vbi allegat *Bellug.* quos in facti contingentia, dum essem cõsultus allegaui pro hac opinione.

6 Ad quod facit illud, quod in simili dicimus, vt scilicet, quod Summus Pontifex nunquam censetur dispensare super Concilium, nisi de eo faciat expressam mentionem, & non sufficeret clausula generali non obstante *Costa in memorabilibus in verbo clausula non obstante Guttier. practica quæst. lib.* 3. *quæst.* 17. *num.* 231. *Henriquez in Summa libr.* 13. *cap.* 57. §. 1. *Zerola in praxi Episcop. part.* 2. *in verbo absolutio Gratian. discept. forens. cap.* 397 *num.* 35. *Azor. institut. moral. par.* 2. *libr.* 5. *cap.* 14. *colum.* 574. *Reginald. in praxi fori penitent. libr.* 5. *num.* 2. *Emanuel. quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 8. *artic.* 10. *Doctissimus D. Riccius in collect. decis. collect.* 1367 *prope finem*.

Et per hæc sit imposita vltima manus huic secundæ Sectioni nostrę Praxis electionis, & variationis fori, ad laudem Omnipotentis Dei, & Deiparę Sanctissimę Marię Virginis, quam oro, & præcor, vt me in die vltima in Regno, in quo residet percipiat Amen.

Ioannes Maria Nouarius.





IO. MARIAE NOVARII

AVREA

PRAXIS ELECTIONIS, & variationis fori.

SECTIO TERTIA.

QVAESTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Facta electione fori manus Iudicis ordinarij sunt ligatæ.*

2 *Sententia lata per Iudicem ordinarium post electionem fori redditur ipso iure nulla.*

3 *Iudex declinatus æquiparatur Iudici recusato.*

4 *Iudex facta electione fori, non debet amplius se intromittere.*

5 *Condemnatus à quo condemnari non potest non efficitur seruus pœnę.*

6 *Confessio facta coram magistratu municipali non facit fidem coram Præside tamquam facta coram incompetenti Iudice.*

7 *Confitens delictum aliquod famosum efficitur infamis, quod intellige vbi fuerit facta confessio coram Iudice competenti.*

8 *Confessio præiudicat quando iurisdictio prorogari non potest.*

9 *Fundamentum iudiciorum est iurisdictio competens.*

10 *Non dicitur iudicatum à nõ habente facultatem ius dicendi.*

11 *Gesta à non Iudice sunt ipso Iure nulla.*

12 *Agens sine auctoritate æquiparatur Tyranno.*

13 *In-*

13 *Iudex pendente appellatione ad superiorem, & proferens sententiam mortis contra aliquem meretur pœnam capitalem.*

14 *Iudex à quo non potest statuere terminum litigantibus intra quem se præsentent antè tribunal quod elegerunt, & sic consuluit Author, & obtinuit.*

ARGVMENTVM.

An facta electione fori sint ligatæ manus Iudicis, coram quo litigatur.

1 Regula sit affirmatiua, & sic quod facta electione fori sint ligatæ manus Iudicis coram quo litigatur, nam sufficit pupillo, viduæ, & alijs miserabilibus personis forique electionem habentibus recusare Iudicem, & forum competentē eligere, quia is Iudex vlterius procedere nequit in-
2 tantum quod sententia inde sequuta per Iudicem ordinarium redditur ipso Iure nulla, vt determinat *Isern. in constit. Regni si quis nostrorum in ver. recepto termino*, & post eum tradidit *Franch. decis. 294.* subdens acta facta per Iudicem declinatum fuisse nulla declarata, manus enim Iudicis ordinarij sunt ligatæ, & proindè quicquid agit, nulliter agit, vt dicit *Nepita super consuet. Catinensi tit. 2. not. 3. num. 26.* & iuxta prædictam sententiam in facti cōtingentia obtinuisse refert *Burgius de Laudimio part. 3. inspect. 4. num. 21.* & sic pluries iudicatum in tribunalibus Regni Siciliæ testatur *Mastrill.* hanc eandem opinionem sectando *in decis. 127. num. 7.* eo enim ipso, quod opponitur declinatoria, debet Iudex in causa supersedere, vt ex *l. eos in princip. C. de appellat.* tradit *Bald. in auth. habita num. 73. C. ne filius pro patre*,
3 & ratio est, nam Iudex declinatus æquiparatur Iudici recusato, vt ex *glos. & Bart. in l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* confirmat *Mastrill. cit. decis. 127. num. 9. & 5.* dicens quod sicuti sententia lata post recusationem est nulla ipso Iure, ex *Lanc. de attent. recusat pend. Caualcan. decis. 28. num. 112. part. 2. Bursat. consil. 21. num. 21. & sequ. lib. 1.* quibus addo nouissimè *Doctissimum D. Riccium in collectan. decis. collect. 1020.* eodem modo opposita declinatoria, & eius decisione pendente *Nepit. super consuet. Cat. d. tit. 2. not. 3. num. 26. Burg. de Laud. par. 3. inspect. 4. nu. 21.*
4 Ita quod cauere debent Iudices, vt statim facta electione fori per miserabiles personas amplius se intromittere non debeant

debeat, quia si aliquid agerent esset, ac si priuatus sine iurisdictione illud ageret *argum. l. fin. de offic. præf. vrb. l. fin. ff. de iurisdict. omn. Iud.* ex quo dixit *Bart. in l. rei capitalis §. eũ num.* 1 *ff. de pœnis*, quod condẽ-
5 natus ad mortẽ ab eo, qui condemnare non valebat, non efficitur seruus pœnæ *Paul Castr. in l quid ergo §. ex compromisso num.* 4. *de his qui notat infam.* vbi post *Angelum resoluit* quod nec confessio, aut alias actus factus coram Iudice, vel per Iudicem incõpetentem nõ valet, nec causat infamiam, nec præiudicium causat in iudicio competenti *cap. at si Clerici de iudicijs*, vbi *Felyn. num.* 2. *Bald. nu.* 4. *Abb. nu.* 5. *Bart. in l. fin. num.* 2. *cap. si an competenti Iudice Dec. in cap.* 2. *nu.* 170. *&* 186. *de iudic. bonus tex. in l. Diuus ff. de custod. reor. Paul. Castr in l. magistratibus num.* 1. *ff de iurisdict. omn. iud.*
6 vbi ait, quod confessio facta coram magistratu municipali non facit fidem coram Præside tanquam facta coram incompetenti Iudice *Bart. ibi nu.* 4. *& in dict. l. Diuus ff. de custod. reor. Alciat. resp.* 243. *nu.* 11. & est mirabilis resolutio *Paul. Castr. in l.* 1. *nu.* 8 *ff de his qui notant in fam.* vbi ait, quod si incompetens Iudex aliquem verberaret, vel mitraret, qui actus solent gerere infamiam, etiam sine sententia *l. ictus fustium eodem tit.* vel etiam exausta, & degradaret, qui actus similiter infert infamiã, *l.* 2. *§. ignorantia vers. sed si non efficeretur infamis*, ita limitatur *glos. in d. l. ictus fustium quatenus censuit*, quod qui cõfitetur delictũ aliquod famo-
7 sum efficitur infamis, ac si esset condemnatus, cuius meminit idem *Paul. de Castr in l. si reus paratus num.* 10. *de procuratoribus*, quia intelliguntur quando confessio fuit coram Iudice cõpetenti *cap. at si Clerici de iudicijs Cumia in Rit. Regni Siciliæ cap.* 14. *num.* 168. nam quæ fit coram incompetenti iurisdictionem non prorogat *Soccin. cons.* 308. *col. fin. vol.* 3. *Maranta in specul. aureo par.* 4. *distinct.* 12. *princip. num.* 13. vnde *Bald. in l. magisterio C. de iurisdict. omn. iudic.* ait quod qui confitetur delictũ ad huc opponere defectũ iurisdictionis potest, sequitur *Dec. in rubr. de probationibus col.* 12. *vers. vlt. Purpurat. consil.* 446. *nu.* 7. dicens quod quan-
8 do iurisdictio prorogari non potest confessio non præiudicet *Dec. in cap. de causis vers.* 2. *limitatur de offic. & potest. Iudic. delegat.* & requirebatur etiam, quod confessio esset ex se valida, & non reprobata *d. l.* 1. *de his qui notat in fam* & ibi *Angel.* nam vt ait *Cephal cons.*

conf.90 nu.17.lib.1. post *Bald.*
in l 1.col penult.in fin. C.de
confessis, nulla macula infer-
tur ex confessione reprobata.
9 Ratio autem desumitur, quia
bassis, & fundamentum iudi-
ciorum est iurisdictio compe-
tens *Bald. in rubr si nõ à cõ-*
petenti iudic. Paris de confi-
dent. benefic. quæst.79.nu.22.
& seq. de Ponte cons.21. nu.2.
vol. 2. & ideo iudicatum non
10 dicitur ab eo, qui ius dicendi
non habuit facultatem *l.1.§.1.*
ff. ad Tertullianum l.1. §. hac
autem verba ff quod quisque
11 *iur.* gesta à non Iudice sunt
ipso Iure nulla *l. nullum. C.de*
cohortal. lib.12. l. actuarios C.
de numerarijs eod.lib. l.in his,
vbi *Ioan. de Platea in fine* C.
de diuers. officijs, nam qualiter-
cunque procedat Iudex incõ-
petens semper censetur gra-
uare, & offendere in *l.magiste-*
ria num.2.C.de iurisdict.omn.
iudic. Rebuff.tom.1.ad ll. Gal-
licas tit. de sententijs executo-
rialibus art.3.glos.2. num.20.
& ex l.militoribus C. *de Decu-*
rionibus lib.10. Afflict. in cap.
1.quo tempor. mil in vsib. feu-
dor. num. 14. & semper habet
contra se, & suum processum
Iuris præsumptio *Bald. in l.*
alias autem nu.6 ff de iureiur.
& in d.cap.1.quo tempor. mil.
& Afflict. ibidem num.14. di-
cẽs quod omnis actus, qui fit à
Iudice incompetenti dicitur
fieri sine iurisdictione *l.2. ff.*
de penis cap. vt debitus de ap-
pellat. l.fin. C.si à non compe-
tenti Iudice, idem *Afflictus*
titulo de vasallis milit. qui
num.46.& in decis.29 num.2.
12 & qui agit sine authoritate
æquiparatur Tyranno *Bar. in*
lege Barbarus num.4 ff.de offic.
Prator. Amat.decis. Marchia
21. num. 63. & quem admodũ
13 si iudex pendẽte appellat, aut
recursu ad superiorem, & exe-
quitur contra aliquem senten-
tiam mortis *l. Cornel.de Sica-*
rijs, & meretur penam capita-
lem *l. lex Iulia de repetendis*
§ fin. ff ad l. Iuliam reputan-
darum, per quam ait *Bald. in*
l.vnic. C de delictis defunctorũ
num. 28. quod si Iudex fauore,
vel odio, vel crudelitate, aut
nimio calore furoris procedit
tenetur *l. Cornel. de Sicarijs*,
idem *Bald.in l. ad dictos nu.2.*
C. de Episcop. audient. dicens
quod ideo Iudex debet capi-
taliter puniri, quia paria
sunt occidere innocentem, &
occidere eum qui fugit ad iu-
stam Iuris defensionem, ita de-
bet dictus Iudex puniri.

Ex quibus omnibus restat
etiam decisa quæstio, quod Iu-
dex à quo minimè valeat sta-
tuere terminum litigantibus,
infra quem se præsentent corã
Tribunali, quod elegerunt, vt
habetur per *Foller.in sua pra-*
ctica crimin. in verbo audian-
tur.

tur excusatores num. 90. pag. mihi 83. iuxta cuius sententia, & doctrinam alias interrogatus respondi certè eleganter, & abundè, faxit Deus, quia audiui iuxta per me allegata, & notata fuisse resolutum contra nonnullorum voluntatem iudicium, & præsumptionem.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Ad locorum ordinarios spectat in prima instantia iudicium causarum omnium Ecclesiasticarũ exceptis nonnullis causis, quarum in pręsenti decreto fit mentio.*

2 *l. 1. C. quando Imperator an contineatur sub exceptione concilij.*

3 *Priuilegia Imperatoris concessa laicis quando non comprehendunt Ecclesiasticos.*

4 *Voluntas ex impotẽtia argui non potest.*

5 *Statutum recipit interpretationem à potestate.*

6 *l. 1. C. quando Imperator an habeat locum in diuitibus.*

7 *Concilium per verba canonicas santiones, cur non potuit intelligere legates.*

8 *Ecclesiastici non habent electionem fori Ecclesiastici, nisi data violentia laicorum.*

ARGVMENTVM.

An textus Concilij Tridentini in sess. 24. cap. 10. vers. exceptis cõprehendat tex. in l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid.

PRo clariori intelligentia infradicendorum apponere volui, verba *text. ipsiusmet Concil. Trident.* quæ sunt videlicet

1 Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum, quomodolibet, pertinentes, etiam si beneficiales sint in prima instantia coram ordinarijs locorum, dumtaxat cognoscantur, atque omnino saltim infra biennium à die motæ litis terminentur: alioquin post id spatium literum sit, partibus, vel alteri illarum Iudices superiores, alias tamen cõpetentes adire, qui causam in eo statu, quo fuerit assumant, & quam primum terminari curent, nec antea alijs committantur, nec auocentur; nec appellationes ad eisdem interpositæ per superiores, quoscumque recipiantur, eorumuè commissio, aut inhibitio, fiat, nisi à diffinitiua, vel diffinitiuè vim habente, & cuius grauamen per appellationem, à diffinitiua reparari nequeat. Ab his excipiantur causæ, quæ iuxta canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractando, vel quas ex vrgenti rationabiliq; causa iudi-

iudicauerit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ sanctitatis suæ manu propria subscribendum cōmittere, aut auocare.

Sed deueniendo ad articulū propositum, dico in terminis esse *decisionem*, *seù votum Martæ*, cuius tenor est Ante expeditionem huius dubij, pluries rogatus, vt pro veritate scriberem, cum multo studio fui in voto negatiuo, & quoniam casus tulit, vt pro affirmatiua opinione iudicaretur, ideò me continere non potui, quin etiam hoc votum ab omnibus videri permitterem. Dicebam hospitale nō posse agere Romę contra hęredes Cardinalis pro consequutione legati ipsis opponētibus de *Concilio Tridentino sess.* 24. *cap.* 20. Et quia pars replicabat de exceptione regulæ in *vers.* excep ptis ijs causis, quæ secundum Canonicas sanctiones debent apud Sedem Apostolicam ter-
2 minari, ideo dicebat *text. in l.* 1. *C quando Imper. inter pupill. & vid.* esse de illis Canonicis sanctionibus, & dubitatū est super hoc. Ego dicebam *text. in d. l. vnica non comprehendi sub exceptione Concilij, in d. ver. Canonicas sanctiones.* Quia idem Imperator condendo illam legem, non explicauit Ecclesiasticos, nec potuit
3 de illis intelligere, quia priuilegia cōcessa personis per modum legis, non comprehendit Ecclesiasticos, nam hoc esset signum superioritatis *Io de lignan.* quem sequitur *Abb. in cap. Ecclesia Sancta Maria de constitutionibus, & in cap. qui Clericis de foro competent. Alex. cons.* 207. *num.* 2. *vol.* 2. Item si Imperator concessisset expresse Ecclesiasticis non valeret, ergo non comprehenditur sub generali concessione,
4 quia ex impotentia arguitur voluntas, *l. Busius ff. ad municipal. cap. à nobis de sentent. excomm. Bart. in l. si quis sub conditione ff. de condit. & demonstrat. Dec cons.* 504. *vol.* 1. *Crauett. cons.* 106. *nu.* 6. nemo enim videtur apponere manum ad sibi illicita *l. miles §. tam*, vbi *Angel. ff. de adulter. Ancbar. in repetit. cap.* 1 *num.* 119. *de con-*
5 *stit.* & statutum semper recipit interpretationem à potestate statuentis *Bar in l. si quis. sub conditione in princip ff. de condit. & demonstrat. Io. Monac. in cap.* 1. *de constitut. in* 6. *Crot in §. diuina* 80. & dispositio legis non comprehendit ea quæ specialiter non veniūt, *l. obligatione generali ff. de pignorib.* ideò Concilium non potuit intelligere de illis legibus, quæ non tractant, neq; poterant tractare de Ecclesia-
6 sticis. Item quia *d. l.* 1. *C quando Imper. non procedit in viduis,*

duis, & pupillis diuitibus, Cardinal. *in cap. significantibus in 1. not. de offic. delegat. Abb. in cap. licet de foro compet. Aretin. in l. potest col. 2. ff solut matrim.* sed hoc hospitale est ditissimum. Item quia Conciliũ
7 in regula considerauit solum ius Canonicum, ergo eodem modo dicitur considerasse ius Canonicum, non ciuile in exceptione, quia exceptio est de regula *l. nam quod si quidem §. penult. ff. de fund. instruct. cap. Dominus in princip.* 32. *quæst.* 7. Item non potuit considerare Concilium in *vers. Canonicas sanctiones*, adest legales, quia specialiter est decisũ contrarium de Canonico *cap. cum sit generale de foro compet.*
8 Vbi habent, quod Ecclesiastici non habent electionẽ fori Ecclesiastici, nisi data violentia laicorum. Item quia conciliũ specialiter, & verbis expressis considerauit rationem ne litigantes trahantur extra Prouinciam; dum dixit in secunda vero instantia probata paupertate non cogantur extra Prouinciam litigare. Ergo dum expressis Prouinciam in exceptione, præsupposuit idẽ tacitè in regula dicere voluisse.

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest concedere Baronibus iurisdictionem cum derogatione l. vnic. C. quando Imper.*
2 *Clericus habet fori electionem pro iniuria facta sua persona.*
3 *Episcopus dicitur caput Cleri, sicut potestas caput Ciuitatis.*
4 *Episcopus quando veniat appellatione Sacerdotis, & appellatione Clerici nu. 5.*

ARGVMENTVM.

Derogatio priuilegij concessi miserabilibus personis, & Ecclesiasticis an comprehendat Episcopos.

IN hoc articulo est obseruatio 16. *Anna*, cuius tenor est. Potest Princeps Baronibus cõcedere iurisdictionem cum derogatione priuilegij miserabilibus personis concessi, per *tex. in l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid. & constitut. statuimus*, vt hoc modo multa sunt priuilegia in hoc Regno, in quibus etiam quandoque Rex derogat etiam priuilegio Ecclesiasticis personis concesso vidi aliquando contro-

trouersum stante quodam priuilegio, cum hac vltima clausula, si Episcopus est offensus an derogatio locũ habeat, vel sit expressè facienda mentio in priuilegio de persona Epi-
2 scopi præsupponendo prius, quod pro offensione facta suę personæ possit Clericus, & tanto magis Episcopus eligere forum, adnotata per *D. Ann. patrem in alleg.* 146. quem sequitur *Vinius in decis.* 27. *nu.* 3. Ego dicebam priuilegium prędictum non includere personam Episcopi, vel Prælati, & propterea verba quæ dicunt etiam con-
3 tra Ecclesiasticas personas nõ comprehendere Episcopum, mouebar, quia Episcopus est caput Cleri, sicut potestas dicitur caput Ciuitatis *Bart. in l. nulli ff. quod cuiusq; vniuer nomine dicitur Præses Ciuitatis Bald. in l. siue pars C. de dilat.* & dicitur esse de maioribus magistratibus *Bald. dicto loco*, & propterea non comprehenditur in generali constitutione *Corneus cons.* 253. *viso litera* C. *vol.* 3. quia debet fieri expressa mentio propter excellentiam ordinis, & officij *cap. si compromissarius §. huiusmodi de elect. in* 6. *& cap. quia periculosum de sent. excom. in* 6. &
4 licet Episcopus veniat appellatione Sacerdotis, secus est in materia pœnali *Abbas in cap. non potest de re iudicata*, *& in rubr. de vita, & honestate Clericorum, & in cap. si Sacerdos de offic. ordin.* & licet ap-
5 pellatione Clericorum veniãt Episcopi non tamen in materia odiosa, & stricta, quia est qualitas in eis supra alios, quæ non reperitur in Clericis simplicibus *Abbas in rubr. de vita, & honestate Clericorum nu.* 8. nec obstant, ea quæ dixi in *addit. ad D. Genit. in d. allegat.* 146. quia ibi fui tantum relator in multa, & illa causa acciderunt, quæ non licet homini loqui, vt propterea non sint trahenda in consequentiam.

QVAESTIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Actor sequitur forum rei fallit. num.* 2 *&* 8.
3 *Furiosus dicitur eger.*
4 *Furiosus an dicatur miserabilis persona.*
5 *Miserabiles personæ quæ dicantur.*
6 *Furiosus æquiperatur viduæ, & pupillo.*
7 *Priuilegia concessa pupillis dantur prodigis, & furiosis.*

ARGVMENTVM.

Regula quod actor sequatur forũ rei an procedat in causis miserabilium personarum.

Regula

1 Regula fit negatiua, vt scilicet quod Regula illa, quod actor sequatur forum rei non procedat in causis miserabilium personarum, vt tradit *Calà de modo artic. & proband. in princip. & est decisio Rota Marchia*, vt per *Amat. in decis.* 105. quæ est tenoris sequentis videlicet.

In vna Montis Granarij Domini concorditer dixerunt inhibitoriam moderandam, licet prima facie videretur contra-
1 rium cum regulariter actor sequatur forum rei, *cap. si Clericus laicum de foro compet.* nam id non habet locū quando agi-
2 tur de causa furiosi, vt in præsenti specie, quia cum iste dicatur æger *l. 1. ibi, & tamdiù erunt ambo in curatione, quam*
3 *diù vel furiosus sanitatem, vel ille sanos mores receperit, & in l. consilio ibi tueri debet non solum patrimonium, sed, & corpus, & salus ff. de curat. furio.* & infirmus non solum corpore, sed animo, vnde furiosi ma-
4 le sani, & insani appellantur *Beat in suo tract. de inop. debito cap. 9. tom. 3 par. 2. fol. 223. num. 1.* tamquam vnus de nu-
5 mero miserabilium personarū quæ non solum dicuntur illæ quæ proprias causas administrare non possunt *cap. 1. in fin. de postuland. infantes expositi, & languidi cuius ætatis Io. de Anan. in cap. 1. num. 24. de infant. exposit. & languid.* vi-
6 duæ, & pupilli, quibus æquiparatur furiosus *l. fulcinius §. ita autem ff. quib. ex caus. in possess. eatur*, & per *Bart. in l. 1. §. fuit quæsitum num. 7. ff. ad Senat.*
7 *consult. trebell.* vbi *Barb. in addit. in lit. A.* qui dicit, quod omnia priuilegia data pupillis dantur prodigis, & furiosis, & *Hieron. Verius in l. ex facto num. 4. ff. de vulg. pupill. lib. 3. fol. 545. vers.* senes decrepiti mercatores quamdiù sunt in mercemonijs sicut peregrini *Ioan. de Anan in cap. nullus Iudex 19. num. 3. de Iude.* de nouo conuersi, quando scilicet pauperes sunt secundum eundem *Ioan. de Anan. in cap. Iudei siue 5. num. 8. eod. tit. de Iudeis*. Item diuturno morbo exhausi, & eneruati, & generaliter omnes qui naturali cōmiseratione ob fortunæ iniuriam digni sunt secundum *Azor. in summa C. quando Imper. inter pupill & vid. vel miserabil. person. Afflict. dec. 257. dicit Constitutio Regni num. 1. Roland. consil. 76. pluribus ex causis num. 44. lib. 1. Gayl. obseru. 1. & 5. regulariter lib. 1. num. 40 fol. 3. & Rebuff. in suo tract. de sentent. prouisional. artic. 3. gloss. vltima fol. 294. qui pariter plures casus enumerat*, sed omnes qui iudicibus miserabiles videntur, vt secundū opinionem *Petri* vo-

luit

luit Cyn. in l. vnica num. 3. *C. quando Imper. inter pupill. & vid. fol.* 147. potuit suam causã agere coram Iudice Ecclesiastico, iuxta tradita per *tex. in cap. super quibusdam in fin. de verbor. signif. glos. in cap omnis atas* 12. *quaest.* 2. *in verb. pupill. Ioan. de Anan. in d cap. Iudai num.* 8. *de Iuda. Aret. consil.* 102. *spectabilis nu.* 1. *& seq. Rebuff loco cit. nu.* 30. *fol.* 298. *Abb. in significantibus nu.* 6. *& seq. de offic. delegat. Marant. in suo specul. par.* 4. *vt iudicium mercatorum nu.* 194. *fol.* 161. praesertim in casu isto; in quo miserabilis persona est clericus, vt considerauit *Abb. in d. cap. significantibus nu.* 6. *in versic. quo ad primum*, & sic cum propterea dicta causa esset effecta de iurisdictione Ecclesiastica rectè per Reuerend. D. Antonium Borniam Vicarium Generalem Illustriss. & Reuerendiss. Archiepiscopi Firmani I. C. eximium fuit ad vlteriora procedi mandatum per Dominos, vt supra moderata inhibitio.

QVAESTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio electionis fori potest opponi semper, & etiam post conclusum in causa, & appuntatum ius.*

2 *Qui possunt variare, possunt fori electionem facere vsque post conclusionem causa, & appuntatum ius.*

ARGVMENTVM.

Exceptio electionis fori vsque quo possit opponi.

1 REgula sit, quod exceptio electionis fori semper potest opponi, ita quod etiã post conclusum in causa, & appuntatum ius illa sibi locum vendicat, vt scribunt *Affl. in constit. Regni statuimus quaest.* 141. *Franc. in decis.* 100. *Viu. in decis.* 521. *nu.* 17. vbi sic refert seruari in Regno *Carauit. in ritu* 231. *nu.* 6. *Mascatell. in praxi Sacri Consilij in glos. competentes num.* 30. *Calà de modo articul. in princ. sub. nu.* 75. *Foller. in d. constit. Regni statuimus nu.* 73. vbi dicit hanc dubitationẽ procedere in personis nõ habentibus ius variandi, nam in personis habentibus ius va-
2 riandi, dubitatio non cadit, cũ ille vsque ad appuntuationem causae possint variare, & declinare forum semel electum, vt latè dixit etiam in sua *practica criminali in verbo audiantur excusatores num.* 98. vndè cum viduae, pupilli, & aliae miserabiles personae variare possunt nulla potest cadere dubitatio opponendi exceptionẽ

T ele-

electionis fori vsque ad appuntatum ius, & conclusum in causa.

Et sic quandoque respondi interrogatus, & requisitus quid sentirem.

QVAESTIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Qualem quis se facit pro fundamento suæ intentionis talem se probare debet.*

2 *Fundamentũ intentionis suæ vnusquisque probare tenetur.*

3 *Reus absoluitur actore non probante.*

4 *Allegans aliquid, illud debet probare.*

5 *Petens compromissum tanquã consanguineus debet probare consanguinitatem.*

6 *Agens tanquam procurator debet probare mandatum.*

7 *Agens vt hæres debet probare se hæredem.*

8 *Quicquid in libello enunciatur est probandum.*

9 *Refertur cõsultatio Authoris.*

10 *Qui fundat se in tempore non poterit obtinere si indiuiduo de illo tempore non probat.*

11 *Notoria non egent probatione.*

ARGVMENTVM.

Miserabilis persona, cui ratione miserabilitatis competit beneficium electionis fori, nunquid satis de miserabilitate docuisse censeatur simpliciter asserendo se esse miserabilem personam, ita vt onus probandi contrarium in aduersarium reijciatur.

Regula sit negatiua, & sic quod miserabilis persona agens ad beneficium electionis fori, debet se probare esse talem ad effectum habendi illud priuilegium, vndè pupillus volens electionem fori allegare tenetur ostendere se esse talem, sic etiã vidua volens agere ab beneficiũ electionis fori, tanquam vidua, debet ostendere se esse talem, & sic de sin-
1 gulis habentibus fori electionem, qualem.n. quis pro fundamento intentionis suæ, quis se facit, talem se probare debet *l. non ignorat*, vbi *Bart. C. de accusat. Bal. cons.* 89. *nu.* 3. *vol.* 1. *Paris. cons.* 12. *num.* 40. *lib.* 2. *Natta cons.* 73. *nu.* 11 *Cephal. cons.* 82. & fundamentum intentionis suæ vnusquisque probare tenetur *l. actor quod asseuerat C. de probat. l.* 2. *& l. in exceptionibus ff. eodem cap. inter dilectos de fide instrumentorum Cacheran. decis.* 144 *num.* 15. *Decian. respons.* 24. *nu.* 61. *lib.* 1. vbi subdit, quod probatio actoris debet esse certa, & concludens, non autem dubia,

bia, & incerta, neque sufficit, vt concludat per possibile, sed
3 per necessè, & quilibet tenetur probare fundamentum intentionis suæ, siuè affirmatiuũ, siuè negatiuũ *Bertrand. consil. 75. num. 4. lib. 2.* vbi dicit, quod fundamentum intentionis venit in omnibus actionibus probandum, quod procedit, siuè quis agat, siuè excipiat, siuè asserat, siuè deneget *Dec. in l. si emancipati col. 2. C. de collat. Cacheran. decis. 171. num. 8. & probatur in l. 2. ff. de procuratoribus,* sequitur *Grauett. consil. 226. num. 8.* vbi tradit, quod tam actor, quam reus tenetur probare suam intentionem, vnde reus absoluitur actore non probante, quamuis reus sit vir nequam, & actor sit vir probãs *Iason. in l. qui accusare num. 5.* vbi *Alciat. num. 17. & Dec. num. 6. C. de edendo Menoch. de arbitr. Iudic. casu 92. num. 8. vbi num. 16.* dicit hoc habere locum etiam in causis
4 beneficialibus, prout etiam tenet *Grauett. in consil. 104. in fine,* allegans enim, dicensque aliquid id probare debet, iuxta *glos. in cap. nõ est de consuetud. in 6. & in clement. vnica de restitut. in integr. Felyn. in cap. cum dilectus col. penult. de accusat.* latè *Marsil. in l. 1. §. si quis dicatur num. 4. ff. de quæstionibus,* abundè *Mascar. de probation. conclus. 88.* vbi ad plura ex hoc infert, vt apud eum videri potest; vndè in *Rota Romana*, testè *Mobedan. in decis. 1. de exceptionib.* fuit decisum coram Reu. P. D. Episcopo Aquen. 20. Decembris 1538. quod excipienti de non numerata pecunia contra obligationem in forma Cameræ incũbit onus probandi suã exceptionem.
5 Hinc enim videmus, quod stante statuto, vt causæ consanguineorũ compromitti debeant vsque ad talem gradum, vt in Regno nostro est sancitum per *pragmaticam odia litium de compromissis,* qui petit compromissum tanquam consanguineus in illo gradu talem se probare debet, *Abb. in cap. tua nos notab. 2. de consanguin. & affin. Dec. consil. 221. Alexand. consil. 82. lib. 2. Alciat. de præsumption. regul. 1. præsumpt. 28. num. 1.* & hinc excipienti contra habentem fundatam intentionem incumbit onus probandi suam exceptionem, vt decisum in *Rota Romana*, refert *Mobedan. in decis. de except.*
6 Hinc agens vti procurator debet probare mandatum, vt latè post alios quos allegat habetur per *Mascard. de probation. conclus. 107. & conclus. 975.* & nouissimè tradit *Dominus Riccius in decis. 149. part. 2.* Vndè meritò Curia

Archiepiscopalis Neapolit. iudicauit, quod opponẽs contra rescriptum, quod sit subreptitiam teneatur probare, tradit idem *Dominus Riccius in decis.* 108. *par.* 1. & fuit dictum in vna *Ciuitaten. Conslit. Cappellania* 20 *Februarij* 1589. *coram Seraphino*.

7 Et huc spectat, quod volens agere tanquam hæres, vel filius probare prius debet se heredem, vel filium esse *Menoch. de retinend. possess. remed.* 3. *num.* 164. *Paris. consil.* 112. *nu.* 240. *lib.* 2. *Soccin. Iun. consil.* 86. *num.* 74. *lib.* 2. *Dec. cons.* 321. *nu.* 2. non enim sufficit in libel-

8 lo dicere se esse pupillũ, aut infirmum, nisi probet se talem, necessè est enim, vt quidquid in libello enuncietur, vt probetur *Dec. consil.* 60. *num.* 2. *Cacheran. decis.* 171. *num.* 9. *in fine, & decis.* 108. *num.* 9. Vndè dicens beneficium ꝙ cadit sub indulto excedere 24. ducat, & debere expediri nouam prouisionem tenetur probare *Mobedan. decis. Rot. Roman.* 20. *de prabendis*.

9 Hinc in quadam facti contingentia interrogatus respondi, latè quod onus probandi incumbat mulieri, quę renunciauit hypothecæ agenti contra emptorem bonorũ mariti hypotecaria, quod marito nõ superfluerẽt alia bona, de quibus sibi consuli possit, vt habetur per *Castrens.* qui dicit hoc habuisse in facto in *l. mauia §. fundus nu.* 4. *ff. solut matr.* quem refert, & sequitur *Guttier. de iurament. confirm. par.* 1. *cap.* 1. *nu.* 20. *& sequ. vide in vot.* 38.

10 Et hinc nouissimè *Phebus in decis. Rota Lusitania* 76. *nu.* 4. dicit quod qui se fundat in tẽpore, nõ poterit obtinere si in indiuiduo de illo tempore non probet, vt etiã *tex. & ibi DD. in l. cum te minorem C. de probat. Bar. in l. non solum §. sed, ut probari ff. de noui operis nunciat.* cum alijs per *Ias. in rubr. C. qui admitti num.* 7.

Aduertendũ tamen est quod, id quod diximus de pupillis virginibus, & membris mutilatis eligentibus forum tanquã miserabilibus personis debere probare se esse tales, non est intelligendum, vbi hoc esset notoriũ, quia tunc non erit opus probatione, iuxta *glos. in clement. appellanti. in vers. alias de appell.* illam sequuntur communiter *DD. Io. Andr. Imol. Cardin. & Domin. in cap. condi de appell. in* 6. *Angel. in l. necessarijs nu.* 5. *ff. de acquir. hared. Bal. in l cum fratrem col.* 3. *C. de his quibus vt indign. Cephal. consil.* 75. *nu.* 46. *vol.* 1. *Roland. cons.* 87. *nu.* 13. *vol.* 1. *Alex. cõs.* 226. *col.* 3. *vol.* 6. quos refert, & sequitur *Mascard. de probat. conclus.* 88. *nu.* 50.

QVAE-

QVAESTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium electionis fori nõ potest renunciari, contrariũ autem num.5.*

2 *Priuilegium concessum miserationis causa non potest renunciari.*

3 *Beneficium* Cap *Odoardus nõ potest renunciari, & quare num.13.*

4 C*lericus non potest renunciare priuilegio fori, & quare num 14.*

5 *Quilibet potest suo fauori renunciare.*

6 Cr*editor potest renunciare beneficio prauentionis.*

7 *Fideiussor potest renunciare beneficio auth.prasenti* C.*de fideiuss.*

8 *Duo rei debendi renunciant beneficio diuisionis.*

9 *Mulier renunciat Senatus Consulti Velleiani beneficio.*

10 *Actor potest renunciare* Iuri *exequutiuo.*

11 *Venditor potest renunciare beneficio l.2.*C.*de rescidend. vendit.*

12 *Cessioni bonorum potest renunciari.*

15 *Vasallus non potest prorogare alterius iurisdictionem absque consensu Domini.*

16 *Beneficium l. hac adictali* C. *de secundis nuptijs non potest renunciari per patrem.*

17 *Filius familias non potest renunciare beneficio Senatus Consulti Macedoniani, & quare num.18.*

19 *Clericus filius familias, Aduocatus, & Miles non gaudent beneficio Macedoniani.*

ARGVMENTVM.

An priuilegium electionis fori possit per miserabiles personas renunciari.

1 Regula sit negatiua, vt scilicet, quod miserabiles personæ non possint renunciare eorum beneficio electionis fori, iuxta *glos. communiter receptam in l. vnica in verbo excedere* C. *quando* I*mper. inter pupill. & vid.* quam notat ibi *Bal. & Salyc. Barbos. in l. alia §. eleganter nu.50. ff solut. matrim. Felyn. in cap. si diligenti de foro compet. Barbat. cons. 64. col.5. vol.4. Rebuff. in constitut. Regni Francia in tit. de sent. prouisional. artic.3. nu.38. Gaballin. milleloq. 696. Natta cons.590. num.15. Carauit. ritu 131. num.4. Couar. pract. quest. cap.6. & 7. Masull. ad* Capyc. *in decis.160. num.7. Costa de scient. & ignorant. inspect.98. num. 9. Capiblanc. de Baron. pragmat.8 num.156. Gratian. discept. Forens. 182. num. 22. Franc. decis.187. & decis.192. num.7. Thesaur. decis.177. Viuius*

*uius decis.*521.*Giurba in decis. Sicil.* 82.*num.*5. cuius ratio ea
2 assignatur, quia priuilegium miserationis gratia concessum non potest renunciari, vt per eos habetur. his addo *Parpal.* dicentẽ sic in facti contingentia vidisse seruari in *l. penult.* C. *de pact. Scaglion. ritu* 230. *Bertacch. de gabell. par.*7.*quæst.* 27.*Roman.cons.*269. nouissimè tradit *Caroce. de except. except.* 22.*quæst.*6. *num.*8.

3 Hinc enim videmus, quod beneficium Cap. Odoardus concessum Clericis, nè possint cõueniri, nisi in quantum facere possunt deducto nè egeat, de quo vltra alios nouissimè, latè habetur per *Grass. de effectibus Clericatus effect.* 7. per totum non potest renunciari, vt in proprijs terminis sequuti sũt *Parlador. in libro rerum quotidian. par.*5.*cap.fin.* §.6.*num.* 24.*Couar. in libro variar. resolut. cap.* 1.*num.*38.*Costa. de remed. subsidiar. remed.*29.*nu.* 8. *Ceual. in pract. commun. contra commun. quæst.*71.*nu.*71. quos refert, & sequitur *eruditissimus D. Ricc. in decis.*160. *par.*2. vbi iuxta hanc opinionẽ tradit iudicatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana.

4 Facit etiam quod Clerici nõ possunt renunciare eorum priuilegio, vt conueniantur corã Iudice seculari *cap. significasti, & cap. si diligenti de foro competent.* & vtrobique *glos. Dec. in cap. decernimus num.*168. *de iudic. Gramat. decis.*61.*nu.*14. *Marta de iurisdict. par.*2. *cap.* 6.*nu.*31.*Sayr. in Claui Regia lib.*12.*cap.*7. *nu.*10. *Franc. decis.*400.*num.*6. *Scaccia de communi tradens in suo tractatu de iudic. par.*1.*cap.*11.*num.*35. latissimè *Grass. de effect. Cleric. effectu* 1.*num.*42. vbi innumeros refert authores more solitò. Teneri etiam potest cõtra prædictam opinionem, & sic quod nõ sint prohibitum huic
5 beneficio electionis fori per miserabiles personas renũciari, ex eo quod quilibet potest fauori pro se introducto renũciare *textus est apertus in l. si quis in conscribendo* C. *de pactis, & in l. si quis in conscribendo C. de Episcop. & Cleric. cap. ad Apostolicam de regular. l.* 1 *ff. si quis in ius vocatus non iuerit l. si conuenerit ff. de iurisd. omn. iudic. l. quæritur* §. *si venditor ff. de edilitio edicto l. si Iudex circumuentus ff. de minor.* latè *Tuscus in conclus.*170.*&* 171. *Phebus in decis. Lusitan.* 10. *num.* 12. alios adducẽs adeò quod si quis vult renunciare eius foro, non requiritur consensus Iudicis, sed partium sufficiat *tex. in l.* 1.*&* 2 *ff de iudic. & in l.* 1.§.*post operis ff. de noui oper. nunciat.* vbi *Iason. num.* 11. nam priuatus consensus facit Iudicem eum,

qui

qui iurisdictioni præest *tex. in l. priuatorum C. de iurisdict. omn. iudic.* & faciunt latè adducta per *Viuium in decis.* 316.
6 Hinc creditor valet renunciare beneficio præuentionis, vt habetur per *Franc. in decis.* 676. & spoliatus renunciare beneficio petitionis restitutio
7 nis, vt decisum est per *Rotam in antiquis in decis.* 3. *dec.* 6. & *dec.* 11. *de renunciat.* & fideiussor poterit renunciare beneficio *auth. præsenti C. de fideiuss. vt in Rota Lypsiens. decisum refert Thomingius in dec.* 1. vt
8 pariter duo rei debendi possunt renunciare beneficio diuisionis, vt tradit *Polidor. Ripa in libro singularium obseruat.*
9 *casu* 89. & mulier poterit renunciare beneficio Senatus cõsulti Velleiani, dummodo de eo sit certiorata, testè *Thesaur. in decis.* 222.
10 Hinc etiam actor potest renunciare iuri exequutiuo, iuxta decisionem *Mastrill.* 137. & filius quoque valet renunciare legitimæ, licet non veniat in generali renunciatione, vt per *Afflict. in decis.* 178.
11 *dub.* 2. & poterit venditor renunciare beneficio *l.* 2. *C. de rescindend. vendit.* vt habetur per *Thesaur. in dec.* 165.
12 Vndè ex his videtur verior illa opinio, quod cessioni bonorum quis possit renunciare, & consequenter, quod valeat pactum inter creditorẽ, & debitorem de non cedendo bonis, pro quo vltra rationes supradictas facit, nam taciti, & expressi idem est iudicium, *l. cum quid ff. si cert. petat.* quẽ *tex.* omnes ad hoc citant, vt post *Castr. cons.* 6. *versic.* 5. *loco vol.* 2. dicit *Cephal. consil.* 105. *num.* 20. *cons.* 272. *nu.* 2. *par.* 7. & alij passim, sed renunciatio beneficij cessionis bonorum tacitè facta valet *l. vlt. C. qui bonis ced. poss.* ergo, & expressa valebit *d. l. cum quid, & l. triticum ff. de verbor. oblig. & l. si repetendi C. de condict. ob caus.* quod autem tacitè possit renũciari beneficio cessionis bonorum patet ex quinquennalis dilationis acceptatione, qua mediante videtur debitor tacitè renunciare beneficio cessionis *d. l. final. C. qui bon. ced. poss.* & hanc partem consuluit *Feder. de Sen. cons.* 60. eandem tenet latissimè *Imol. in cap. cũ contigat car.* 12. *vers. item aduertè, quia per prædicta de iure iur. & in cap. ex rescripto eod. tit.* vt refert *Felyn. in d. cap. ex rescripto col.* 4. *in princ. sub nu.* 9. & hoc verius videtur, vt latè prosequuntur *Domini de Rota in antiq. decis.* 210. *incip.* nota quod quisque *est secunda sub tit. de arbitr. & decis.* 566. *incip. vtrum possit renunciari, quæ est* 31. *sub tit. de sentent. & re iudic.*

13 Non obstat, quod beneficiũ Cap. Odoardus de solut. non potest renũciari, quia hoc euenit, ex eo quod renunciatio præfati beneficij tendit in opprobrium totius ordinis Clericalis contra *tex. in cap si diligenti de foro compet.* & veniret Clericus obligatus ad perpetuos carceres, quod nec iuxtum, nec rationi consentaneũ est in dedecus totius ordinis Clericalis, & absque vlla creditoris vtilitate, & comodo, vt benè aduertit *Doctissimus D. Riccius in d. decis. 160. num. 12 par. 2.*

14 Neque obstat, quod Clericus non valeat renunciare eius foro, quia ad hoc respondeo, rationem esse, nam cum priuilegium hoc fuerit introductũ in fauorem totius ordinis Clericalis, sequitur, vt illi non possit renunciari per vnum Clericum *cap. si diligenti de foro cõpet.* eo magis, quia concernit fauorem superioris, & iurisdictionis Ecclesiasticæ, enim regula, quod quilibet possit renunciari fauori suo, eatenus est vera, si priuilegium concernat fauorem renunciantis tantum, secus si fauorem superioris respiciat, quo casu renunciatio facta non subsistit, vt in casibus exemptionum, quod si vocatus contra priuilegium coram alio Iudice cõpareat, & in eius iurisdictione consentiat ex tali partis consensu non prorogatur iurisdictio in præiudicium Domini facta *cap. cũ tempore*, vbi *Panor. num. 2. de arbitr. DD. communiter in l. si quis in conscribendo C. de pact. Soccin. in d. cap. significasti de foro compet.*

15 Sic etiam vasallus non potest in alterius iurisdictionẽ absq; consensu Domini consentire, nec expressè, nec tacitè, quod si fecerit nullius esse præiudicij prærogatiuo, sed Dominus poterit eum rectè auocare, per *tex. in cap. Imperialem §. præterea si inter, & ibi singularis glos. in duos de prohibit. feud. alienat. per Feder.* vbi pulchrè *Afflict. numer. 23.* sequitur *Bald. in d. l. si quis in conscribendo C. de pact.* vnde quoties quæritur de renunciatione fori an valeat, distinguendum est, an lex, vel Princeps dispônat de foro fauore superioris, an vero mera consideratione priuatorum, nam primo casu prorogatiuo iurisdictionis fieri nequit, vt in Clericis vasallis, & exemptis fuit dictam, altera vero eam valet renunciatio, & sic intelligo *tex in d. l. si quis in conscribendo C. de pactis*, regulariter, enim Iuri in suum, & alterius fauorem introducto nemo renunciare potest, secus si de vnius fauore agatur, vt in casu nostro, vt per *DD. communiter*

ter

ter in d.l. si quis in conscribendo, & praecipuè per *Bald.* hinc est, quod donatione inofficiosæ pater etiam cum iuramento renunciare nequeat, quia huiusmodi renunciatio, non solum concernit patrem, sed etiã filios, & ideò renunciatio, & iuramentum in præiudiciũ filiorũ non valet, vnde factam donationem inofficiosam reuocare possunt, vt est communis opinio *DD. ex doctrina Bar. in l. Titia la. 2. §. Imperator nu.7 ff. de legat.* 1. quos omnes sequitur, & refert *Curt. Sen. in*
16 *cons. 1. num.* 8. vt alios omittã, & hunc quoque spectat, quod beneficio *l. hac edictali C. de secundis nuptijs*, renunciari nõ potest, quia fauor ille non est inductus tantum in fauorem renunciantis scilicet patris, sed etiam liberorum, ergo illi legis beneficio non potest renunciari etiam cum iuramento, vt est communis, & benignior opinio quam tenet *Bar. in d.l. hac edictali nu. 2. Curt. Senior cons. 1. num. 16. in fine*, nam est res inter alias actu, & iuramentum non firmat contractum in præiudicium tertij *tex. in cap. quamuis de pact. in 6.* vbi etiã *DD. & in cap quintaualles cap. venientes, & cap. quemadmodum de iureiurando tex. in l. fin. C de numer. pe-*
17 *cun.* & hinc beneficio Senatus Consulti Macedoniani, de quo per *pragmat. de Iure Regni, per excellentẽ de Senatus Consult. Macedoniano*, non potest per filium renunciari, vt ibi post alios habetur per *Rouit. in coment. eiusdem pragmat.* quid quid male senserit salua eius pace *Giurba in decis. Sicil.* 42.
18 ex eo quod beneficium Macedoniani non fuit inductum, & cõcessum fauore tantum filiorum, sed principaliter fauore patrum, dum per eam pragmaticam disponitur, quod non recipiantur obligationes à filijs familias, nisi in præsentia patrum, & eorum consensu, vt firmaui etiam in *lib. singular. obseruat vot.* quod nam in casibus in quibus patri nõ fit præiudiciũ non gandẽt, vt ꝓbatur in bonis Castrensibus, & quasi Castrensibus filius familias nõ habet beneficiũ Macedoniani, vt decisum in Sac. Cons. refert *Franc. in decis.* 70. qua de ra-
19 tione meritò Aduocatus, & & Clericus, & miles filij familias non gaudent beneficio Macedoniani, vt habetur per *Borrell. de compromissis §. 1 glos. 3. num.* 157. *in fin. & per specul. in tit. de actor. §. 1.* & nouissimè concludit *D. Ricc. in praxi resolut.* 121. *par.* 2. & de filio familias mercatore fuit decisũ in Sacr. Consil. die 27. Octobris 1619. in causa Anibalis de Leone cum Luca de Felice patre Michaelis de Felice, Actuario

Sarno

Sarno, vt refert *Rouit. in d. pragm. per excellentem num.7.* allegans *Foller. ad Marant. in in suo specul. pa.6. membr.9 nu. 61.* & voluit *Cancer. variar. resolut. lib.2. cap.1. nu.164.*

Non obstat quod sumus in fauore miserabilium personarum, & consequenter sit dicendum renunciationem factam à talibus personis non subsistere, quia notandum est secundũ *Gaballin. milleloq.* 698. post *Rebuff. in constit. Gallia artic.3. glos. fin. num.37.* quod his personis non ita debemus fauere, vt alijs iniustitiam faciamus, *cap. ex tenore de foro compet.* ideò dicitur *Exodi* 12. Eadem lex erit indigenæ, & colono, qui peregrinatur apud vos, & *cap.* 23. pauperis non misereberis in iudicio videlicet ad in iustitiam aliorum, & *Deutero. 1. cap.* quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus nulla erit distinctio personarum declarat *Pepin. in sermonib. quadragesimal. sermon.2. post tertiam Dominicã*, & alibi *Hieron. ad Rusti. Epist.* 11. *lib.* 3. propter iniustitiam pauperem in iudicio non defendes, & Papa dicit se priuilegiatorum defendere velle iura: ita vt aliorum iura non perturbet *cap. nolentes de priuileg. lib.6. Barbat. cons.36. sapienter in princip. in 2. vol. & consil.46. ibidem tex. in cap. denique 14. quæst.5.* vbi sic dicit *Ambrosius*, denique si non potest subueniri alteri, nisi alter lædatur cõmodius, est neutrũ iuuari quam grauari alterũ, vt etiã dixi in *vot.42. nu.4. & 5.*

QVAESTIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio priuilegij non præsumitur.*
2 *Donare est perdere.*
3 *Renunciatio per quos actus præsumatur facta vide nu. 4. & 5.*
6 *Renunciatio priuilegij electionis fori non dicitur rectè facta nisi specialiter, & expressè fiat.*

ARGVMENTVM.

Priuilegio renunciasse an, & quãdo quis præsumatur, & quid in priuilegio electionis fori.

SVpposita illa opinione, quod priuilegio electionis fori possit per miserabiles personas renunciari, vt supra diximus.

1 Regula sit, quod renunciatio priuilegij non præsumitur facta per priuilegiatum, vt habetur per *Felyn. in cap. cum accessissent num.29. de constitut.* vbi etiam *Dec. col. penult. vers. & hoc comprobatur*, idem *Dec. cons.308. num.8. Butr. in cap. acce-*

accedentibus col.2. de priuileg. ex eo quod renunciatio est donatio *l. si quis delegauerit*, vbi *Bar. ff. de nouat. l. hoc iure §. 1. ff. de donat. Roland. à Valle consf. 11. num. 17. vol. 1. Dec. in l. postquam liti num. 15. & ibi Curt. Iun. num. 5. C. de pact. Alex. cons. 206. col. 2. in fine lib. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 45. nu. 11. Borrell.*
2 *cons. 4. num. 74.* donare autem quid aliud est quam perdere *l. contra iuris §. fin. ff. de pactis l. prohibere §. planè ff. quod vi, aut clam. l. filius familias ff. de donat. Salyc. in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. num. 3. Ruin. cons. 22. nu. 8. Natta cons. 173. num. 2. vol. 1. Neuizan. cons. 22. num. 2. vol. 1. D. Ricc. in decis. 297. num. 3. par. 2.* licet hoc nõ
3 procedat quãdo priuilegiatus facit actum contrariũ ipsi priuilegio, nam tunc ei renunciasse præsumitur *cap. si de terra de priuileg.* vbi *glos. & Dec. nu. 21.* idem *Dec. in cap. cum accessisset. num. 17. de constit.* vbi *Felyn. num. 28. Marsil. de fideiussor. num. 335.* vnde si immunis à muneribus ciuitatis patitur se adscribi, in æstimo, & cataſtro præsumitur beneficio renunciasse *Alexan. consil. 196. in fin. lib. 2. Roman consil. 252. in fin. Bart. in l. 1. C. de ijs qui sponte muner. subeu. libr. 10. Abbas in cap. cum accessisset nu. 28. de constitut.* vbi etiã *Felyn. nu. 28.* qui abundè hoc intelligit, quo ad personam facientis actum contrarium ipsi priuilegio, cui quidem ad sui præiudicium renunciasse præsumitur, secus vero quo ad alios quibus præiudicare non potuit, & *num. 29.* intelligit, quo ad actum, illum non autẽ quo ad alios, vt si priuilegiatus immunis ab omnibus muneribus, & oneribus ciuitatis vnum subiuit dicitur quidem renunciasse priuilegio, quo ad illud onus, sed nõ, quod ad alia vt sequuntur etiam *Puteus decis. 188. num. 3. lib. 2. Dec. cons. 496. num. 13.* & dicitur renunciatum priuilegio, vbicunque actus cõtrarius priuilegio fuit coactè factus, sicut coacta solutio collectarũ facta ab exẽpto, & immuni priuilegio non derogat, nec præiudicat *l. cum in princip. ff. de muner. & honor. & in specie Dec. in cap. si de terra num. 32. de priuileg. Roman. consil. 107. num. 13. & cons. 196. in fine, & consil. 288. num. 11. lib. 1. Marsil. cons. 99. num. 3.* optimè *Bellenz. de caritatiuo subsidio quæst. 61.* vbi scripsit, quod si immunis à decimarum solutione eas soluit coactus à collectore nullum sibi ea solutione præiudicium attulit etiam si soluens protestatus nõ est, quod soluit coactè, quod probatur ex *Butr. in cap. accedentibus col. 2. vers. per*

pra-

prædicta de priuileg. vbi si canonico non exemplum mandato Papæ recepit illi quem in canonicum, quia priuilegium capituli non dicitur renunciasse ipsi priuilegio, cum id coactè fecerit, vt decisum in *Rota Roman. referunt Verall. decis. 377. par. 2. Puteus decis.* 188. *lib. 2. Menoch. cons.* 402. *num. 3. lib. 5.*

4 Vt etiam dicimus, quando faciens actum priuilegio contrarium protestatur, quod cũ intendit renunciare ipsi priuilegio *Dec. Felyn. & Abb. in d. cap. non accessissent de constit. Bar. in l. 1. C. de ijs qui sponte munera subeunt Alexan. cons.* 108. *lib.* 3. *Roman cons.* 252. *in fine*, & sic pariter, quãdo actus ipse factus, quia priuilegium fuit ab eo, qui renunciare nõ poterat illo priuilegio, vt *Dec. num.* 18. *& Felyn. num.* 29. *in d. cap. cum recessissent de constitut.* qui exemplificant in prælato, qui fecit actum contrariũ priuilegio Ecclesiæ concesso, nam non potuit prælatus præiudicare dicto priuilegio Ecclesiæ, vt etiam tradit *Alex. cons.* 190. *in fin. lib.* 2. & facit, quod confessio prælati qui asseruit emphiteutam soluisse Canonem Ecclesiæ debitum cum nocet Ecclesiæ, nec nocet emphiteutæ, vt euitet pęnam caducitatis, iuxta sententiam *Menoch. in consil.* 39. *num.* 54. *lib.* 1. post *Afflict. Angel. Barbat. Calder. & Parisiũ* quos allegat, & confert, quod sicuti pater non soluendo canonem pro emphiteusi filij nullum infert præiudicium filio, vt incidat in pęnam caducitatis *Iason. in l.* 2. *num.* 192. *C. de Iur. emphiteut.* sic etiam pręlatus qui est administrator, & pater Ecclesiæ ei suo facto detrimentum afferre non posse, est dicendum.

5 Sic etiam non dicitur renunciatũ priuilegio, quando actus contrarius priuilegio non fuit sortitus effectum suum, quia ille puta tentauit contrauenire *Iason. in l. fin. num.* 20. *ff. de constitut. princip. Felyn. in d. cap. non accessisset nu.* 30. *vers.* 6. limita vbi etiam *Dec. col. penult. vers.* 4. *declaratur*, & & idem est quando in priuilegio adscripta est clausula decreti, vel alia clausula prohibitiua nam hoc nec per contrauentionẽ, nec per præscriptionem dicitur sublatum priuilegium *Abb. in cap. cum dilecto col.* 3. vbi etiam *Anan. col.* 4. *Cardin in* 9. *&* 10. *opposit. de prabendis Rota in antiquis in decis.* 63. *de priuileg. Iason. in l fin. num.* 58. *ff de constitut. Corset. in suis singularibus in verbo præsumptio Felyn. in cit. cap. cum accessissent nu.* 30. *versic.* 4. *limita de constitut.* vbi *vers.* 7. post alios quos allegat, idem

idem dicit esse quoties priuilegiũ consuetudine esset adeptum nam sicuti consuetudo nõ collius vno solo actu cõtrario, sic etiam priuilegium ab ipsa consuetudine causatũ, vt etiã dicit ibidem *Dec. col. penult. vers. 6. & vltimo fallit.*

6 In casu tamen nostro si vis sectandæ sententiam de qua supra in prçcedẽti quæstione dicas, quod licet per supra narratos actus quis censeatur renunciasse eius priuilegio tamen beneficio electionis fori nunquam dicitur renunciatio facta, nec valida habetur, nisi in specie fuerit dictũ, & facta mentio de renunciatione dicti priuilegij tempore renunciationis, alias si generaliter fuerit renunciatum omni legum auxilio, & priuilegio ista renunciatio non præiudicabit, huic beneficio ex eo, quod beneficium alicui concessum miserationis causa ad sui exclusionem requirit verba nedum specialia, sed specialissima, vt singulariter notat *Cyn. in l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid.* quod approbando refert *Bald. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non in vers.* quos refert, & sequitur *Roman. in consil. 269. nu. 3.* & beneficium quod conceditur per legem ratione miserabilitatis fauoris ad sui exclusionem requirit specialem renunciationem, prout est casus multum notabilis in *l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit.*

QVAESTIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium electionis fori, est personale.*

2 *In dubio concessio realis præsumitur.*

3 *Beneficium personale præsumitur, vbi concessum fuit personæ immediatæ.*

4 *Priuilegium mariti ne conueniat, nisi in quatum facere possit est personale, & ad hæredes non transit.*

5 *Priuilegium fisci nè soluat gabellas, non transit ad conductores.*

6 *Concessio Realis non transit ad hæredes.*

7 *Concessio Realis extenditur de persona ad personam, at secus in cõcessione personali.*

ARGVMENTVM.

Priuilegium electionis, & variationis fori an sit reale, vel personale.

1 Regula sit tale priuilegiũ esse personale, non autẽ reale, nam licet, quando sumus in dubio, cui facta sit concessio an personæ, vel causæ, 2 vel rei, hoc in casu præsumi realem

realem scripserunt *Oldrad.consil.252.num.2. Bald.cons.159.col.2.lib.3. Ancharan. consil. 327.num.3.* qui alios refert,& copiosè *Alexan. in l. quia tale nu.2.ff.solut.matrim.* egregiè *Iason.cons.217.lib.2.Dec.cons. 51.Crauett. consil.929.num.5. Bellon.cons.20.*tamen hoc cessare debet in casu nostro, in quo ex sequentibus signis apparet istud priuilegium præfatum esse personale.

3 Primo quia istud beneficium per Imperatorem fuit concessum personæ, quæ extitit causa proxima, & immediata ipsius concessionis, quo casu esse beneficium personale, tradit *Menoch. de præsumpt. libr.3. præsumpt.103.nu.1.* vbi quod quando ratio, & causa ob quæ facta est concessio cōuenit illi personæ dicitur tale beneficiū
4 personale, vt est exemplum in *l.maritum cum l.sequent. ff.solut. matrim. & in l.& si fideiussor §.si maritus ff. de re iud.* vbi priuilegium concessum marito, vt ad dotis restitutionem solum condemnetur in quantum facere potest personale præsumitur, cum concessum sit ob honorem marito debitum, nè aliquando indigeat famæq; pereat. Idem dicimus in priuilegio concesso patri patronoque,& militi,vt condemnentur tantummodo in quantum facere possunt *l. sunt qui l. patronus l. item miles ff.de re iudic.*

5 Secundo probatur à speciali fauore ipsius personis miserabilibus, quibus fuit concessum priuilegium, quo casu priuilegium censeri personale, tradit etiam *Menoch. d. præsumpt. 103. num. 6.* vbi ponit exemplum in fisco,cui concessum est nè soluat gabellam *l. licitatio §. Imperatores ff. de public. & vectigal.* quod quidem priuilegiū non transit ad conductores ipsius gabellæ, vt habetur per *Dec. in l.in omnibus nu.2. ff de reg. Iur. Tiraq. de retract.consanguin.§.1.glo. 13.num. 12.* est etiam exemplum in Archiepiscopo cui fauore speciali suæ personæ concessus est vsus pallij, & ideò priuilegium dicitur personale, quod nec quidem vsus ipsæ commodari alteri potest, imò cum ipso pallio sepelliri debet *cap. 2. de author. & vsu palij*, vbi *Doctor.*

Vndè ex his intelligimus tale beneficiū electionis fori concessum miserabilibus personis non transire ad hæredes, nam
6 quando concessio realis est ad hæredes, & successores omnes transit, si verò est personalis non transit,ex *l. 1 §.personis ff. de iur.immunit.& l sordidorū C.de excusat.muner.*& respondit *Soccin.Sen cons.50. num.2. Iason.in l. si sit stipulatus la.2. nu.10.*

nu.10.de verb.obligat.Thesaur. quaest.forens.libr.1.quaest.5.nu.2. vbi allegat *tex. in l. ex pluribus ff. de adminiſtr. & pericul.tutor.l.cum patronus ff. de legat.2.* & non est extendendũ de persona ad personam, quia
7 concessio realis extenditur de persona ad personam, non autem quando est personalis, *Rom. conſ.246. Alex.conſ.114. lib.4. Crauet.conſ.237.Iaſ.in l. non tantũ nu.7. ff.de re iudic.*

Et quod priuilegiũ electionis fori sit personale, & nõ reale, apparet etiam, quia tale beneficium respicit damnum, & praeiudiciũ tertij, & est contra ius cõmune, quo casu praesumitur concessionem esse personalem, & non realem, vt probauit post alios *Molfeſ.ad conſuet. Neapol.par.4. quaeſt.33. num.4. & quaeſt.50. num.* 10. etiam refert nouissimè in sua *Summa in tract. 9. de legibus cap.12. num.32.* & in proprijs terminis loquendo de electione fori sic tenet *Carauit. in ritu Mag.Cur.228.nu.15.* vbi dicit priuilegiũ electionis fori esse personale memini supra in *quaeſt.4.num.5.Sect.2.* & iuxta hanc sententiam vidi responsum per eruditos viros; & sic etiam affirmarunt nonnulli mei familiarissimi viri graues, & scientiae magnae, dũ de hoc in quadam facti contingentia disceptaretur.

QVAESTIO X.

SVMMARIVM.

1 *Habentes fori electionem citati tenentur comparere, eorum priuilegium allegare, licet in contrarium vigeat quotidiana praxis, vt refert author num.5.*

2 *Clericus nec volens poteſt à Iudice ſeculari cognoſci.*

3 *Exceptio declinatoria fori nõ admittitur per interpoſitam perſonam.*

4 *Clericus condemnatus à Iudice ſeculari oſtendens in executione priuilegium Clericatus debet dimitti.*

6 *Electio fori competit perſonis priuilegiatis tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & ſic eſt quotidiana praxis.*

ARGVMENTVM.

An habentes fori electionem citati teneantur comparere eorũque priuilegium allegare.

1 Regula sit affirmatiua, vt expressè cauetur per *Ritum Magn.Cur.Vic.230.* qui hoc dicit per sequentia verba videlicet. Item quod si qua mulier vidua, seù pupillus citatus de mandato dictae Curiae pro aliquo criminali voluerit declinare forum ipsius Curiae ad alium Iudicem competentem

tem comparere debet personaliter in dicta Curia Vicariæ allegatura, vel allegaturus in eadem Curia quidquid sibi de Iure competit super declinatione fori prædicti.

Et sic etiam tenet ibi in *comment. Constantinus Pap.* per hæc verba. Item quod si quæ
3 mulier hoc esse etiam ex dispositione Iuris communis, vt in *l. ex quacumque ff. si quis in ius vocat. non iuer.* & dic hoc procedere etiam, quod citentur vidua, vt vidua, & pupillus, quia quamuis possint ex
2 priuilegio declinare forum tamen possunt per Iudicem citantem cognosci, si nolint, vti priuilegio secus vero si citaretur Clericus, vt Clericus qui nec, & volens potest à Iudice seculari cognosci *cap. si diligenti extra de foro competent.* & vide hoc in *d. l. ex quacunq;* ad quod facit etiam *text. in l. fin. ff. de iurisdict. omn iudic.* quia extra territorium ius dicenti impune non paretur, vbi clarum est Iudicem non habere iurisdictionem, vt ibi per *Alex. num. 9. & 10.*

Iuxta quam sententiam loquitur pariter *Carauita in d. ritu num. 3.* vt infra scilicet. Nota ex hoc Rit. quod citati, licet habeant priuilegium declinandi forum Iudicis citantis tenentur cōparere, & eius priuilegium allegare, & in hoc concordat *cap. si quis ex aliena ff. de iudic. cap. si duobus, & & cap. cum parati de appellat. glos. not. in cap. si Episcopus circa fin. 3. quæst. 2. & not.* quia Rit. vult, quod compareant personaliter citati ad petendā declinatoriam fori, vt etiam dicit Ritus loquens in Clericis infra 235. vbi dixi in 1. not. ad denotandum tibi quod in Regno exceptio ista declinatoria fori nō admittitur per aliā personam, vt etiam dixi in *ritu* 105. *quæst.* 2. & latius dixi in *ritu.* 269. ratio istius *rit. & d. l.* est secundum *glos. & communiter DD.* ibi quia licet citatus possit per aliquam exceptionē declinare forum, tamen quia Iudici citanti hoc non apparet in dubio tenentur comparere, & priuilegium allegare, & licet *Afflict. in d. constit. statuimus 7. not. quæst. 6. nu.* 18. dicat quod nō obstante nostro Ritu sufficit, quod vidua, vel pupillus per procuratorem, allegat declinatoriam fori, satis miror de tali dicto cum expressè loquatur contra hunc Rit. & aliū in ius 269. suo tempore fortè seruabatur, vt ipse dicit hodie seruatur, vt dixi, & secundum hunc Rit.

4 Ex quorum dictis videtur dicendum, quod si Clericus sit condemnatus in pęnam alicuius delicti per Iudicem secularem, & captus, & vult eam man-

mandare executioni, & ipse tempore executionis ostendit fidem clericatus non debeat audiri per *l. si quis ex aliena ff. de iudic.* vbi citatus coram Iudice non suo debet ad allegandum comparere, quare ibi conueniri nō possit, quod cum non fecerit videtur sibi praeiudicasse, vt cōsiderat nouissimè *Carocc. in suo tractatu de except. quaest. 3. except. 22.* vbi tamen dicit contrarium esse verius, ex *Bald. in l. generaliter col. 2. C. de Episcop. & Cleric. Castrens. in auth statuimus nu. 3. C. eod. tit. Cepol. cons. 11. nu. 17. & 18.* pulchrè *Marsil. singul. 691: Foller. in pract. crim. in verbo audiantur excusatores num. 38. cum seq. Vrsill. ad Afflict. in decis. 2. num. 2. Decian. in tract. crimin. cap. 9 nu. 61. Auendan. de exequen. mandat. cap. 22. num. 2. Rolan. cons. 60. num. 30. & 34. vol. 2. Suarez in verbo bannitus statim Bertazzol. cons. 105. num. 1. & cons. 119. num. 1. & consil. 146. num. 14. lib. 1. Couarru. pract. quaest. cap. 33. num. 2. Boer. in consuet. Bituricens. de iurisd. §. 21. Farinac. in pract. crimin. quaest. 11. num. 45.* & tradunt alij, vt videri possunt, penes eundem *Carocc.* vbi proximè, qui dicit hanc esse communem opinionem.

5 Aduertendum tamen est, vt ad principalem articulum deueniamus hodie Ritum superius allegatum non esse in vsu, sed opinionem *Afflicti* esse in obseruantia, & sic esse quotidianā praxim, vt testatur *Bataglin. in addit. ad Cyn in l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.* vbi refert nunquā se vidisse practicari dictum *Ritum in Magn. Cur. Vic. in ciuilibus*, & sic audio seruari.

6 Obiter etiam nota hic, quod de Iure Regni non dubitatur electionem fori esse concedendā personis priuilegiatis tam in ciuilibus, quam in criminalibus, vt expressè cauetur in *d. Ritu. 230.* ibi (pupillus citatus pro aliquo criminali,) ex quo in Regno videtur reiecta opinio *Marchesani de commissionib. par. 2. §. 2. in tit. de auocat. caus.* qui tenet contrariū, vt latè dixi supra in *quaest. 2. Sect. 2.* vbi tamen hunc Ritū non allegaui, & ideò hic reposui, vt sciatur veritas articuli, licet non esset dubitandum cū sic sit quotidiana praxis, vt ibi etiam firmaui, & dixi in *collectanea decis. ad d. Rit. 230.* quas collectaneas habebis Deo dante citius, laboro enim collectaneas decisionū super pragmaticas Ritus, constitutiones, & capitula huius Regni, faxit Deus, vt me opituletur, nam semper publicae, vtilitati deseruiam. Scribo etiam Vota, quae lectori vtique cordierunt.

V QVAE.

QVAESTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Baro non potest petere remissionem sui vasalli, vbi est facta electio fori per Clericum, nisi haberet priuilegium abdicatiuum vt num.4.*

2 *Clericus habet fori electionis priuilegium, dummodo eligat dictum forum pro rebus Ecclesiæ num.3.*

5 *Ecclesiastica persona habent fori electionem data rapina, vel fraude.*

ARGVMENTVM.

An facta electione fori per Clericum possit Baro petere remissionem causæ.

1 Regula sit negatiua, scilicet Baronem non posse petere remissionem causæ, vbi reperitur facta electio per personas habentes fori electionẽ, inter quas cum connumerentur Clerici, vt latè diximus supra *quæst.* 31. *Sect.* 1. & tradit *Grass.* post alios *de effectib. Clericat. in prælud. nu.* 422. & nouissimè meminit *Camill. de la Ratha in cons.* 96. *num.* 2. *&* 3. propterea facta electione fori per Clericum, nequit Baro petere remissionem causæ, vt in proprijs terminis scribit *Dominus Riccius in resolut.* 147. *tom.* 2. *per hæc verba*:

Quæro an facta electione fori per Clericum in conueniendo vasallum alicuius Baronis, possit prædictus Baro petere remissionem sui vasalli. Respondetur negatiuè, nam
2 Clericus habet priuilegium eligendi, ac variandi forum, vt in *Ritu Mag. Cur. Vic.* 233. vbi *Carauit. etiam in princip. Capyc. dicens ita decisum in decis.* 160. qui tamen loquitur de Ecclesia, *de Franchis decis.* 234. *num.* 4. *par.* 2. *Afflict. decis.* 257. & ibidem *Vrsill. num.* 4. *Guid. Pap. decis.* 39. licet contrarium, & male teneat in *constitut. Regni statuimus Vincentius de Anna alleg.* 146. *par.* 2. *Niger in cap. Regni quo ad decretum num.* 10. *vers. quod Clerici*, & hæc est communis opinio secundum *Villalo. lib. commun. opin.* 112. *verb. Clericus*, secundum quam pluries esse decisum in Collaterali Consilio testatur *Carauit. ritu* 67. *Marcell. Calà de modo articulandi glos.* 1 *num.* 87. *& alia addit. ad Capyc. d. decis.* 160. *in princip.*

3 Limitatur primo supradictã communem sententiam non procedere, cum Clericus forum eligit non pro rebus Ecclesiæ, sed proprijs, ita *Rit. Magn. Cur.* 225. *Isern. in d. constit statuimus vers. Clericus*, & post eum *Afflict. in* 7. *not.*

quæst.

quaest. 4. nu. 16. & Carauit. in Rit. M. C. V. 228. quaest. 2.

4 Limitatur 2. nisi Baro haberet priuilegium abdicatiuum, nam tunc in tali casu personæ Ecclesiasticæ non possent in præiudicium Baronis variare forum, vt pluries decisum fuisse per Sacrum Consilium testatur *Addit. magna ad Vincent. de Anna in alleg.* 146. & *Calà de modo articulandi glos.* 1. *nu.* 88. de quo *Capiblanc. pragm.* 8. *de Baron. à nu.* 153. & *seq.*

5 Limita 3. veram esse commune sententiam, data violentia rapina, vel fraude aliqua, nam ijs cessantibus Ecclesiasticæ personæ non habent electionem fori, *Afflict. d. decis.* 257. *num.* 2. *vers. sed illud capitulum, & in constitut. Regni statuimus la seconda num.* 13. *vers. data Niger d. cap. Regni quo ad decretum num.* 10. & *Calà loco cit. num.* 89. *amplia de qua per Annam alleg.* 147.

QVAESTIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Causa miserabilium personarum possunt ipsis volentibus tractari in prima instantia coram Principe.*

2 *In causis miserabilium personarum non seruatur ordo.*

3 *Miserabilibus personis reus tenetur edere.*

4 *Iudex potest interrogare testes etiam post conclusum in causa miserabilium.*

5 *Clerici possunt cogi subire tutelam miserabilium.*

6 *Iudex non petitus debet impartiri officium suum in causis miserabilium personarum.*

7 *Iudex debet dare Aduocatos miserabilibus personis.*

8 *Copia iudiciorum non petita dari debet miserabilibus personis.*

9 *Miserabiles habent restitutionem in integrum.*

10 *Miserabiles personæ possunt omisso medio appellare ad Papam.*

11 *Clerici possunt postulare pro miserabilibus personis.*

12 *Delegatio facta ad petitionem miserabilis personæ etiam non data negligentia Iudicis ordinarij habet suum effectum.*

13 *Priuilegia concessa miserabilibus prrsonis non reuocantur per clausulam non obstantibus.*

ARGVMENTVM.

Quibus prærogatiuis priuilegiantur miserabiles personæ.

1 Respondeo ex *Rebuff. in constitut. Regni Galliæ artic. 4. glos. fin. num. 19. in tit. de prouisional. sentent. pluri-*

V 2 *bus*

bus prærogari priuilegijs.

Primo quod debet fieri pendente lite eis prouisio, vt per eundem fuit conclusum alibi.

Secundo quia causa istarum miserabilium personarum potest in prima instantia tractari ipsis volentibus coram Principe, vel in suprema Curia, *l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid.* & latè per nos supra fuit dictum, vt in tota praxi apparet.

2 Tertio quia licet secundum ordinem, quo scriptæ sunt causæ debeant expediri, tamen in causis istorum miserabilium nullus seruari ordo debet, sed illorum causa, prius debet tractari, *glos. in cap. in primis in princip. 2. quæst. 1. Ordina des volles artic. 1. & 2. Roman. in repetit. l. si vero §. de viro col. 10 fallen. 25. ff. solut. matrim.*

3 Quarto miserabilibus personis reus tenetur edere, licet regulariter contra *l. 1.* & ibi expressè docet *Purpur. C. de de eden & Dec. in cap. 1. col. 10. de probat.*

4 Quinto etiam post conclusionem in causa poterit Iudex interrogare testes in causa horum miserabilium, testè *Barbat. cons. 30. scribitur colum. 3. vol. 1.* quia æquitas hoc dictat secundum eum per *l. vbicunq; ff. de interrogator. actio.* quæ generaliter loquitur.

5 Sesto Clerici compelli possunt subire tutelam miserabilium, licet alias esse non debeant tutores *authent. presbyteros C. de Episcop. & Cleric.* & ibi hoc tenet *Ioan. Fabr. per text. in cap. peruenit 86. distinct.*

6 Septimo Iudex impartiri debet officium suum etiam non petitus in causis horum miserabilium, testè *Bart. Alexand. & alijs in l. 4. §. hoc autem iudic. um ff. de damn. infect. Cyn. in l. penult. C. si mancip. ita fuer. aliena. ne prostit. Alber. in l. vna, vt quæ de sunt aduoc. &c. Alexand. consil. 121. Viso colum. 2. volum. 1.*

7 Octauo quod Iudex debet his personis aduocatos dare, siue petant, siue non *l. nec quicquã §. aduocatos ff. de offic. Proconf. Cyn. in l. 1. quæst. 14. ff. de iurisdict. omn. Iud.* & hoc gratis, vel sumptibus de publico recipiendis, vt docet *Guid. Pap. in decis. Delphinal. quæst. 561.* si quis contra, vbi dicit esse practicam, vt cõductores, seu firmarij, & grapherij, vt compellantur mittere ad Iudicem appellationis, & conficere acta miserabilium gratis facit *textus in l. nulli §. post vnius ver. ibi gratias, & sine vllo dispendio prædicta gesta confiteantur C. de Episcop. & Cleric. & stilo parla rub. de offic. commis. ord. 17.*

9 Nono copia iudiciorum eis etiam

etiam non petentibus dari debet, vt firmat *Hyppol. in practica sua §. nunc videndum num.* 13. intellige secundum eum si carceratus sit idiota, vt rusticus pupillus, aut alias ignorans facere suas defensiones, de quibus in *cap. pastoralis de iud.* secus si sit prudens, ac cautus, tunc debebit petere secundum eum, idem tenet *consil.* 56.*cum magnificus circa finem*, quod non seruatur in Francia, quia maleficium excludit priuilegium *l.* 1. *C.vbi senat.vel claris.*etiam hoc iure non vtimur in forensi iudicio, sed extra ordinem in criminalibus proceditur.

9 Decimo possunt isti contra sententiam, in qua sunt lęsi petere restitutionem in integrũ etiam si sint maiores, quia restitutio in integrum est miserationis suffragium, quod his personis congruit per *l. præses ff. de minor. l.* 3. *in princip. ff.rem ratam habe.*sic consuluit *Bald.cons.*465.*in Ciuitate Brixia col.vlt.vol.* 1.

10 Vndecimo miserabiles omisso medio possunt appellare ad Papam, vel ad Regem, vel ad supremam Curiam, vt asserunt *Hostiens.& Ioan. Andr.in c. fin.de iud. Ant.de Butr.in cap. licet de foro compet.* refert *Bertach. in tract. de gabell. in* 7. *par. quæst.* 27. in quibus licet sic appellare.

11 Duodecimo Clerici etiam religiosi possunt postulare pro his miserabilibus *cap.*2.*& fin. de postuland.& ibi not.* quia opus misericordiæ eis iniũgitur *cap.fin.* 86. *dist. Specul. in tit.de aduocat §.*1.sed nunquid quod est in his personis.

12 Decimotertio delegatio facta ad petitionem miserabilis personæ etiam non data negligentia Iudicis ordinarij, non est nulla, sed habebit effectum post negligentiam; secus in alijs *cap. licet ex suscepto, & seq.de foro compet.*

13 Decimoquarto priuilegia concessa miserabilibus personis non reuocantur per clausulam non obstantibus, nisi de his expresse fiat mentio, teste *Cyn.d.l.vnic.C.quando Imper. inter pup.& vid.*refert *Roma. in repet.l.si vero §. de viro fallen.*23. *ff.solut. matrim.* sequitur *Alex.cons.*123. *viso puncto col.*4.*nu.*15.*in* 4.*vol.*

14 Vltimo legata miserabilibus personis censentur, relicta ad pias causas, prout consuluit *Alex.consil.*125. *in hac hæsitatione vol.*4.de quo vide votum meum in libro singulariũ obseruationum, vbi bene scribo, quando dicatur legatum factũ ad pias causas, vt Reuerenda Fabrica se intromittere possit, & in specie reperies hoc.

Nonnulla autem alia priuilegia, vide per *Carau. in Ritu M.C.*

*M.C.V.*19. vbi illa recenset.

Ex his ad laudem Omnipotentis Dei, & Beatissimæ semper Virginis, & Diuorũ Ioannis, Dominici, & Caroli sit impositus finis huic opusculo praxis nostræ de electione, & variatione fori, in qua si quid boni reperies, quod vel ingenio tuo placeat, vel in tuis negotijs, atque causis deseruiat mecum Deo gratias agas qui abscondit, hæc à prudentibus, quandoq; reuelauit ea paruulis. Si quid verò, vel minus feliciter dispositum, aut explicatum, vel fortè contra tuam meliorem sententiam diffinitum reperies, iuxta tuam solitam humanitatē omni prorsus liuore, atque odio exploso corrigas. Tuæ enim, & omnium eruditissimorum Iurisconsultorum, hac tempestate Florentium saniori iudicio, omnia quę dixi subijcio, & corrigenda committo, prout etiā Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Ioannes Maria Nouarius Author V.I.P.

FINIS.

Imprimatur. *Alexander Episcopus Carin. & Vicarius Generalis Neapolitanus.*

Alexander Russus Canonicus Deputatus.

Aloysius Riccius Canonicus Deputatus vidit.

DECISIONES

Diuersorum Tribunalium.

AD MATERIAM ELECTIONIS, ET VARIATIONIS FORI.

De quibus est facta mentio in præcedenti Praxi.

Collectæ à diuersis Authoribus, & in ordinem redactæ, per eundem D. IO. MARIAM NOVARIVM, ad comodum, & vtilitatem Lectoris.



NEAPOLI,

Ex Typographia Hæredum Tarquinij Longi. 1621.

Superiorum permissu.



SVMMARIVM.

1 *Personæ miserabiles quæ dicantur, & vide nu. 3. & 5.*
2 *Vidua quæ dicatur, & nu. 4.*

DECISIO I.

Ex Guid. Pap. decis. 566.

ARGVMENTVM.

Quæ dicātur miserabiles personæ.

1 QVia secundum statuta Delph. causæ miserabiliū personarū debent in dicta Curia parlamenti tractari: Quæro quæ dicātur miserabiles personæ, *Bart. in l. vnic. C. quādo Imper. inter pupill. & vid. post Pet. Iacob. & Cyn.* dicit quod arbitrio Iudicis est relinquendum *arg. ff. de effra. l. 1. §. expilatores*, & ponit *Inn in c. significantibus extra de off. deleg.* & ita seruat d. Curia parlamēti.
2 Sed quia in dictis statutis Delph. fit mentio de causis viduarum, quæro quæ dicatur vidua? Dic quod intelligitur vidua, quæ nunquam habuit virum, vel quę virum amiserit, vt dicit *Bart. in d. l. vnica.*

Additio.

3 Miserabiles personæ dicuntur pupilli, viduæ, & orphani, *not. extra de foro compet. c. ex tenore, & de donat. inter vir. & vxor. c. nuper, & in specul. de reor. vers. item quod conuentus, & de instrum. ed. §. nunc vero aliqua vers. & scias 2.* & hoc verum si hi sint inopes, secus si diuites, vt per *Specul. in d. ver. scias, & Alex. 1. par. consil. 121. in vlt. col. in vers. 2. respondeo*, denique miserabiles personæ dicuntur senes decrepiti diuturno morbo fatigati, & omnes quibus natura mouetur ad miserandū propter fortunæ iniuriam etiam si diuites sunt, vt notatur per *Azor. in sum. quando Imper. inter pup. in fin. & not.* quod dormiens annumeratur miserabili, seu misero, etiam si sit Rex Francorum, *Bald. in l. ea quidem C. de test. militari*, quæ dicatur vidua, dic per *Bal. post glos. in l. fin. C. ad Iuliam de plag.*

Annot. Matthæi.

4 Quæ nunquam habuit, & vitam duxit cælibem, vidua non potest dici, & proinde à priuilegiis vidualibus arcetur contrarium respondet *Oldrad. Alberic. Bart. & Fulgos. Lupi. in cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. 2. not. nu. 12.* ve-

rior est prima opinio tam ex ipsius nominis, quam priuilegij significatione, vt enim illud per se satis clarum est, ex vsu communi loquendi, sic in his latior significatio non admittitur. *Socc. in cap. ex tenore de for. compet l. malum in ver. viduam ff. de verb. signif.* in iudicijs autem arbitrio positũ est declarare, quæ personę possint dici miserabiles, ita *Innoc. & Bart.* quos refert, & probat *Decius in auth præterea nu. 16. C. vnde vir, & vxor, Alber. tract. statut. par. 1. q 3. Barbat. cons 21. col penult. in fin lib. 2. consil. 22. col. 3. cons 80. in fin. lib. 3. & cons 45. col. penult. in fin. Calc cons. 57 nu. 12.*

Notatio Boneton.

Qui propriè dicantur miserabiles personæ, notat *Rebuff. in constit. Regni tract. de sent. prouision. artic. 3. glos. vltim. à num. 2. vsque ad 17.*

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles persona qua dicantur.*

2 *Senatus solet concedere literas euocationis causarum in causis viduarum, & miserabilium personarum.*

3 *Vidua diues habet priuilegiũ de quo in l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid.*

4 *l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid. procedit etiam si lit. pend. pupillus efficiatur maior, vel vidua nubat.*

5 *Renunciari non potest priuilegio l. 1. C quand. Imper. inter pupill. & vid.*

6 *l. 1. C. quand. Imp. inter pup. & vid. an procedat post cœptum coram ordinario Iudicium, & quid seruetur in hac patria nu. 7.*

8 *Euocatio causarum miserabilium personarũ, & viduarũ potest in 2. instantia fieri.*

9 *Priuilegium Ciuitatibus, & oppidis concessum pro causis diffiniendis non derogatur l. 1. C quand. Imp. inter pup. & vid.*

10 *l. 1. C. quand. Imp. inter pup. et vid. an habeat locum in causis vasallorum.*

11 *Vasallus censetur inuestitus de prima cognitione priuatiuè, quo ad Dominum.*

12 *Priuilegiũ l. 1. C. quand. Imp. inter pup. & vid. non censetur sublatum, nisi expresè in inuestitura dicatur.*

13 *Euocatio causarum in terris vasallorum est facienda cum moderamine.*

DECISIO II.

Ex Thesaur. dec. 177.

ARGVMENTVM.

L. 1. C. quand. Imper. inter pup. & vid. quibus in casibus locum habeat, & an in terris vasallorũ sit illius dispositio seruanda.

1. Mise-

1 MIserabiles personæ (vt sunt viduæ pupilli peregrini, cęci orfani fugientes ad Ecclesiā leprōsi seruientes Ecclesijs pauperes captiui) mercatores qui in itinere gabellis grauantur, & alij quos recesset *Butr in cap.significantibus nu. 22.de off delegat. Bellug in Specul.Princ.rub.23. §.sed pone num.*10. quibus ego, addo aduenas, qui sæpe à Deo cōmendantur, vt illis faueamus *Deuteron. cap.*24.26. *&* 28. *Exod. cap.*22.*Leuit cap.*19. Item Ecclesiam,*Capyc.decis*160. *Carauit.in rit. M.C.V.*219.*num.*3. *Rebuff de sent.prouis.art.*3 *glo. vlt nu.*5. habent prædicti omnes, hoc priuilegiū, vt possint aliquem cōuenire coram Principe , & coram eius supremo Senatu , pro prima cognitione *l.*1.*in fin. C.quando Imper. inter pup.& vid.*& apud nos extat decretum *Amedei in antiquis lib.*2.*cap.*13. ne causarum

2 & istæ literæ citatoriæ solent etiam per Senatū ipsum concedi,ex antiquo stilo,& bene , cum sit hoc priuilegium clausum in corpore Iuris,quamuis *Rebuff in tit.de Euocationibus num* 48. dicat ad Principem recurrendum pro tali prouisione , & hoc priuilegium fuit semper in concussæ obseruatū à serenissimis Ducibus nostris, & in omnibus Curijs , estque adeò potens, vt illi renunciari non possit, *Bellug. in Specul. Princip.rub.*23.*num.*5. *Natt. cons.*590.*nu.*19. immò cedi posset hoc priuilegium in fauorem personæ non miserabilis , *Rebuff. de sent. prouis glos fin. nu.*20.& ratione personæ miserabiles,aliæ personæ litis consortes eodem priuilegio fruantur, *Natt.d.consil.*590.*Didac. cap* 6.*&* 7.*pract quæst.*

3 Ampliatur hoc priuilegiū , vt procedat etiam in vidua diuite,per ea quæ dicit *Didac. pract quæst.c.*1.*&* 6.*post Bar. & alios* , quos allegat *Natt. cons.*590.*& ibi Didac.*latè examinant hanc materiam,& hāc opinionem vti veriorē tenuit Senatus 1586. 15. Ianuarij,referente Domino Enuiarum, & hoc Iure semper vti solet in terris immediate suæ celsitudini subiectis .

Ampliatur 2.vt procedat dispositio dictæ legis primæ,quo ad pupillum, & viduam etiam

4 si post litem cœptam coram supremo magistratu pupillus efficiatur maior,vel vidua nubat,vt tenet *Carau. in rit. M. Cur. rit.* 219. vbi hoc latè disputat in 4.*quæst.*

Amplia 3.vt vidua,& miserabiles personæ occasione

5 alterius litis consortis eodem priuilegio vtantur, *Natt. d. cons.*590.*nu.*16.*Didac d.cap.*6. *&* 7. & istis priuilegijs non poterit per has ita priuilegia-

tas personas renunciari, *Bellug.d.rubr.23. vers.sed pone nu.9. Natt.d.cons.590.nu.15. Franch. decis.192.nu.7.par.1.*

6 Ampliat. 4. dispositio istius legis 1. vt procedat etiam, si coram ordinario cęptum sit Iudiciũ, *l.vbi cęptum D.de Iud.* ita tenet *Neuizant. in Sylua Nuptiali lib.6.nu 38.vers. & propterea*, ibi ita iudicatum fuisse, dicit *Parpal. post Affl. in constit. Regni de off magistr. iustit. quæst.13. nu 36.* & idem tenet *Natt.d.cons.590. nu 15. Franch.d decis.129.col 2. Bellug. in Specul. Princ. rubr.23. vers. sed pone col.2. nu.9.* licet ibi satis inuolutè loquatur, *Carauit. in rit. M.C. 219. & 228. & Scaglion. ritu 230.* & quamuis *Didac.cap.7. circa finem vers. 9. reprehendat Affl.* contrarium tenentem, tamen cum nihil alleget, & contra eũ sint multi Doctores, non erit ab hac ampliatione recedendum, & propterea re benè intellecta, & discussa, cum opinione *Afflict. Neuizz. & aliorum*, vti communiori de Iure communi loquendo transibat Senatus in causa cuiusdam viduæ de collegio 1589. 17. Martij, fuit tamen resolutũ, quod

7 hæc opinio nõ haberet locum in hac patria, attenta dispositione decreti antiqui, quod est inter decreta *Filiberti 11.cap. 5.incip.* ne causarum, & litium vbi addendo ad alium decretum, quod est lib. sic disponitur declarantes insuper, quod vbi præiudicium statutum loquitur de miserabilibus personis, intelligatur, nisi tales miserabiles personæ causam inchoauerint alibi, & lite constante fuerint, quo casu non sit licitum variare, sed vbi causa cœpta fuerit ibi determinari debeat. Quod decretum videtur Iuri communi conforme, ex *d.l.vbi cœptum*, cum lex abhorreat Iudiciales variationes cuius decreti dispositio nunc authoritate *Didac.* firmari potest, & mirum est, quod *Neuizant. & Parpal.* quem ipse refert, de hoc decreto non meminerint, cum in ipsis decretis multũ essent versati, pręsertim verò *Neuiz* qui summarium satis amplum, & laboriosum super eis compilauit, sed quandoque bonus dormitat Homerus atq; opere in longo fas est obrepere somnum, & omnium habere memoriam diuinitatis est.

8 Ampliatur 5. *d.l.1.* dispositio vt possit fieri educatio istarum causarum, etiam in secunda instantia exemplũ in patria nostra, in qua regulariter sunt tria tribunalia, & tres instantiæ, vna in qua iudicant ordinarij locorum, secunda in qua iudicant Præfecti Prouinciarum, tertia in qua iudicat Senatus,

natus,

natus, si vidua in prima instantia aducit Iudicem ordinariũ, & ipsa à sententia ipsius appellet, poterit appellare recta via ad Senatum omisso medio, licet regulariter appellari debeat ad Præfectum, nec possit omisso medio appellari ad Senatum tam de Iure communi, per not. in *l. Imperatores ff. de appellat. & in cap. dilecti ext. eod.* quam ex antiquis, & nouis decretis, & hanc ampliationẽ firmant *Neuiz d. lib. 6. nu. 36. Rebuff. in concor. sub. rub. de friuol. appellat. col 5. vers. 3.* fallit, & secundum illam censuit Senatus 1586. 15. Ianuarij post longam disputationem quamuis Dominus meus *Præses* a Ruffia multis argumentis nixus esset defendere contrariũ in causa Illustris. D. Iuliæ de Obicibus Patauinæ vxoris qu. D. Antonio Mariæ de Sabaudia Comitis Collegij tunc viduæ fuitq; resolutum ita fore in futurum obseruandum.

Ampliat. 6. vt procedat hoc priuilegium datum à Iure suprascriptis personis, etiam si
9 Ciuitates, & oppida immediate Principi subiecta haberent priuilegia, & causæ omnes propria cognitione ibi cognoscerẽtur, quia hoc priuilegium est clausum in corpore Iuris, & sum. æquitate nititur, cui non potest præiudicari nisi de absoluta Principis potestate, & cum expressa derogatione, & ita fuit iudicatum à Senatu in causa Iausnerij Vallis Barcilloniæ, referente optimo Senatore D. Enniarum collega nostro anno 1581. 10. Ianuarij.

Limitatur tñ huius legis dispositio, vt non procedat qñ lis est, cum æque miserabili, vt per *Didac. d. cap. 7. Carauit. in d. rit. 228. & rit. 67.* vbi ponit quæstionem in re conueniente priuilegiatos enim cõtra priuilegiatũ non vtitur priuilegio suo, *l fin. & ibi Bar. ex qua cau. maior.*

Limitatur præterea quæ tã magna, & subtilis quæstio, quãdo sumus in miserab libus personis, & viduis, aut pupillis iurisdictioni Principis mediatè
10 subiectis, vt in terris Baronũ, & vasallorum, quo casu valde dubium est, an tunc habeat locum hoc priuilegium, & istius legis dispositio. Hæc controuersia cum esset in Senatu, in prędicta causa Collegij, in qua se opposuerat D. Comes Collegij gener meus petendo de more ipsius causæ remissionẽ præsertim cum ipse, & illius prædecessores sint de Castro, & oppido Collegij, cum primis, & secundis cognitionibus inuestiti multis pro vtrumque partis citatis argumentis disputata fuit, & per multos dies maturè discusso erãtq; Domini quasi irresoluti, cum essent

discordes in notis. Quibusdam enim videbatur de Iure dicendum, quod hoc priuilegium non procederet in terris vasallorum, quia cum Princeps inuestit vasallum cum mero, & mixto Imperio, & omnimoda
11 iurisdictione dicitur tunc vasallus inuestitus de primis, vel secundis cognitionibus priuatiuè, quoad Dominum, vt per *Iacob de Sanct. Georg in sua inuestitura feudali §. & cum mero Imperio, & in §. Vicarius nu.41. Gram. decis. 30. nu.8.* quo Iure nos in Senatu vtimur, & sæpius ac passim tenuit Senatus in omnibus causis, in quibus contingit dubitari, vasallus enim hoc ius habet, ex causa onerosa propter seruitia, ad quæ pro feudo tenetur, ideo sicut nõ potest mihi Princeps auferre ius meum sine causa, ita nec iurisdictionem mihi concessam, & plerumque ex titulo oneroso. Ad quod dicendũ alij fortius mouebãtur, quia alias cum in terris vasallorum, vt plurimũ maior pars hominum consistat in istis miserabilibus personis viduis, & pupillis, & plurimum pauperibus, frauderetur hæc concessio ne pro maiori parte, & pro hac opinione allegabatur, *Rebuff. in tract. de euocat. causarum nu.59. post Bald. in l.1. col. vlt. de const. princip.* & id videtur voluisse in terminis *Bellug. d. rubr. 23. §. sed pone num.7.*

Alij vero cõtrarium verius esse dicebant, & defendebant mori, ex eo quia priuilegium hoc militat in illa instantia, quæ coram Principe est, quæ cum non sit translata in vasallum poterit Princeps vti suo priuilegio anteriori, cui obid
12 in genere per concessionem iurisdictionis in inuestitura factam non censetur derogatũ, nisi expressè dictũ fuerit *Cyn. Bald. Angel. Cap. & Fulgos. in d. l.1. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* qua ratione id in terminis tenuit, *de Franch. decis. 192. per totam præsertim nu.7. & 8. in 1. par.* vbi hoc ampliat in casu suo quod quamuis inuestitura de Sancto Seuerino facta in fauorem Principis Salerni cõtineret hanc clausulam, quod inuestiebatur de cognitione omnium causarum derogando priuilegio *d. l. 1.* tamen cum euenisset casus, quod cum ob rebellionem Principis Salerni reuersum esset feudum ad Carolum V. Cæsarem maximũ, qui posteà inuestiuerat D. Ferrantem Gonzagam cum clausulis amplissimis decidit ibi posse subditos, vti hoc priuilegio, & ita fuisse decisum anno 1578. in cons. Neapolitano, quod etiam videtur de mẽte *Bellug. in dicto Specul. rubr. 38. §. conqueruntur col. 3. circa princ.* sed ille loquitur ibi in

casu

casu sextæ ampliationis supra positæ.

Tandem post longam disputationem, & librorum reuolutionem maior pars Dominorũ transiuit cum hac secunda opinione, sed non ita simpliciter, dictum etiam fuit posse Principem in terris vasallorũ euocare ad se causas miserabiliũ personarum, sed cum moderamine, & non ita passim, vt fit in terris immediatè subiectis, ita vt hoc casu non solum requiratur, quod vidua, & pupillus sint, qui litigant, sed cõcurrat paupertas, & quod aduersarij sint personæ potentes, vt scribit in allegato decreto antiquo ne causarum ibi aut causæ miserabilium personarum agentium, aut defendentium contra potentiores si huiusmodi personæ miserabiles hoc requirant idemq; videtur requirere, *text. in d. l. 1. ibi.*

13

Cuius potentiam perhorrescant.

Quam perhorrescentiam etiam considerat decretum Sabaudiæ, & ideò non sine ratione in Regno Neapolitano, à quo tempore Reginæ Ioannæ dependebat Comitatus Pedemontium illę personæ miserabiles, quæ tali priuilegio vti volunt debent ante omnia iurare de perhorrescentia sui aduersarij, vt habetur apud *Carauit. in alleg. rit. Magn. Cur. rit. 239.*

Apliatur hæc conclusio, vt vidua in terris vasalli non possit vti hoc priuilegio quando non est pauper etiam si litiget cum ipso vasallo, si tamen sũt in eo loco alij codomini, ex his quæ dicit *Brun. cons. 31.* & ita censuit Senat. 1589. 11. Nouembris, in quadam causa Valpergiæ, referente Illustriss. D. com patre meo Senatore Guerillo.

Additio Gasparis Thesauri ad ipsam Thesauri patris decisionẽ.

Ad numerum 1. adde quod inter miserabiles personas cõnumerabuntur etiam illi qui sunt auxilio proprio destituti expositi, & morbo, vel ætate impediti de quibus omnibus loquitur, *Speculator de instrument. edit. §. nunc vero aliqua nu. 62.* & aliqui addunt etiam inter istas meretricem, vide latè nouissimè *Menoch. in addit. ad lib. 2. de arbitrar. Iudic. casu 66.*

Ad numerum 3. hoc eodem Iure vtitur Camera Imperialis, & testatur *Gail. lib. 1. obseruat. cap. 1. nu. 40.* quamuis *Roland. cons. 20. lib. 2.* conatus fuerit sustinere contrarium.

Ad numerum 4. adde quod hanc quæstionem, post eundem *Carau.* proponit *Franch. dec. 257. in fin. part. 2.* qui nihil resolui,

folui, sed cum illa ampliatione transiuit in facti contingentia Senatus motus, *argum. l. vbi ff. cœptum de Iudic.*

Ad numerum 6. opinionem de qua hic sequendo *Affl. Neuiz.* circumscripto decreto sequutus fuit Senatus in causa Ternauasij, referẽte Ferrerio, siue incisa 1590. 17. Augusti, cum hoc casu non obstaret illud decretum antiquum, quia non procedebat in Marchionatu Sallutiarum.

Ad numerum 9. idem iudicauit Senatus in alia causa Saluciarum relata per eundem collegam nostrum Ferrerium 1591. 16. Martij, non obstantibus capitulis concordatis à Serenissimo Duce hominibus dicti Marchionatus, quem nunc quietè possidet, vt causæ non extrahãtur propria cognitione extra Marchionatum.

Ad numerum 10. cum eadem opinione, quod priuilegiũ *l. 1. C. quando Imper.* procedat etiam in terris vasallorũ transiuit Senatus Mantuanus, test. *Surd. conf.* 152. *col. fin.* quod autem hic debet ne vidua solet limitari, secundum aliquos, vt non habeat locum in vidua luxoriosè, & inhonestè viuẽte, vt de *Franch. dec.* 233. *post Isern. & ibid.* & licet ibi fuerit per Sac. Consil. iudicatum contrarium tamen illud fuit pro constit. illius Regni, per quas illæ meretrices dicuntur miserabiles, ideò verum est in similibus personis non militari, nec attendi illam miserabilitatem, quia peruenit ex peccato, nisi vltra viduitatem concurreret paupertas, tunc enim illa ratione, quod sit vidua, vel meretrix habebit fori priuilegiũ, sed quia pauper. Ad omnium quæstionũ huius decisionis materiam, vide *Menoch.* omnia comprobantem, hic dicta in *dict. cap. 66,*

SVMMARIVM.

1 *Vidua vt habeat electionem, & variationem, an teneatur iurare perhorrescentiam.*

2 *Constit. Regni statuimus non corrigit tex. in l. 1. C. quando Imper & nu. 5.*

3 *Adhærens appellationi fit vnus spiritus cum appellante.*

4 *Adhærere appellationi oportet infra decem dies.*

6 *Perhorrescentia si allegatur competunt defensiones.*

7 *Vidua nupta an retineat priuilegium.*

DECISIO III.

Ex Præsid. de Franch. decis. 257.

ARGVMENTVM.

Miserabiles personæ vt habeant electionem, & variationem fori

fori tenentur iurare perhorrescentiam.

MVlier vidua de Ciuitate Grauinæ, querelam criminalem in Magna Curia exposuit contra ciuem eiusdem Ciuitatis deinde nuptias contraxit petijt Dux remissionē causæ ad eius officiales dicebat vidua iam nupta querelam expositam tempore viduitatis, nec ex superuenientibus nuptijs amisisse priuilegium, & ex hoc dicebat etiam Regius Fiscus ei ius fuisse quæsitum, quodque

1 & si mulier eo tempore non iurauerit perhorrescentiam potentiæ aduersarij sui, nihil refert cum *text. in l.1.C. quando Imper. inter pupill. & vid.* det hoc priuilegium electionis viduis præsertim quando perhorrescunt, non autem si non perhorrescunt, vt dicit littera cla

2 ra illius text. cuius dispositioni dicebat non esse derogatum per *tex. in const. Regni statuimus*, quæ requirit præstari debere iuramentum cum constitutio prædicta nō corrigat expressè ius commune, & quod non mutatur stare non prohibetur, *l. præcepimus C. de app.* & sic de facto vidisse iudicari, dicit *glos. in d. const. statuimus*, vnde postquam habemus quod seruatur dicebat Regius Fiscus non esse amplius disputandum pro Duce dicebatur causam prædictam omnino remitti debere, quia cōstitutio prædicta requirit iuramentum, quod cum non fuerit præstitū tempore expositæ querele electio Magnæ Curiæ in Iudicem ruit, in *reg. text. in l. cum hi §. si prætor ff. de transactionibus*, nec hodie præstitum operatur, cum mulier sit nupta, & non cōueniant verba *d. l. 1.* nec dispositio ipsius, & termini nō sint habiles exēplo eius, quod dicitur de adhærenti appella-

3 tioni per aliū interpositæ, qui licet vnus spiritus efficiatur, cum appellante, vt dicit *Oldrad. cons. 290. cōtra articulos vol. 1. vers. secundum quod inducitur, & Rota Florentina in dec. 11. 3. col. vers. vltra quod num. 9. allegat similia Felin. in rub. de treg. & pac. 8. col. in 6. declarat. vers. & de adhærentibus fol. 1231. in nouis*, nihilominus adhoc vt adhæsio teneat,

4 oportet quod fiat intra decem dies datos ad appellandum, *Bald. in auth. hodie in fin. col. vers. quæro numquid C. de appellat.* quem refert, & sequitur *Apost. Alex. ad Bart. in l. si per lusorio §. 1. in vers. teste ff. de appellat. in fin.* & dicebatur

5 per constit. prædictam nō fuisse correctā, *d. l. sed eidem legi hoc additum* fuisse quod præstetur iuramentum perhorrescentiæ, vt vidua prædicto priuilegio gaudeat, ita dicit *glos. in d.*

in d.constit. in ver. corporali. quæ licet dicat aliter de facto vidisse iudicari nō quod fit sed fieri debet attendendum est, & *glos.* prædictam sequitur *Affl. in d.constit.in 8. notab.* qui dicit in Regno vidisse multos ad uocatos, adhoc non aduertere, & dicebatur hanc quæstionem esse decisam per *ritum M.C. 217. item quod pupillus priuilegiatus, vbi Moder.in 2.notab.* & secundum hanc opinionem fuit decisum inter dictum Ducem, & Regium Fiscum, die 9. Augusti 1581. Figliola actuario, pro qua qua opinione facit, quia vt idem *Afflict. in 8. notab.vers. sed iuxta, hoc quæro fol.* 111. aduersus hanc allega-
6 tam, & iuratam perhorrescencompetit aduersario, defensio quæ opinio non esset vera, quādo sola electio sufficeret, & fine iuramento, & hanc opinionem esse seruandam docuit cō munis vsus, quia hodie propositis nobis causis viduarum, &
7 pupillarum eligentium, & variantium interrogamus, an sit præstitum iuramentum perhorrescentiæ per personam legitimam, quando autem vidua adimpleuisset contenta in dicta cōstitutione, & deinde nupserit, an etiam sit causa remittenda non memini hunc punctum accidisse, sed si contingerit scribam super eo interim uideas, *Carau. in alio ritu.* 233. *incip. item Clericus in 4. quæst.* vbi hinc inde arguit, cōcludit, & limitat, *& Foller. ei contradicentem in constit. Regni statuimus nu. 27. vers. quæro hic de notabili quæstione*, vbi ponit plures casus, & quando vidua post querelam expositam virū duxit, allegat *Mart. pro Fisco tenētem in addit. Thom. Gram. ad constitutionem prædictam statuimus*, & quod sufficiat, quod tempore expositæ querele sit vidua, vide plenè *Aluar. Valascum lib.1.consult.in consult.57.*

SVMMARIVM.

1 *Perhorrescentia probatur vel per testes, vel proprio Sacramento.*

2 *Contra iuramentum perhorrescentia admittitur probatio in contrarium.*

DECISIO IV.

Ex Cappella Tholosana dec. 137.

ARGVMENTVM.

Probatio in contrarium an admittatur aduersus iuramentum perhorrescentia.

1 Item quidam Bononiensis authoritate Apostolica vocauit alium Bononiensem coram Episcopo Ferrariæ dicens

cens se perhorrescere aduersarium, quam perhorrescentiã probauit, vel per testes, vel pro prio Sacramento sequendo tenorem, *cap. statutum in §. cum vero eiusdem in fin. de rescript. lib. 6.* aduersarius vult se admitti ad probandum contrarium
2 conclusum fuit, quod potest prout tenet *Ioann. Andr. in nouell. super verb. iuramentũ, & per collect. in cap. Apostolica de cleric. excommunic. ministrant.* & ita bis fuit ordinatum, & sententiatum in dicta Cappella.

Additio ad eandem decisionem.

Tamen dicit *Ioan. Andr.* se habuisse ab Episcopo Bonon. Auditore contradictoriarum, quod si reus appellaret, quia Iudicium non admitteret probationes contra iuramentum cancellariæ non daret locus re ad not. per se *de off. Iudic. in §. fin. in spec. vers. quarendum in fin.* dicit tamen, quod ipsi admitteret reum opponentẽ contra actorem allegantem timorem Cancellariæ si haberet probationes prõptas alias non admitteret, sed remitteret ad Iudicem impetratum per actorem, coram quo reus probaret, & ita dicit se habuisse à præfato Bonon. Episcopo firmare, *Cald.* vt *Dom. in allegato cap. statutum* distinguit, quod aut iuramentum est delatum te sciente, & contradicente, vel excipiente, aut tacente, vel non consentiente primo casu nõ nocet sibi, quia male facit Iudex, ad hoc *de empt. & vendit. cap. penult. &* facit, quod notat *Innoc. in cap. quia propter de elect. de* canonico, qui alteri vocem suam cõmiserat, vbi admittitur ad probandum impedimentum per iuramentum, vbi autem tacitè, vel expressè consensit, tunc secus ad quod de elect. Cumana, & quod ibi not. & hanc distinctionẽ æquam esse dicit idem Dominus, nam non vult illud *cap. statutum* actorẽ posse impetrare nisi quando merito timet, ergo licet dicat timere, vbi in veritate non esset timendum ipse non excusaretur, vt dicit *glos. super vers. meritò*, sed quid si simul concurrant actor, qui vult probare per iuramentum reus contrarium per plenas probationes quis erit præferẽdus *Dom. vbi supra post Ioan. And. concludit*, quod volens probare audietur, vt æqualitas in iudicijs obseruetur, & qui melius probauerit obtinebit *de renunc. cap. super hoc.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramento dicentis se in partibus iustitię complementum*

con-

consequi minime posse statur.

2 *In his quæ dependent ex conscientia alicuius statur ipsius dicto.*

3 *Asserens aliquid præstito iuramento probat.*

4 *Quæ in animo consistunt iurata assertione probantur.*

5 *Iurata assertione firmatur aliquid fuisse factum.*

6 *Iuramento statur an aliquis assisterit homicidio dolore, vel non, & si etiam dicimus de filio, nam statur eius iuramento qualiter habitauerit in domo patris nu. 7. & sic si quis ignoranter transierit absque solutione gabellæ n 8.*

DECISIO V.

Ex Rota in antiquis decis. 23. tit. de probation.

ARGVMENTVM.

Contra iuramẽtum perhorrescentia non admittitur probatio in contrarium.

1 NOta si impetretur commissio de speciali mandato, in quæ impetrans se non posse prosequi in partibus iustitiæ complementum sufficit hoc probare per iuramentum impetrantis, quia ea quæ consistunt in animo, vel mente alicuius aliter probari non possunt, *de sent. excom. cap. si vero de rescript. cap. statutum*, & *ibi per Ioan. Andr. super verb. saltem per proprium iuramentum libr. 6. facit cap. vt circa eod. tit. lib. 6.* & *ibi vide.*

Additio Authoris ad ipsius Rotæ decisionem.

Meritò quidem Rota ipsa censuit esse standum iuramento asserentis se in partibus non
2 posse obtinere iustitiam. Primo quia in his quæ dependẽt ex conscientia alterius statur eius dicto cũ iuramento, *Bald. cons. 423. col. 1. Alex. consil. 16. Alb. cons 60. nu. 17.* & *seq glos. in cap. proposuisti in vers non probatur dist 8*1. docens quod
3 probat, qui aliquid dicit præstito iuramento, & in *cap. intellectum 34. quæst. 2. cap. si vero il secondo, extra de sent. excom. cap. quisquis in fine de homicidio*, quos ad hoc propositum cumulat, *Doctissimus D. Ricc. in decis. 4. par. 1.* assignans rationem quia vix creditur quẽ fore immemorem propriæ salutis, *cap. sancimus 1. quæst. 7.* & illi magis est adhibenda fides qui est conscius veritatis.
4 Secundo quia quæ in animo nostro consistunt iurata assertione probatur, *Bart. in l. celsus nu. 6. ff de vsucap. Roman. cons. 76. nu. 5. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 1. Mascard. de probat. conclus. 954. num. 5.*

Rot.

Rot. in nouis. in decis. 3. de rescript. & alij pœnes *Dominum Ricc. in d. decis. 4. nu. 1.* vbi ex hoc refert decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana esse credendum dicto asserentis se non emisisse votum castitatis.

5 Et hinc euenit, vt *Bero. d. cons. 189. nu. 7. lib. 3.* scripserit quod assertione iurata affirmantis probatur aliquod factum fuisse calore iracundiæ, vt etiam dicimus aliquid factum fuisse timore partis similiter iuramento probatur, nam timor cōsistit in animo, vt per *Bursat. in cons. 333. nu. 17. lib. 3. Anguisol. in cons. 1. num. 10. lib. 5.* vbi hoc intelligit, quando concurrunt aliquæ coniecturæ.

6 Vnde etiam videmus, quod an casu, vel dolosè, & ex proposito aliquis astiterit homicidio standum est ipsius iuramento, vt tradunt *Bursat. cons. 316. num. 21. lib. 2. & Cephal. alios cumulans in cons. 76. lib. 1.* & hinc est, quod allegans animum se non habuisse occidendi probat suo dumtaxat iuramento, *Ias. in l. admonendi nu. 310. de iureiur. Decian. cons. 93 sub nu 95 lib. 2.*

7 Et huc spectat, quod filius habitās domi patris, quamuis præsumatur animo educandi, quoniam actio pendet ab animo standum est eius iuramento si asserat tale animum non habuisse, *ex Serap. de priuileg. iuram. priuil. 3. num. 2 & seq. Tiraqu. de præscript. § 2. glos. vnic col. 3 vers.* quibus in casibus eademque ratione probatur, quod animo inhabitandi aliquis se contulerit ad Ciuitatem, *Decian. cons. 98. num. 9. lib. 3.* & quod ob ignorantiam proprij Iuris, & ob errorem aliquis fecerit aliquem actum iuramento probetur, idē *Decian. cons. 66 n 83. & seq. lib. 3.*

8 Hincque in facti contingentia dicebam interrogatus forensem transeuntem sine solutione gabellæ excusari, si iuret se ignorasse, vt per *Abb. st. in cons. 35. Marsil. de probat. nu. 124* vbi dicit hoc esse notabile, & lucrosum verbum memini, & sectatur nouissimè *Petra in addit. ad Gramat. in decis. 52 nu. 3.* scribens hoc esse intelligendum ad mitius agendum ne res cadat in commissum, non autem vt excusent à duplicatione vectigalis, allegat *Rauen. post alphabet. aur. 8. notab. forensis.*

Et hæc sufficiant ad cōprobationem decisionis Rotæ, de qua hic.

Nouarius Author.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per solum iuramentum quo casu sit sufficiens.*

2 *Certior probatio haberi non potest*

poteſt, quam per iuramentum illius, de cuius animo dubitatur.

DECISIO VI.

Ex Rota in nouis decis. 3. alias 42. tit. de reſcript.

ARGVMENTVM.

Statur ſoli iuramento, cum quis allegat non poſſe conſequi iuſtitia complementum in partibus quo ad reſcriptum obtinendum in Curia.

1 SI impetratur cõmiſſio de ſpeciali mandato, in qua narrat impetrans ſe non ſperare poſſe cõſequi in partibus iuſtitiæ complementum ſufficit hoc probare per ſolum iuramentum impetrantis, quia ea quæ conſiſtunt in mente, vel in animo alicuius aliter probari non poſſunt, *c. ſi vero de ſent. excommun. cap. per ſtatutum,* & ibi per *Ioan. An. ſuper verſ. ſaltem per proprium iuramentum lib 6 facit cap. vt circa eod. tit. & libr.*

Additio.

2 Nec poteſt haberi certior probatio, quam per iuramentum eius, de cuius animo, & propoſito dubitatur, ſeù quæritur, vt *§. alia inſtit. de act. l. ſi cui §. iiſdem ff de accuſat & per Bart. in l. inter omnes §. recte ff de furt. & in l. 11. §. ſi à pupillo ff pro empt.*

Additio.

Probare *Addit. Rot. in antiq. deciſ. 61. eod. tit & Bart in l. inter omnes §. recte ff de furt. vide Felyn. in cap. accidens vt lit. non conteſt. nu.* 13. & ratio aſſignatur etiam per *Philipp. Dec. in conſ* 256. *nu.* 9. quia in dependentibus ab animo ſtatur eius iuramento, de cuius animo dubitatur, vt per *gloſ. in §. aliam inſtit. de action cap. paſtoralis de except cap. ſignificaſti il primo, de homicid.* exceptio de non perhorreſcentia contra reſcriptum in dicta perhorreſcentia fundatum, an ſit bona, vide *Bellamer. in deciſ. 45. v. l deciſ 5. eod. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum perhorreſcentiæ ſufficit clauſula per habẽ..m deſuper mandatum ſpeciale.*

2 *Clauſula ad probandum quod libet licitum, & honeſtum iuramentum eſt ſufficiens ad iurã.am perhorreſcentiam.*

3 *Iuramentum perhorreſcentiæ licet debeat præſtari ab initio tamen virtute Innocentiana in Rota poteſt præſtari quandocunque.*

DECI-

DECISIO VII.

Ex Cassad.dec.1.tit. de var.iura.

ARGVMENTVM.

Iuramentum perhorrescentiæ potest præstari per habentem desuper speciale mandatum, & præstari potest in quacumque parte iudicij.

1 DOctrinam *Ioan. Andr. & sequacium, de qua in cap. vt circa in fin. de elect. in 6.* quod in casu d. cap. & cap. statutũ cum vero de rescript. eod. lib. vbi de iuramento perhorrescentiæ quod possit præstari per alium, qui habet desuper mandatum meo tempore seruat *Rota* quamuis *Archid.* tenet contrariũ ponderando verba per proprium iuramentum *Dom. vero post Ioan. And. magistraliter in d. cap. vt circa*, distinguit, quod aut cura requirunt, vt quis curet simpliciter, & potest per alium, vt patet in *clem. 1. de iure iur.* cum autem exigunt iuramentum alicuius in propria persona, vel propriè manus ipsius, & nõ potest per alium, *secundũ Ioan. And.* aut requirunt proprium iuramentũ illius, qui facit actum, & tunc aut ipse facit actum in propria persona per se iurare debet, aut facit per alium, & per eum iurare potest, dum tamen habeat speciale mandatum, qui vt dicit *Ioan. Andr.* quamuis tua persona, vel tua manus non sit mea tamen iuramentum, quod speciale mandato in animam meam præstas meum est, patet quia si sit falsum censeor periurius *cap. 2. de iure iur. in 6.* & prædicta secũdum *Domin. faciunt ad not. in l. 2. §. quod obseruari*, vbi etiam *Cig. & Bal. C. de iuram. calumn.*

2 Et ita in vna Gerundens. mansi coram D. Martino de Spinosa 1516. & in alia Ianuen. plurimum milium corã me 1518. *Rota* voluit ad iurandum perhorrescentiam sufficeret, possit mandatũ in quo dicatur quod præstari quodlibet licitum, vel honestum iuramentũ in animam constituentis, cum tale iuramentũ sit licitum item honestum à Iure approbatum, & in verbo quodcumq; veniat illud *d. l. si pluribus ff. de legat. 2.* & fortius si esset verbum necessariũ, ex quo

3 necessarium est quãdo rescriptum fundatur in horrescentia, & signatura respondet præstito iuramento prædicto, quia alias Iudex nisi præstaretur ab initio non haberet iurisdictionem, vt *d. §. cum vero, vt ibi not.* licet virtute Innocentianæ, in *Rota* præstari posset in fine primæ, aut secundæ sententiæ refectis expensis, & hoc securius si esset facultas ad iurandum

dum de calumnia, & quodcunque alterius generis licitum, & honestum, aut necessarium iuramentum pręstandum, quoniã & si procurator generalis iurare nequeat, vt not. *glos. penult. in d. cap. vt circa.* & nõ sit specialitas ad iurandũ de horrescentia in dictis verbis expressus casus iuramenti calumniæ requirens speciale mandatum, *cap. fin. de iura. calum. & not. glo in cap. qui ad agendum de procur. in 6.* subiecta clausula generali de quocunq; alio iuramento, quo casu veniunt alij similes etiam pares, vt in *cap. sedes de rescript. & d. c. qui ad agendum cum ibi not.* & satis esset, quod iuramentũ perhorrescentiæ non esset magis, quam calumniæ.

SVMMARIVM.

1 *Actor sequitur forum rei de Iure com. & per Reg pragm. ex eorum persona.*

2 *Actor, & reus ex cõtumacia, & renunciatione fori ex propria persona priuantur foro.*

3 *Vasallus per contumaciam, & renunciationem fori non praiudicat Baroni.*

4 *Vidua pupilli, & alia miserabiles persona habent fori priuilegium.*

5 *Barones in hoc Regno habent priuilegia in quibus derogatur priuilegijs miserabilium personarum.*

6 *Baro qui habet priuilegiũ contra miserabiles personas an in praiudicium eius vasalli illi renunciare posset.*

7 *Baro non potest renunciare priuilegio suo in praiudiciũ vasalli, quemadmodum nec vasallus contra eum.*

8 *Parilitas debet esse inter vasallum, & Baronem.*

9 *Dominus debet vicem reddere vasallo.*

10 *Vasallus, & Dominus sunt correlatiua, & ad paria iudicantur etiam in pœnalib.*

11 *Domini feudorum non debent trahi per vasallos extra Ciuitatem in qua morantur, nec etiam vasalli.*

12 *Dominus est loco patris vasallorum.*

13 *Pater non debet facere de filijs vnum filium, & alterũ priuignum.*

14 *Vasalli vnico priuilegio concesso non debent diuerso Iure censeri.*

15 *Baro à vasallis exiget omnia qua continentur in priuilegijs, ita & omnes vasalli priuilegio potiri debent.*

16 *Prorogatio iurisdictionis non põt fieri sine partiũ cõsensu.*

17 *Concessione facta per priuilegium veniunt omnia ea, qua de Iure inter vasallos, & Dominos oriuntur.*

18 *Cõmodũ potest quis ex aliena persona consequi, nec contra eum potest renunciari.*

DECI-

DECISIO VIII.

Ex Præsid. de Franch. decis. 541.

ARGVMENTVM.

Miserabiles persona non habent electionem fori, vbicunque Barones habent priuilegia cum clausula abdicatiua, quod personas miserabiles, etiam si Barones illis renunciarent.

1 DE Iure communi actor sequitur forū rei, *cap. cum sit generale de foro compet. l. fi. C. vbi in rem act. & per Pragmat. Regni querula expositione in nouis pragmaticis in tit. vbi de delicto quis cōueniri debeat* est prouisum quod in primis causis nemo extra districtum sui incolatus extrahatur, adeò vt ex prædictis appareat, quod circumscriptis priuilegijs concessionum quæ hodie reperiuntur factæ, & fiunt Baronibus huius Regni vasalli, ex pro-
2 pria persona his exceptionibus vtuntur, quibus, & per contumaciam per eos contractam, & per fori renunciationes, & per consensum eorum sæpè priuantur. Baroni vero quādo ipse comparet ad petendam remissionem non fit præiudiciū, quia vasalli ipsis præiudicare non possunt stantibus eorum priuilegijs, vt est dictum supra in *dec.* 417. *quibus addendū est Freec. lib. de subfeud. in 20. author. nu. 200. in antiquis, congerit alios Senat. Pedem. in decis. Cacher. 78. col. 1. vers. non obstat*
4 *quod vasallus n. 132. in magnis vbi etiam ponit limitationes ad legem vbi cæptum ff. de iudic.* similiter non est dubium, quod conuenti per viduas, pupillos, vel alias miserabiles personas excipiuntur à regula prędicta, quia isti conueniri possunt extra proprium domicilium, & si conueniuntur possunt forum declinare iuxta terminos *l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid. & de Iure Regni iuxta terminos constit. Regni statuimus, & rituū M. C. V. nu. 230. & 231. secundum ordinem Carauita*, hinc est, quod in concessionibus factis Baronibus huius Regni, & quotidie fiunt ponitur priuilegijs clausula, per quam derogatur dispositioni *d. legis prima, C. quando Imper. inter pupill. & vid.* &
5 in primis causis etiam secundis abdicatur iurisdictio à Magna Curia Vicarię, vel alijs tribunalibus, & dicimus priuilegia esse concessa, cum clausulis priuatiuis, & abdicatiuis, de quibus clausulis meminit *Capyc. in inuest. in vers. cognitione etiam causarum vers. itaq. de illis nullus*, & stātibus clausulis prædictis quotidie causas ad miserabilium personarum, & Ecclesiarum ad nos recurrentium remittimus ad Curias Baronum prædicta priui-

legia habentium.

6 Accidit nunc casus iste Dux Ebuli habet priuilegium concessionis dictæ terræ, cum clausulis prædictis, & derogatione *dicta legis prima*, cum fuisset commissum homicidium in dicta terra, & vidua, iuxta terminos *d.l. prima* vellet accusare homicidium accedente Ducis consensu, cui priuilegium prędictum côcessum erat eum accusauit in Magn. Cur. Vic. vasallus petijt remissionem causæ ad Curiam terræ Ebuli, & dicebat omnino remitti debere virtute dictorum priuilegiorum vidua excipiebat dicens priuilegiũ Duci concessũ esse in eius fauorem, & per cõsequens Ducem potuisse illi renunciare *l. penult. C. de pact. cum simil.* quod fecit dando licentiam viduæ, quod posset in Magna Curia accusare, & Magna Curia iudicauit in fauorem viduæ, & dum esset appellatum ad Sacrum Consiliũ dicebat accusatus omnino hãc causam remitti debere, ex priuilegio prædicto, cui quemadmodũ vasallus non posset pręiudicare, nec expresse, nec

7 tacitè, ex dictis in *decis. prædicta* ita nec debet Dñs iste præiudicare vasallo, cũ inter Dominum, & vasallũ debet esse parilitas, seu æqualitas *l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* quã ad hoc allegat *Andr. in d. c. 1. prima col. vers. fit hæc sententia qua l. Dominũ propr. feud. priue.* idẽ sentit *Andr. in c. Domino in fi. si de feud. defunct. viol.* dicens ꝙ

8 in eis quæ tangũt vasallos sufficit parilitatem seruare, idem *And. in c. 1. §. sed si fratrẽ an ille qui interf. fratr. Dom. suo, & Affl. in dec. 265.* ponit regulam, ꝙ Dominus debet vicem

9 reddere vasallo, nam sicut Dominus habet obligatũ vasallũ in multis, ita vasallus habet eundẽ Dominũ obligatũ, meminit de ea *Menoch. in 10. re-*

10 *med. recuperandæ possessionis 13. quæst.* sunt enim vasallus,

10 & Dominus correlatiua, & iudicantur ad paria, *iux tex. c. 1. circa fin. de form. fidel.* etiam in pęnalibus, vt dicit *Ioan. Nicol. in rep. l. generaliter n. 38. vers.*

11 *item sicut C. de secund. nupt. nu. 579. 4. col.* vnde dicit. *Frecc. in 30. authent. in fin. ex mente Bald. in cons. 466. Andr. Feudatarius 1. vol.* non esse æquũ, ꝙ Domini feudorũ trahantur per vasallos extra Ciuitatẽ in quã orantur cũ hoc reuerẽtiæ, & honori Dominorũ debeatur per *tex. in c. in nomine Domini §. illud de pact.* constant sic etiã vasallis Dñs molestus esse non debet, subtrahendo eos, à proprijs laboribus cum vasalli, & Domini ad paria iudicantur *cap. primo, qual. Dom. propr. feud. priuet.* quæ opinio comprobatur, quia Dux cum

pro-

proprijs priuilegijs pluries comparuit, & contra miserabiles personas petijt remissiones vasallorũ, & obtinuit, nec conuenit, quod pro vno cui complacere intendit, petat remissionem, & pro alio, quem forte odio habet non petat, quia Dominus est loco patris vasallorum, vt dicit *Frezz. in*
13 *vers. author.* & pater non debet facere de filijs vnum filiũ, & alium priuignum, *§. fin. in authent. de nupt.* vbi *Ang dicit nota illud vulgare, quod pater non debet facere vnum filium, & alium priuignum,* meminit de eo *Dec. in consil.* 59. *nu.*20. *vers.* 4. *facit vol.*1. *col.* 3. *& cons.*246. *nu* 5. *& seq. vol.* 1. vbi multa dicit de æqualitate seruanda, & postquam sunt vni co, & eodem priuilegio concessa non debent diuerso Iure censeri, *l. eum qui edes ff. de vsucap.* nec Baronibus est danda materia delinquendi, *l. si conuenire ff de pact. dotal.* pos-
14 set enim Dominus à vasallis extorquere pecuniam, vt petat remissionem eorum, qui si extra proprios lares conueniuntur maximis laboribus, & expensis afficerentur, accedat prædictis, quia dictus Dux cũ priuilegijs prædictis quæsiuit omnia, ea quæ per constitutiones, & capitula Regni debent in hoc Regno vasalli eorum Dominis, quæ multa sunt, & videre, licet ex *Afflict. in decis.*265. *& ex Frezz. in omnibus suis authoritatibus,* & ea æquè ab omnibus exigit, vnde sic iustum videri debet, quod sibi concessis per eadem priuilegia, quæ fauorem respiciunt vasallorum dicti vasalli æquè patiantur, & præsertim prædictam fori declinatoriam respi-
15 cientibus, de quibus de Iure communi, & per leges Regni est habita ratio, regula enim est, quod eum sequuntur commoda, quem sequuntur incommoda, *l. secundum naturam ff. de reg. iur.*

Item dicebatur per priuilegia prædicta in primis, & secundis causis etiam respectu miserabilium personarum esse abdicatam iurisdictionẽ à Regijs officialibus, & videtur hic casus similis causæ Clericatus, vt dixi ex *decis. Capyc. supra in decis.* 319. *num.* 8. & consequenter officialibus prædictis obstat notorius defectus iurisdictionis contra vasallos, qui quo ad officiales prædictos liberas ædes habent, quo argumento reperi postea, quod vtitur in propria materia *Maxilla in consuetud. Barensibus, consuet. neque à Comitibus* 3. *colum. vers. sed vlterius cogitanti fol.* 33. vnde si postea vult
16 Dux consentire, quod Regij officiales procedant, videtur quædam prorogatio iurisdi-

ctionis in eos, quæ fieri non potest sine partium cõsensu, *l. 2. ff. de iud. Petr. Iacob. in tit. de prorog. iurisdict. col. 2. vers. itē requiratur nu. 24.* & cum hodie vna ex partibus non modo non assentiat, immo dissentiat videtur quod domino sit locus petite remissioni, & dicebatur non obstare, quod priuilegium sit concessum fauore Ducis, & quod sic ipse potest illi renunciare *d. l. penul. C. de pact.* quia vt est supradictum postquam de Iure inter vasallum, & Baronem est inducta parilitas, siue æqualitas, quemadmodũ vasallus non potest renunciare, nec per tacitum, nec per
17 expressum consensum, ita nec Baro, & priuilegium hoc non excludit, immo facta concessione vasallorum, eos vasallos faciendo, eo ipso veniunt omnia ea quæ de Iure inter vasallos, & Dominos oriuntur.

Item dicebatur, quod & si esset merè in fauorem Domini concessum, quod nec, adhuc potest hoc facere cum non debeat vasallos tractare alios, vt filios, & alios vt priuignos, & diuerso iure eos censere, & occasionem delinquendi esse tollendam, & quod quemadmodũ ab omnibus exigit debita adiutoria, & seruitia virtute suorũ priuilegiorũ, ita & omnes debent prærogatiuis, & iurisdictionibus in vasallos potiri, & similiter quod si hæc est prorogatio iurisdictionis, non potest hoc facere parte vna contradicente, & nouissimè dicebatur, etiam quod omnia ista cessarent, de iure esse expeditum, quem ex alterius persona commodum posse consequi, & non
18 posse in eius præiudicium per eum, cuius contemplatione priuilegium concessum est ei renunciare, vt est planè dictũ supra in *decis. 169.* conueniebatur, vnde cum ex hoc priuilegio quæsito per Ducem, quo sæpè dictus Dux vsus est resultet cõmodũ eius vasallis, ne à propria patria extrahãtur, videtur dicendũ in eorũ præiudiciũ Ducẽ ei renunciare nõ posse, cõcurrentibus his, quæ Dux à vasallis exigit virtute priuilegiorum prædictorum, prout sic post motam hanc difficultatem pluries in Sacro Consilio iudicauimus tam in præsenti casu, quam in alijs addendum tamen, quod data reuocatione apud nos seruatur opinio, quod per vasallum non possit peti remissio, vt dictum est in principio, nec seruamus opinionem, quam tenet in articulo plurali, *Maxilla ubi supra &c.*

SVMMARIVM.

1 *Vidua, & pupillus habent æqualia priuilegia.*

2 *Pupillus conuentus ex contractu*

tractu paterno non declinat forum.
3 *Pupillus conuentus ex contractu paterno perdit priuilegium miserationis.*
4 *Priuilegia conquassantur inter habentes æquale priuilegium.*
5 *Ritus Magnæ Curiæ per quē pupillus non declinat forum intelligitur de foro paterno.*
6 *Ritus Magnæ Curiæ non tollit priuilegiū pupilli quando non declinat forum paternum sed aliud.*
7 *Ritus prædictus aduersatur iuri communi.*

DECISIO IX.

Ex Præsid. de Franch. dec. 553.

ARGVMENTVM.

Vidua & pupilli quomodo declinant forum.

Siluia de Amato vidua de terra Marigliani conuenit in Magna Curia Vicariæ, *ex priuilegio text. in l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid. & constit. Regni statuimus*, pupillum hæredem patris similiter de eadem terra Marigliani super dotium restitutione, pupillus petit remissionē ad Curiam terræ prædictæ, & dicebat quod habentibus vidua, & pupillo æquale priuilegium, per *d. l. 1. & d. constit.* priuilegia conquassantur, vt dicit *Afflict. in constit. statuimus in secunda quæst. fol* 101. *& est Ritus Magnæ Curiæ* 231. *si pupillus*, & per consequens actor sequebatur forum rei, *l. fin. C. vbi in rem actio eap. cum sit generale de foro compet.* & sic causam debere remitti ad Curiā terræ prædictæ.

2 Ex aduerso dicebatur pupillum conuentum pro contractu paterno, ex *Ritu Magnæ Curiæ Vicariæ, de quo in dec.* 234. Doctores de Collegio nō posse declinare forū, & cum ad præsens pupillus cōueniebatur ex contractu patris, non debet posse forum Magnæ Curiæ declinare, quod comprobat vnus ex Dominis, quia per Ritum prædictum qn̄ ex contractu paterno pupillus conuenitur, tol-
3 litur ei priuilegiū miserationis in *d. l.* 1. concessū, dum ꝙ alias declinare ꝓhibetur forū declinare, posset, tanquam pupillus, & cum remaneat priuilegium viduæ, & à pupillo abdicatum conuenire in Magna Curia dictum pupillum vidua potest.

Hæc dubia videbantur prima facie cōsiderabilia, sed tamen Sacro Consilio visum fuit contrarium, ex regula supra
4 allegata, quod inter habentes æquale priuilegium, priuilegia conquassantur: quam regulā latè exornat *Foller. in sua*

*pract.crim. in vers. audiantur excusatores num.*102.*vers.obiter enim fiscus fol.*86. & nouissimè *Thesaur. in decis.*177. *col. penult.vers.limitatur tamen num.*151.*in magnis*, & dicebatur supra allegata nō obstare. Dum enim dicit Ritus quod
5 pupillus ex contractu paterno nō declinant forū, idest forum paternum, in quo pater conueniri poterat, vt dicit etiam ibi *Carauit.* & in effectu vult. Quod licet pupillus ex iuris communis dispositione quando conueniretur, posset allegare priuilegium, quod ei superuenit de iure communi, scilicet eligendo alium forum quam forum patris; quod in hoc casu non possit; sed quod teneatur respōdere in foro paterno, à quo ad præsens non declinat: sed ad illud remitti petit.

Nec obstat secundum, quod in hoc casu sit sublata pupillo miseratio, & remaneat viduæ, quia licet tollatur, quoad hoc, vt priuilegio suo vti non possit contra vocantem eum in foro paterno, vt illud declinare possit, & vti beneficio *d.l.vnica*, & sic declarat *Afflict. in d. constit. statuimus in 6. quæst.* Non tamen tollitur, quin si ad aliud forum vocatur per personam priuilegiatam, & non in foro paterno possit opponere, quod ad proprium forū remittatur; eo existēte pupillo, & stante priuilegiorum conquassatione. Priuilegium enim per Ritum tunc ei tollitur quando ipse vellet decli-
6 nare forum paternum, & hoc casu loquitur ritus, non autem loquitur in casu, de quo agitur in quo non modo pupillus non declinat forum paternum, imò ad illud petit se remitti.

Vnde cum casus de quo agitur non sit casus Ritus, ad eum Ritus non est extēdendus. Præsertim quia Ritus prædictus
7 aduersatur dispositioni Iuris communis, vt est dictum in *d. decis.*234. & est restringendus, vt illud lædat quanto minus possit die 24. Maij. 1596. ad relationem Magnæ Curiç, in causa Siluiæ de Amato, fuit prouisum quod causa remittatur ad officiales Marigliani, & intellectus fuit Ritus, vt supra pœnes Secret. Sacri Consilij.

SVMMARIVM.

1 *Vidua pupillus miserabilesq; personæ etiam criminaliter delinquentes habent fori electionem declinatoriam, etiā post lit.contest. ex capite saltem restitutionis opponere possunt.*

2 *Vidua pupillus aliique miserabiles priuilegio l. unica C. quando Imper. & cap. renunciare non possunt.*

3 Vi-

3. *Virgines in capillo, vel cœlibem vitam ducentes, fori electionem quemadmodum, & viduæ habent.*
4. *Senes decrepiti infirmi continuoq; morbo vexati fori priuilegio gaudent.*
5. *Studentes eisdem priuilegijs, quibus miserabiles personæ gaudent.*
6. *Miserabiles personæ non tantum fori priuilegio verum alijs sexdecim gaudent.*

DECISIO X.

Ex Viuio decis. 65.

ARGVMENTVM.

Vidua pupillus etiam in causis criminalibus fori electionem habent. Eodem quoque priuilegio vtitur virgo, & gaudent etiam senes decrepiti, & qui continuo morbo laborant.

1 Vidua pupillus, & miserabiles personæ etiã si delinquerent, haberent re ipsa fori electionem gauderentque priuilegijs *l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid.* & consequenter possunt declinare forum in causis ipsis criminalibus, & pro delictis per eos patratis, ita *And. de Isern. & Afflict. nu. 17. in constit. statuimus lib. 1. in rubr. de offic. Mag. Iustit.* vbi *Afflict. ipse num. 37.* amplificat in tantum hoc procedere, vt valeant isti priuilegiati opponere huiusccemodi exceptionem fori declinatoriam, etiam post litem contestatam, saltem ex capite restitutionis in integrum. Et ita iudicatum extitit non semel tantum in varijs causis, in Regia Audientia Apuleæ in anno 1583. & sequenti me assidente in ea iuste auditore.

2 Nec non viduæ ipse, & pupilli aliæque miserabiles personæ huic priuilegio eis à lege cõcesso renunciare vllo modo nequeunt, ita *Natta cons. 590. vol. 3. post glos. vniuersaliter ab omnibus receptam in d. l. vnica in vers. excedere.*

3 Similiterque virgines etiam in capillo existentes, vel cælibem vitam ducentes habent fori electionem gaudentque priuilegio viduarum, ita Doctores omnes vniuersaliter in *l. vnica, & præsertim Ago ibi num. 6. & Fulgos. qui exprimit istam opinionem communem fore C. quando Imper. inter pupill. & vid. & Guido Papa decis. 566. quia num. 2. Neuizan. in silua nuptiali lib. 6. num. 30. Carauit. in ritu 19. num. 21. & Couarr. in lib pract. quæst. cap. 7. sub num. 2.* vbi meminit semel vidisse, ita iudicatum in Pretorio Granatensi, & sic etiã ipse iudicaui in facti contingentia pluribus vicibus in Regia

gia Audientia Apuleæ, dum assidebam in ea Auditor in anno 1583. cum alijs seqq. admittendo ad fori electionem nonnullas virgines, & ita vidi etiã obseruari per 25. & vltra annos in Magna Curia Vicariæ, & in S. C. in varijs diuersisque virginũ causis, prout ita sæpè iudicatum in ipso Sacr. Consil. cõmemorat etiam *de Franch. decis.* 100. *viduam nu.* 1. *& seq.* licèt, & malè *Andr. Gail. obseruat.* 1. *num.* 41. *& seq.* asserat contrariam opinionem veriorem.

5 Et de hoc mirandum quippe non est, nam vidua ad tempus videtur in misero infelicique statu constituta, durante præsertim viduitate: sed virgo, & potissimum, ea quæ cęlibem vitam agit reperitur semper in misera vita inuoluta, taliter quod arguendo, ex identitate rationis, quod quidem argumentum validum est in iure, secundum *Rot. Rom. decis.* 21. *alias* 331. *de conceß. præbend. in nouis. & §. nos igitur,* vbi *Imol. & Abb. de confirm. vtil. vel inutil. & in cap ad audientiam in* 1. *not. de cler. non resident.* virgo ipsa gaudere debet fori priuilegio quemadmodum, & vidua. Imo virgines eligentes vitam cœlibem, tanquam sponsæ Christi paupertati student. Nam virgo sponsa Christi omnia mundana spernit, exemplo virginis, & solum quærit, & cogitat, quę sunt Iesu Christi, 1. *Corinth.* virgo cogitat quæ Domini sũt vt sit sancta corpore, & spiritu.

4 Et hæc omnia eatenus vera sunt, vt non solum vidua, pupillus, & virgo: verum etiam senes decrepiti infirmi, & continuo morbo vexati, atque oppressi gaudent fori priuilegio, ita *Azo in l. vnica num.* 7. *C. quando Imper. inter pupill. & viduam.*

5 Nec non studentes etiam gaudent absque scrupulo aliquo omnibus, & quibuscunq; priuilegijs, quæ concessa sunt miserabilibus personis, vt per *DD. omnes vniuersaliter in l.* 1. *ff solut. matrim. Decian. cons.* 14. *dubitãtur nu.* 12. *cum alijs seqq. vol.* 1.

6 Et personæ ipsæ miserabiles non tantum gaudent priuilegio hoc fori, sed gaudent quoque sexdecim alijs priuilegijs discussis, & recitatis per *Rebuff in tract. de sent. prouis. art.* 3. *glos. vlt.*

SVMMARIVM.

1 *Vidua non potest vti priuilegio l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. contra aliam personam priuilegio eiusdem legis gaudentem etiam secundum Ritum Magna*

qua Curia Vicaria.

2 *Vidua pupilli, & alia miserabiles persona de quibus in d.l.unic. nō possunt inuicem vti illo priuilegio, sed quilibet seruabit ius commune cum vnus non sit potentior altero.*

DECISIO XI.

Ex Præsid. de Franch. decis. 188.

ARGVMENTVM.

Miserabilis persona non habet fori electionem contra aliam personam miserabilem.

1 VAna visa fuit dubitatio in Sacro Consilio, in causa Cōstantiæ de Mattheis, quæ prætendebat viduam posse vti priuilegio *l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. & constit. Regni statuimus* contra aliam personam priuilegiatā, ex eisdem *l. & constit. postquā adsunt Ritus Magna Curia nu.* 258. *Item quod nullus priuilegiatus, & nu.* 231. Item si pupillus expresse hoc statuentes, & iuridice, quia postquam

2 pupilli, viduæ, & aliæ miserabiles personæ sunt suffultæ priuilegio eiusdem legis, vno, & eodem tempore, priuilegia prædicta confunduntur, nec vnus erit potentior altero, & ius commune seruabitur, scilicet quod actor sequatur forū rei, ita *Andreas in d. constitut. statuimus*, vbi idem tenet *Afflict. in 7. notabili*, post relatos *DD.* qui hanc opinionem tenēt, nec visum fuit insistere in alijs, quæ plenè tractat *Couar. libr. pract. quæst. cap. 7. 5. col. vers. est in hoc tractatu*, tanquā non necessarijs, de quibus tamen, vt nostrates non omittā, plura dicit *Foller. in sua pract. crimin. in vers. audiantur excusatores num. 102. vers. obiter enim fol. 86. cum seq. & in constitut. Regni statuimus die 8. Octobris 1578. pœnes Secretarium.*

SVMMARIVM.

1 *Pupillus in potestate aui existens non gaudet priuilegio l. vnic. C. quando Imper.*

DECISIO XII.

Ex Præsid. de Franch. decis. 671.

ARGVMENTVM.

Si pupillus est in potestate aui, non gaudet priuilegio l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.

1 DVm in decis. 100. fuit dubitatum an virgo in potestate patris existens gaudeat beneficio *l. 1. C. quando Imper. inter*

inter pupill. & vid. fuit habitum pro absoluto, quod pupillus in poteſtate patris exiſtens non gaudet beneficio *d. l. 1. per gloſ. ibi*, & cum caſus accidiſſet quod mortuo patre; filius remanſerit in poteſtate aui, fuit die 12. Decembris 1598. ad relationem Magnæ Curiæ decretum, idem ſcilicet quod non gaudeat beneficio *d. l. 1.* etiam quod eſſet minor annis quatuordecim, cum ſit in poteſtate aui, quod cõſiderat *gloſa* prædicta, in cauſa particularium foreni cum Barone eiuſdem Terræ, licet Magna Curia contrarium iudicaſſet, & propterea hanc deciſionem poſui &c.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Padua de cauſis miſerabilium perſonarum plenè declaratur.*

2 *Vidua, & pupilli diuites an ſint miſerabiles perſonæ.*

3 *Statutum de Iure miſerabilibus perſonis præualet ſtatuto de compromiſſis,*

4 *Statutum ſpeciale præualet generali.*

5 *Miſerabilis perſona poteſt iudicium agere Iure ordinario.*

6 *Virgo uti vidua cenſetur miſerabilis perſona.*

7 *Priuilegium fori recurſus ad Principem ſupremum, quod habent pupilli & viduâ non intelligitur ſublatũ per conceſſionem Caſtri, aut Ciuitatis Iure feudi, aut donationis per verba qualiacunque niſi Princeps in indiuiduo illud derogauerit.*

DECISIO XIII.

Ex Peregrin. decif. Patauin. 129.

ARGVMENTVM.

Communia in materia miſerabilium perſonarum.

1 Statutum Paduæ ſub rub. de cauſis miſerabilium perſonarum expreſsè iubet, quod Vicarius Dom. poteſtatis ſit & intelligitur eſſe Iudex competens in cauſis miſerabilium perſonarum ſpecificè autem nominat carceratos, & pauperes, & ſolus ipſa harum cauſarum ſit Iudex, tam in agendo, quam in defendendo, & de quacumque ſumma, & re, & in quacumq; cauſa faciat ſibi iuſtitiam, & expediat ſummariè de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſola pura, & mera veritate facti inſpecta qualibet die, & hora ſine aliquo Iuris ordine, vel ſtatutorum cõmunis Paduæ tam in cognoſcendo, & procedendo, quam in exequendo, circa quod ſtatum obſeruatum eſt, quod perſonæ

sonæ miserabiles non solum in defendendo habent Iudicem prætaxatum solum Vicarium prætorium, vel coram alio Iudice conueniri nequeant, sed etiam in agendo, vt reos aduersarios non possint conuenire coram alijs Iudicibus, sic namq; præcisè statutum dicit tam in agendo, quã in defendendo, cui seruire oportet *l.* 1. *§. si is qui nauem ff. de exercitorum*, & ita obtinui aduersus viduam potẽtem, quæ sub prætextu miserabilitatis pronunciatæ in eius persona auocabat causas ad iudicium prætorium.

Dum autem pro matura causæ expediebat sibi eas deducere ad Iudices pedoneos, ad eos recurrebat nam firma ui eam, vt teneretur tam in defendendo, quam in agendo tractare causas suas coram prætore, aut eius Vicario.

Secundo peruento statuto ipso aduerti statutum prætaxasse personis miserabilibus solum vicarium Prætorium 2 pro Iudice non vt sit Iudex solus in appellabilis nam appellatio nunquam intelligitur sublata nisi in lege sit expresſũ.

Sed ad beneficium miserabilium ne aduersarius potentior in Ciuitate apud pedaneos Iudices miserabiles obtineret à sententia autem Vicarij permissa est per statutum appellatio ad Prætorem, vt legitur sub *rubr. de appellationibus cap.* 1. quamobrem cognitio causarum personarum miserabilium in prima instantia attentis statutis nostris absq; dubio pertinet ad Vicarium non ad D. Potestatem, nam appellatio est ei reseruata soli, autem potestati reseruata est cognitio, quæ fit, & censeri debeat in proposito, hoc persona facta autem Prouincia per D. Potestatem de miserabilitate causarum cognitio, & decisio pertinet in prima instantia ad Vicarium, ac idcirco aduersarius, si actor sit rectè conueniunt personam illã miserabilem coram Vicario Prætorio, & si miserabilis sit actor, & cõueniat aduersariũ debebit illum cõuenire coram Vicario, & si conuenit coram D. Potestate, iuste reus remissionem petere poterit ad Vicariũ pro statuti executione statutum, namque semper iubet, semper loquitur.

Circa autem statũ istud de personis miserabilibus contendunt acriter maiores nostri an pupilli, & viduæ diuites censeri debeant miserabiles personæ, de qua re plenè alijs relatis scripserunt *Natta consil* 590. *Roland. Did. in pract. cap.* 6. *Roland. cons.* 76. *nu.* 38. 39. *&* 40. *& infra lib.* 1. *Menoch. de arb. lib.* 2. *casu* 66. *Franch. decis.* 100 *col.*

col. pen. vbi in Regno Neap. & in Pedam. Thesaur. decis 177. concludentes post multas viduas, & pupillos, quo ad priuilegiũ fori eis indultum, aut per statutum, aut ex legis dispositione in *l.* 1. *C. quand. Imperat.* licet diuites sint potiti eo priuilegio per *text. in d. l.* 1. & sic Iudicem arbitrari debere, & in statutis Paduæ, & Mediolani, *Menoch. d. loco*, & apud nos sępè vidi Prætores patauinos pronunciasse viduas, licet diuites personas miserabiles, quamuis stipatas agmine fratrum propinquorum procuratorum, & aduocatorum, etiam quod haberent lites, cum aduersarijs nihilo superioribus, & ex facto satis constare posset, quod eis satagerent animo diutius litigandi, vt effugerent sententias conformes compromissa à statutis ordinata iudicia, ex consilio sapientum, & vt causas traducerent in appellatione ad ampliores magistratus almæ Ciuitatis Regiæ Dominationis.

Immo etiam si haberent in ea causa litis consortes pręponẽtes in Ciuitate, vt & ipsi beneficio viduæ sub prætextu cõsorteriæ litis non possent trahi ad Iudices inferiores, quæ tamen sensu meo nõ potuerunt, nec possunt quadrare, quia statuentes animaduertentes non conuenire sub prætextu miserabilium personarum iudicia, Processus, & statuta subuertantur arbitrio Clariss. Potestatis commiserunt pronunciare, qui sint pauperes, & miserabiles personæ quamobrem in re hac circumspectè Prætorem agere oportet nedum patet sub pręętextum miserabilitatis personæ litis bræui manu finiri nutriat, & ducat prout ex facto sæpè contingisse videmus.

Nimirum *Alex. Ias. & alij præstantissimi Iurisconsulti*, quos retulit, & secutus fuit *Roland. consi.* 10. *lib.* 2. censuerunt viduas diuites, & nobiles in patria coniunctos, & consanguineos habentes nõ inter miserabiles censendas esse quibus mirum in modum fauet, *text. in cap. significantibus de offic. deleg.* nam Papa ibi subreptitium rescriptum à se obtentũ enunciat, ac ideò executionẽ non mereri, quia Iuliana vidua narrauerat se pauperem, & obid impetrauerat Iudices extraordinarios, cum tamen esset nobilis, & diues nam si talis nõ fuisset equidẽ, Papa non declinasset vim rescripti, vt patet ex ratione subiecta viduis, tamen nõ adeò Ecclesia fauere debet, vt alijs iniustitiam faciat, & facere iniustitiam reputat, dum viduas nobiles, & diuites in præiudicium collitigantis subtrahit à foro ordinario, hæc etiam *text. in d. cap.*

ex var-

ex parte, nam ibi Regina Angliæ vidua nimirum fuit reputata miserabilis ab Honorio III. quia vidua erat,& violenter ab illo nobile potente in Regno de Castro suo dotalitio spoliata fuerat cuius potentiã spoliata nimirũ perhorrescere poterat, & ad *text. d.l.* 1. *cap. quare Imper.* responsio est de pupillis, & viduis miserabilibus, cuius conditionis non nobiles in patria, & diuites nisi potentioris auctoritatem perhorrescant.

3 Cœterum circa istud statutum,quia specialiter prouidet certè speciei personarum miserabilium, scilicet de Iudice particulari nimirum prævalet statuto de compromissis, *Alex. cons.65.nu.6. Dec.cons.7.nu.5. & 6.post Bald.cons.223.nu.3. lib.1. Menoch.consil.479.col.3. vers.1.mouet lib.1.*

4 Et est regula quod statutũ magis speciale præponderat statuto generali, ac etiam illud,quod est magis fauorabile *Ias. ex multis in l si Russinus num. 2. & 3. C. de testament. milit. Paul.Castr.cons.21.nu.1. lib.1.Dec.cons.66. & 67.lib.1.*

5 Item adde quod iste personæ miserabiles possunt conuenire aduersarium suum coram Vicario D.Potestatis,vel tanquam suo Iudice speciali, cum procedendi modis priuilegiatis,vt supra possunt etiam cõuenire coram eo,vti Iudex ordinarius, & in dubio videtur aditus, vti ordinarius, nisi ex serie libelli illud colligatũ, vt per *Alex. consil. 55. quoniam caus. libr. 5.*

6 Addo etiã quod virgo,quoniam vidua propriè est ex nominis significatione *l. malum §.1.de verbor signif.* vtitur, & ipsa priuilegio fori, *Vincent. de Franch d.decis.* 100.

7 Denique adde quod priuilegiũ fori per viam recursus ad supremum Principem tributũ pupillis,viduis,& alijs fortunæ iniuria personis miserabilibus de quo in *d.l.*1. *C.quand. Imper.* non censetur sublatum, quãuis supremus Princeps per titulum feudi, aut donationis cõcesserit alicui in fauori Domino Castrum,aut Ciuitatem, quamuis per verba ampliã, ita vt vidua, & pupilli possint recurrere ad Principem supremum,vt causas suas sibi aduocet,aut alicui magistratui sibi non suspecto iudicandas committat,nisi in concessione Princeps specialiter derogauerit priuilegium dictæ legis, *Cyn. Bald. Angel. & Fulg. in d. l. Roman.consil.* 169.*non est dubium col.*1. *Afflict. in constit. Regni statuimus in* 7.*not. Bellug de Regim.Princip. Rolãd. cons.*38.*§.consequenter Grammat. decis.*20. *Couar. in pract. cap.* 7. *Milanens. apud siculos decis.*

decis. 5. nu. 4. ampliss. Thesaur. d. decis. 177. Vinc. de Franch. decis. 192. vbi ampliat etiam quod in priuilegio inserta legeretur clausula derogatoria, & obstantia per verba amplissima, addito etiã si de eis oporteret fieri specialem mentionem, nam non sufficeret, quia requiritur indiuidua derogare, secundum eum post. *Alex. consil. 11. col. 4. vers. confirmo lib. 4. Ruyn. consil. 226. col. 3. lib 1. Gramat d. decis. 2. Vitalis in verbo clausula generalis, & dixi in meo tractatu de iurisdict. sub num. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum in Regno vocatur primum, & secundum beneficium.*

2 *Vidua luxuriosè viuens non gaudet beneficio l. vnica C. quand. Imp. int. pup. & vid.*

3 *Constitutio Regni concedit beneficium mulieribus indistinctè.*

4 *Fragilitas sexus qua consideratur in concessione beneficij procedit etiam, quod mulier sit meretrix.*

5 *Vidua luxoriosè viuendo perdit omnia priuilegia viduitatis intrinseca, & extrinseca.*

6 *Qualitas naturalis præualet accidentali.*

7 *Meretrix per constitutionem Regni dicitur miserabilis persona.*

8 *Meretrix an gaudeat beneficio l. vnic. C. quand. Imp.*

DECISIO XIV.

Ex Præsid. de Franch. dec. 231.

ARGVMENTVM.

Meretrix habet fori electionem.

Conuenta meretrice in Magna Curia Vicariæ institit
1 sibi concedi restitutionem in integrum, ex constitut. Regni obscuritatẽ, quam restitutionẽ nos primum, & secundũ beneficium appellamus, & sic testatur etiam *Afflict. in decis. 210,* Magna Curia prædictum beneficium denegauit meretrici tanquam indignè, *argum. text. in l. bis solis C. de reuocan. donat. ex quo text & ex dictis*
2 *per Bald. & Salyc. ibi colligitur cõclusio, quod vidua luxoriosè viuens non gaudet priuilegio l. vnic. C. quand. Imperat. inter pupill. & vid. Decius in cap. 1. in fin. de iud. vbi apostilla littera D. Iacob in l. cum quadam puella 1. col in glos. 1. num. 7. ff. de iurisdict. omn Iud. vel beneficio constit. Regni statuimus*, vt ibi etiã dixit *And. 1. col. vers.* item vidua de quo & alijs meminit, eosque sequitur *Didac. in tract pract. quæst. in cap.*

in cap. 7. ex aduerso dicebat meretrix pro se habere constitutionem prædictam, quæ indistinctè concedit mulieribus
4 beneficium occasione, & causa fragilitatis sexus quæ ratio militat, siue hæc sit meretrix, vel non, & loquitur generaliter, & sic debet generaliter intelligi, *l. de pretio ff. de publ. l.* 1. *§. & generaliter ff. de legatis præstitis, & simile allegatum non procedere text. enim in d. l.* 1. non dat priuilegiũ indistinctè mulieribus, prout dat prædicta constitutio obscuritatem, sed mulieribus viduis, quæ viduæ, vt illuc habeant necessè est, vt viuant, vt viduę non autem lu-
5 xuriosè, quia vidua luxuriosè viuens abiecta pudicitia meretricio more perdit omnia priuilegia intrinseca, & extrinseca, vt dicit *Bald. in d. l. bis solis*, cessant enim rationes, ex quibus conceditur viduæ hoc priuilegium, mulier autem nõ
6 definit esse mulier eo, quod meretrix sit cui mulieri conceditur beneficium, & hoc accidẽs cedit qualitate naturali, *l. qui habet ff. de tutelis*, item dixit vnus ex Dominis quod in Regno posset, forsan dici, quod etiam meretrix gauderet beneficio *dict. l. vnic. & d. constitut. statuimus*, conceditur enim, ibi illud beneficium pupillis, & viduis, ac miserabi-
7 libus personis meretrices autem miserabiles appellat, *Rex Rogerius in constitut. Regni omnes nostri Regiminis*, vbi *Afflict. in* 2. *notat.* innuit meretrices esse numerandas inter personas miserabiles enumeratas in *cap. significantibus de officio delegat.* idem tenet *Gramm. in addit. ad cap. Regni vt delata f.* 151. & licet prædicta constitutio sit post *text. in dict. l.* 1. quia lex semper loquitur *l. Arrianas C. de haret.* comprehendit lex prædicta, has personas iam miserabiles appellatas per legem posteriorem, exemplum etiam eius quod de interpretatione passiua dicitur in *l.* 1. *§. lex falcidia ff. ad leg. falcid.* vnde ex his de decreto Magnæ Curiæ dubitatum fuit, & relata iterum postea causa fuit declaratum bene appellatum, & esse concedendum beneficium dictæ mulieri meretrici, vita enim meretricum est miserabilis, *Alberic. in l. fidelissima*
8 *C. de postlim. reuers. an autem gaudeat priuilegio l. vnica*, nõ fuit decisum, nec discussũ tũc, sed deinde fuit discussum, & decisum ex verbis constitutionis prædictæ, quod gaudeat beneficio *dict. l. vnic.* in causa cuiusdam de Laquedonia, cum Magnifico Baronæ eiusdem Ciuitatis, die 18. mensis Nouembris 1682. pœnes Secretarium, quam etiam opi-

Z nionem

nionem hinc inde arguendo reperi postea quod tenet *Annibal Troysius Cauensis super pragmatica cursu dilationum vers. meretrix* etiã, vbi etiam respondet ad contrarium supra *allegatum de vidua inhoneste viuente*.

SVMMARIVM.

1 *Virgo iisdem gaudet priuilegiis quibus vidua, & pupillus.*
2 *Glos. in l. malum §. viduam de verb. signif. de qua virgine loquatur.*
3 *Specialia nonnulla seruantur in viduis.*
4 *Virginum distinctio.*
5 *Lex Cornel. de Sicar. inter publica delicta connumeratur.*
6 *Filius famil. patre quoque inuito accusare potest.*
7 *In criminalibus patria potestas non consideratur.*
8 *Fœmina ad suam admittitur, vel suorum vindicandam iniuriam.*
9 *Soror admittitur ad fratris necem vindicandã, etiam si quis ex fratribus remiserit.*
10 *Masculus in accusando fœmina, prefertur, sed declaratur num. seq.*
11 *Vidua appellatione virgo cõtinetur.*
13 *Vidua vulgo vnde dicatur.*
14 *In vidua, & virgine, patria potestas non consideratur.*
15 *L. 1. C. quand Imper. recipiat ampliationem.*
16 *Difficultas aduersus virginẽ tollitur.*
17 *Pupillus est qui in patris desiit esse potestate.*
18 *Habens virum inutilem gaudet priuilegio dicta l. 1.*
19 *Priuilegium d. l. 1. ad diuitẽ quoque extenditur, vt declaratur nu. seq.*
21 *Præsumptio est contra declinantem à Tribunali supremo ad inferius.*

DECISIO XV.

Ex Præsid. de Franch. decis. 100.

ARGVMENTVM.

Virgo gaudet electione fori.

1 VIrginem in materia *l. 1. C. quando Imperator inter pupill. & vid.* debere gaudere eiusdem priuilegiis quibus viduæ, & pupilli gaudent est sæpè iudicatum in Sac. Cõsilio, ex decisione *Andr. in constit. Regni statuimus 2. col. vers. quid si vidua, vel virgo*, qui hoc videtur habere pro absoluto, sequitur ibi *Afflict. in 8. quæst.* qui dicit hanc decisionem esse tenẽdam menti, quia non reperit hoc actum ab aliquo Doctore, nec in *d. l. unic.* neque in *cap. significantibus de offic. delegat.* loquendo forsan de vir-

2 de virgine, quæ non habet intentionem vitam cœlibem ducendi, quia de virgine vitam cœlibem ducente, quæ nullo tempore fuit cognita, quod habet hoc priuilegium loquitur *glos. in l. malum §. viduam ff de verb. signif. in ver. vidua*, dum dicit ideo ibi declarari,
3 quæ sit vidua, quia sunt quædam specialia, quæ seruantur in viduis, vt *C. quando Imper. inter pupill. & viduas*, & idem *glos. in d. l.* secundum primum intellectum, & videtur sentire *Ioan. Fabr. ibidem declarando verbum viduas*, allegat *text. in d l. malum, & Odoffred. in rubric. tituli*, & potest *glos. Cyn. Alber. Bartol & Fulgos. Neuizzan. in sua Sylua nuptiali inter vers. in dubio quomodo iudicandum vers. & demum, & Belluga in Speculo Princip. rubric. 38. §. conqueruntur vers. de vno vidi fol.* 173. de quibus, & alijs exceptis *Odofred & Fabro Neuizzan. & Belluga*, meminit *Didacus in pract. quæst in cap. 7. 1. colum. versic. sanè tamen*, qui videtur tenere contra prædictos, cum certa tamen modificatione, quæ non placet, *Petro Foller. in sua pract. criminali in ver. audiantur excusatores num. 85. versic. obster enim fol.* 81. qui vltra prædictos distinguit virgines virginalem, & cœlibem vitam ser-

uare eligentes vsque ad finem,
4 ab alijs virginibus existentibus in via virum ducendi, quę distinctio mihi non displicet, & cum *Didaco eo relato sentit, Andr. Reyl. in libr. 1. practicarum obseruationum in prima obseruat. in §. vtrum autem fœmina virgo num. 41. fol. 13.* sed quia in Sacro Consilio semper fuit seruatum in distinctè virgines fuisse admissas ad electionem fori, & ab opinione *Andr.* & in Regno non discedimus. Idcirco difficillimum esset contrarium obtinere, sed in præsenti causa, inter Illustrissimum Marchionem Piscariæ, vtilem Dominum Terræ Angri, & Regium Fiscum, orta fuit difficultas super remissione vasalli dicti Illustrissimi Marchionis, an mulieri virgini sorori defuncti, seu occisi, quæ accusabat de morte fratris delinquentem ea in potestate patris existente, qui pater non accusabat, competeret actio accusandi, etiam sine consensu patris, & si competeret, an quamuis sit virgo, & patrem habeat, debeat gaudere ex prædictis beneficio *dicta leg. vnica C. quando Imper.* & dictum fuit mulierem,
5 hanc quamuis esset filia famil. posse accusare de morte fratris, accusabat enim de crimine descendente, ex publico delicto, quia *lex Cornelia de*

 Sicarijs

Sicarijs, inter publica delicta connumerat in *l. 1. ff. de public.*
6 *iud.* de quo filius famil. potest accusare etiam patre contradicẽte inter liberas *§. fin. ff. ad l. Iul. de adulter. l. filiũ ff. eod.*
7 *tit.* in ijs .n. quæ publici Iuris sunt patria potestas nõ curatur, vt dicit *Bart. in d. §. fin.* in præsenti materia, & quamuis *glos. in l. cum nõ solum §. necessitate ff. de bon. qua liber.* dicat etiam in accusatione requiri patris consensum nihilominus contra *glos.* tenent omnes, vt dicit *Bart.* ibi *glos. finali vers. quaro in actionibus*, quem refert, & sequitur ibi *Salycet. & Angel.* quos etiam sequitur *Cornel. colum. 3. versic. in ea ibi, vel aliud in accusatione* congerit *multos Iulius Clarus in lib. 5. sententiarum §. finali in 13. quæst. vers. sed quid in filio famil.* nec ei obstat, quod
8 si fœmina admittitur ad vindicandum suam, vel suorum iniuriam *l. vxor cum l. seq.* vbi *glos. & Doctores C. qui accus. non poss.* & in specie loquitur *text. in d. l. vxor*, pro vindicando necem fratris consobrini, ergo tanto fortius est admittenda ad vindicandum necem fratris carnalis occisi, tenet *Afflict. in specie in constit. Regni Iustitiarij*, non per calendas,
9 quod procedit etiam, si aliquis frater interfecti remiserit, vt ibi per eum, nec sorori similiter obstabat, quod aderat pater, qui eam præcedit in accusando, cum sit clara conclusio in *d. l. vxor posita per Salyc. &*
10 *alios*, quod existente masculo in eodem gradu, cum fęmina, masculus præferatur, & maximè pater ratione patriæ potestatis, nam respõdebatur, quod *Salyc. in d. l. vxor in 4. oppos. & iterum in 2. col. vers. quara an prætoribus*, tollit difficultatem vera est enim opinio masculos,
11 & patrẽ maximè præferre ratione patriæ potestatis, sed ipsis negligentibus fœmina admittitur etiam, secundum *glos.* hic dicebatur, quod erat casus de quo agebatur, quia pater non exposuit querelã, & negligebat eam exponere, & ideò soror admissa fuit, prout admitti debebat, vnde ex præmissis videbatur concludendum, ꝙ etiam ꝙ adesset pater defuncti, & istius filiæ famil. querelantis, quia pater neglexit querelã huius mulieris vindicantis suorũ iniuriam etiam citra patris consensũ admittẽda esset.

Sed dubium remanebat, an gauderet beneficium *d. l. 1.* super quo dicebatur per Dominum Fisci patronũ non esse dubitandum, nam dum accidisset similis casus in M. C. V. inter Dñm terrę Centolę, & quendã eius vasallum, relata causa in M. Cur. fuit iudicatum quod ad querelam virginis patrem haben-

habentis causa remaneret in Magna Curia Vicariæ, non obstante petita remissione per vtilem Dominum, à quo decreto dum esset appellatum ad Sacrum Consilium, fuit decretum Magnæ Curiæ confirmatũ causa relata in dicto Sacro Consilio in aula, in qua residet Dominicus Antonius Orificius, & qui huic decisioni stare debemus maximè quia fuit dictum, quod erat confor-
12 mis Iuris dispositioni, postquã de Iure appellatione viduæ, virgo continetur, *vt in d. l. ma*
13 *lum §. vidua*, & quãuis vidua dicatur, quæ virum habuit, hoc est ex vulgari dicto, vt dicit *glos. ibi in vers. viduam*, non autem quod verè virgo non dicatur vidua, vt vltra prælegatos ponit *Luc. de Penn. in l. fin. 2. col. vers. & nota quod vidua de priuileg. 5. col. lib. 12. & Ioan. de Turre Crem. in cap. vidua 34. dist. post Arch.* Nec Doctores in vidua, vel virginè faciũt distinctionem, vel quod sit, vel non sit in potestate patris, quia si hoc diceremus in virgine esset ita dicendum in vidua, postquam priuilegium quod datur virgini ei datur ex eo, quod comprehendatur sub appellatione viduæ, & tamen in vidua nunquam vidimus dubitatum etiam quod sit in potestate patris, & verè videretur, quod priuilegium prædictum in præiudicium viduarum valde restringeretur, item dictum fuit ex ijs quæ supradicta sunt apparere filium famil. absq; patris consensu posse accusare, quia in istis non curatur patria potestas, & iure proprio hanc accusationem ei competere, si igitur potest sine patre, & iure proprio hoc potest ergo patria potestas, de qua vt supra dixi in istis non necessaria, vt supra non debet operari amissionem priuilegij de iure communi competentis filiæ famil. virgini, maxime quia vt dicit *Abbas in d. l. 1.* post alios relatos quæ procedunt in vidua obtinent in virgine, & beneficium concessum in *d. l. 1.* est beneficium Principis, quod est latè interpretandum *l. fin. de constitut. Princip.*

15 Sed ab aduerso dicebatur hanc esse magnam ampliationem ad *l. prædictam*, & quod postquam in textu *d. l.* æquiparatur virgo pupillo, & vt pupillus habeat priuilegium *d. l.*
1. oportet quod sit sine patre, quod alius non gauderent. vt declarant ibi *glos.* 2. & de hoc non dubitatur, quia alias non posset dici propriè pupillus, *l. pupillus ff. de verbor. signif.* ergo non est cõcedendum magis virgini, quam pupillo, qui principaliter nominatur in *d. l. 1.* & etiam magis, quia secundum *glos.* ibi etiam pupillus

Z 3 largo

largo sumpto vocabulo dicitur, qui est minor annis 14. & & in potestate patris *l. final. §. pupillus ff. de verb. oblig.* & sic virgo non potest negari, quin largo sumpto vocabulo vidua dici possit, & pupillus tamen existens in patris potestate non gaudet, & si nō debet gaudere virgo, hęc difficultas vere reddit dubium hanc quæst. pro cuius difficultatis solutione
16 dicebatur, dici posse pupillum verè, & propriè dici eum, qui est sine patre, prout dicit *text. in d. l. pupillus positus sub tit. de verb. signif.* vbi ponitur propria verborum significatio, & ibi *Alciat.* dicit, quod ex Iurisconsultorū frequentiori vsu pupillus modo prædicto accipitur, & idem *Dida cap. 6. col. 2. vers. primus igitur casus in eo lt. pract. quæst.* & viduam etiam propriè dici virginem, ex declaratione eiusdem *Iurisconsulti in eo tit. in d. l. malum, licet secundum vulgares, vt glos. ibi dicit,* propriè intelligatur quæ virum habuit, sed ex defectu vocabuli verè comprehenditur sub verbo viduæ, & propterea dicebat, non posse argui, quod minor annis 14. existens in potestate patris nō cōprehenditur sub dispositione *l.* 1. quia in propriè est pupillus, ergo nec virgo, quia dicitur ex prædictis virginem propriè, secundum *Iurisconsultum in d. §. vidua,* comprehendi sub verbo vidua, licet largo modo, & secundum vulgare non vt dicit ibi *glos.* minorem vero annis 14. in patris potestate existente non comprehendi sub verbo pupillus, quia *Iurisconsultus in d lege pupillus, in tit. de verbor. signif.* declarat eum esse pupillum,
17 qui in patris potestate esse desijt, & licet *d. l. fin. §. pupillus,* dicatur est secundum latissimam significationem, vt *Alciat. dicit in d l. pupillus,* & nos debemus attendere significationem datam per Iurisconsultum, non per vulgares, & dicit *Neapod. in consuetud. pupillus, in vers. pupillus,* quod minor annorum 14. existens in potestate patris dicitur pupillus impropriè, quo ad ætatem tantum, non quo ad alias circumstantias pupillares, inter quas esset beneficium *dict. l.* 1. item dicebatur ideo non pupillo requiri, quod non sit in patris potestate, quia patre existente minor. annis 14. nihil facere potest, & non posset verificari, quod agat, vel nō agat, & omnia essent facienda per patrem, vti legitimum administratorem, & in quo lex confidit, quando autem sumus in virgine maiore annis 14. quia sic st intelligenda, hæc *quæst.* quia quando essemus in minorem sine patre gaudere, vti pupilla

pilla, & non vt virgo, *l. qui habeant ff. de tutor.* hoc casu potest filius famil. minor sine patre accusari, & accusare; quia hæc publici iuris sunt idcirco circumscripta patria potestate videtur, quod ex propria persona virgo habeat hoc priuilegiũ, & nihilominus forsan dici poterat, in casu de quo arguitur, quod pater videatur inutilis, quia cũ posset ipse prosequi iniuriã illatam filiæ publicæ te priuatè, hoc fa-
18 cere negligit, & posse dici, id quod dicitur etiam in materia de qua agitur, quod vidua quæ habet virum, & inutilem gaudet priuilegio *d. l.* 1. secundum *glos. in l. fin. C. ad l. Fluuiam de plagiar. quo super multi ponit contra memorabilibus in verb. vidua,* negari tamen non potest articulum esse dubium, & postquam est semel iudicatum in Sacro Consilio videtur quod idem sit, & nunc iudicandum.

Relato præsenti puncto Domini de Sacro Consilio dixerunt, quod sequenti die Iouis intendebant procedere ad puncti expeditionem nõ venit die prædicto Dominus Iudex Magnæ Curię, & si non fuit tractata expeditio, nec de eo fuit aliter postea loquutum posita sunt prædicta, vt veniente casu fiat maturior decis. aduerten-
19 dum etiam in prædictis, vt in materia *d. l. prædicta,* habeatur plena resolutio, quod indistinctè in Sacro Consilio iudicamus viduam etiam diuitẽ gaudere priuilegio *d. l. vnic. ex ijs qua Inn. in cap. significantibus de offic. deleg.* quem sequitur *Ioan. Fabr. in d. l.* 1. *quando Imperator in vers. item hac lex,* & ita tenet *Azo in summa illius tituli, & Andr. in d. constitut. statuimus* 1. *col. vers. itẽ vidua, & in constit. lege præsenti versic. satis benedicitur,* quorum auctoritas magna est, & eos sequuntur alij quos cõgerit *Didac. vbi supra, & vltra eum Neuizz. in Sylua nuptial. in verb. in dubio quomodo iudicandum* 2. *col. vers. in dubio etiam iudicandum pro pupillo,* vbi multa cumulat *Additio ad Afflict. in decis.* 157. & ita fuisse decisum per *Senatũ Pedemontanum*, dicit *Thesaur. in decis.* 177. 1. *col.* licet *Franch. Ripa in l.* 1. *colum.* 10. *vers. vbi dubitatur ff sol. matr.* dicit etiam communem opi-
20 nionem, quod vidua diues non gaudeat, sed intelligi potest, quo ad hoc vt gratis ei patrocinentur, non autem quod nõ gaudeat priuilegio, secundum *Afflict. in d. l. præsenti, & Didacum vbi supra, & per Poller. ibid. in final. vers. postea visum, licet de Ripa non faciant mentionem,* & nouissimè *Menoch. in lib.* 2. *de arbitr. Iud. in*

casu 66. & And. Gayl. in lib. 1. pract. obseruat. in 1. obseruat. in 28. Foller. num. 40. item aduertendum quod plures accidit in Sacro Consil. casus quod multæ viduæ multoties varia vere ab eorũ tribunalibus ad Magnam Curiam, & à Magna Curia postea ad earum tribunal, & secundum *Neuizz. vbi supra vers.* & illud priuilegiũ caus. est remittenda etiã quod sit lis appunctuata, sed quia in Magna Cur. ministrant iustitiã, multo magis qui per Barones Regni, maxime quia Sacr.
21 Consil. singulis diebus Iouis audit relationes grauaminum Magnæ Curiæ maxima oritur præsumpt. contra variantem ab hoc supremo tribunali, idcirco Dominus Fisci patronus quando hoc accidit maxima vtitur diligentia, & multoties reperit partes cõcordatas ante variationẽ, seu iteratam electionem, & in istis casibus non remittit causas, quia amplius non cõpetit actio eis, qui iam remiserunt, quæ remissio non operabitur contra Fiscum, cui Ius est quęsitum *l in personam* vbi *Angel. & Iacob. ff. de pact.* quando autem hoc non reperitur, videtur quod remissio negari nõ possit, maxime quia nec expresse possent personæ prædictæ renunciare dispositioni *d. l secundum glos. ibi quã sequuntur omnes, & Neuizz. vbi supra, & Bellug. in rub. 23. in vers. sed pone nu. 9 fol.* 120. *& Andr. Gail. vbi sup. & Thesaur d. decis.* 177. *col. 1. vers. estque ad eo potest, & est dictum infra in decis.* 193. de qua meminit *Thesaur. vbi supra in 3. ampliat.* & sic videtur, quod nec etiam tacitè per actum prorogatiuis, quæ non potest fieri inseruatis Principibus, secundum *Anton. de But. in cap. significasti 2. col. vers. ideo oportet de foro compet.* quẽ allegat *Bellug. vbi supra,* sed raro nunquam non præcedente concordia repertum est personam miserabilem variasse à Magna Curia ad eius forum ordinarium, & propterea quando casus acciderit, erit maxime cogitandum antequam fiat remissio.

SVMMARIVM.

1 *Virgo habet priuilegium fori.*
2 *Virgo stuprata pro stupro in eam commisso habet electionem fori.*

DECISIO XVI.

Ex Præsid. de Franch. decis. 599.

ARGVMENTVM.

Virgo stuprata an gaudeat beneficijs virginis in electione fori contra stuprantem.

1 Mulier

1 MVlier virgo sub promissione matrimonij blandisque verbis fuit stuprata exponit querelã contra stuprantem in nostra Magna Curia, eam in forũ eligendo, stuprans tanquam filius officialis Regiæ Curiæ Siclæ petit remissionem ad dictam Regiam Curiam Siclæ, quia & si virgo habeat electionem fori, iuxta dicta supra in *decis.* 100. nihilominus nunc quod agit non est virgo, & cum non conueniant verba *l.* 1. *C. quand. Imper.* non conuenit eius dispositio *l.* 4. *§. toties ff. de damno infecto.*

2 Dictum fuit non esse locum petitæ remissioni, ex quo delictum prædictũ stupri est com missum in eam virginem, occasione cuius delicti in eam, vt virginem commissi incontinenti, nota fuit actio querelã exponendi, & est regula generalis, quod initium spectatur *l. si filius familias ff. de verb. oblig.* quam allegat *Neapod. in consuetud contra habentem in gloss. fin.* alias enim sequeretur, quod ex hoc delicto in eam commisso, ipsa pateretur damnum amissionis fori de Iure communi sibi competentis, & stuprans consequeretur priuilegiũ de Iure speciali sibi cõcessum, & delictum noceret offenso, & prodesset offendenti cum totum cõtrarium esse debeat, quia pęna suos debet tenere Authores, & in effectu dicebatur virginem fuisse offensam, & vt virgo offensa habet priuilegium fori, & hæc offensio non potest in hoc casu separari, prout si alio modo virgo offensa esset, & dicebatur quod in virgine per vim deflorata, quod habeat hoc priuilegium, ex alijs rationibus tenet *Carauit. in Ritu* 19. *item quod procurator in* 2. *qu. fol.* 18. quæ possunt ad casum, de quo agitur applicari. Dicebat tamen vnus ex Dominis se non dubitare de hoc inter stupratorem, & stupratam, sed dubitare quia Tribunal Regiæ Curiæ Siclę comparebat, & petebat remissionem, cui non poterat per inquisitum præiudicium inferri, vt in simili dicimus in vasallo, qui si efficitur contumax perdit eius forum, quo ad se, licet quoad Dominum non perdat, vt est dictum supra in *dec.* 417.

Cui decisioni de nouo alia pulchra addita sunt, sed dictũ fuit prædicta procedere quando à principio possent vasallus, & Dominus petere remissionem, quia si vasallus amittit hoc priuilegium ob suam contumaciam cõmissam, & sic ob nouum delictum, hoc non nocet Domino, qui non deliquit, sed casus de quo agitur est diuersus, nam stante supradicta cõclusione, nec inquisitus, nec

Curia

Curia Sielæ, stante priuilegio virgini concesso possunt petere remissionem ex delicto, vt supra commisso, quod quando committitur, habet hanc qualitatem electionis fori annexam, & in hoc casu etiam loquitur *Carauit. in Ritu supra allegato vers. intellige tamen prædicta*, die 5. Iunij 1596. fuit iudicatum non esse locum petitæ remissioni, referente D. Chiros, penes Actuarium de Ferrarijs.

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles personæ quæ sint.*
2 *Ecclesiastica persona an habeat priuilegium eligendi forum, sicut miserabiles personæ.*
3 *Ecclesia quando habeat fori electionem.*
4 *Feudi quaternati cognitio ad quem pertineat.*
5 *Fori electio miserabilibus personis non datur ad eligendũ incompetentem Iudicem.*
6 *Fauor miserabilium personarum iniustitiam operari non debet.*
7 *Causa vtentis in Iure cõmuni fortior est, quam qui elegit forum secundum priuilegium.*

DECISIO XVII.

Ex Afflicto dec. 257.

ARGVMENTVM.

Ecclesiastica persona an habeat fori electionem.

1 Dicit *constitutio Regni statuimus*, quod miserabiles personæ habent priuilegiũ eligendi forum Magnæ Curiæ Vicariæ, si iurant se aduersariorum potentiam perhorrescere in loco Iudicis ordinarij, & miserabiles personæ, secundũ *Azo in summa C. quando Imper. inter pup. & vid.* vel miserabiles personæ sunt pupilli, viduæ, miserabiles etiã personæ, sunt senes, & decrepiti, & diuturno morbo fatigati, & debiles, & omnes hi de quibus natura mouetur ad miserandum.
2 Fuit dubitatum vtrum Ecclesiastica persona, pro bonis Ecclesiæ habeat hoc priuilegium eligendi forum Magnę Curiæ Vicariæ, hoc non dicit *Constit. Regni*, nec *lex vnica C. quand. Imperat* sed bene *Andreas de Isern. in d. constitut. statuimus*, dicit quod de hoc vidit dubitari, & determinatum fuit in Sac. Cons. quod sic, & exinde facta fuit declaratio Regis Roberti, quando fuit Vicarius Regis Caroli secundi patris sui, & pro hoc facit *cap. cum sit generale de foro compet.* sed illud *cap.* intelligitur data violentia, vel rapina, vel fraude alias cessantibus his Eccle-

sia-

sia non habet fori electionem, sed debet sequi forum rei, vt dicit ibi expresse *Ioan. Andr. in nouell.* quem sequitur *Alex. in 2. vol. consil. 103. in fine*, & dicebant Domini de consilio, quod istud quod dicitur, quod miserabiles personæ, & Ecclesia per declarationẽ prædictã S.C. Regis Roberti, vt refert *And.* possunt eligere, si volunt agere iustitiariũ regionis, si iustitiarius regionis est Iudex cõpetens conuenti: alias si reus non potest conueniri coram eo puta, quia conueniebatur
3 de feudo quaternato, cuius cognitio non spectat ad iustitiarium regionis, sed ad Magnã Curiam Vicariæ, vt in constitutione Regni iustitiarij nomen, & normam, tunc Ecclesia non potest eligere iustitiarium regionis, & hoc expresse firmat *Andr. in d. constit. statuimus in vers. item quid si pupillus, & vidua*, & eadem ratione, si pupillus vidua Ecclesia, vel miserabilis persona vellet conuenire aliquem nobilẽ Curialem, qui non potest conueniri ex priuilegio, nisi corã Illustri Magno Senescalco, coram Iustitiario Prouinciæ, vel in Magna Curia Vicariæ, vel in Sacro Consilio non posset, quia illa electio fori quæ dantur mirabilibus personis intelligitur, & impetratur, si ille Iudex electus per miserabilem personam habent iurisdictionem in ipsum cõuentum, quia
4 nõ datur electio fori dictis miserabilibus personis eligere Iudicem incompetentem, vt firmat *Andr. in d. constit. statuimus in uers. generalia tamen verba, &c.* sic etiam, debet intelligi dictum, cum sit generale, vt Ecclesia data violentia, vel fraude possit forum eligere secularem, vel Ecclesiasticum, dũmodo ille Iudex electus, sit Iudex competens ipsius conuenti, & ita fuit pronunciatum per Sacrum Consilium tempore Regis Federici, de voto omnium Consiliariorum, in quo tunc præsidebat doctissimus Iurisconsultus D. Antonius de Alexãdro, qui me ob suas virtutes nimia charitate dilexit, & me coram nostris superioribus extollebat, qui multum ingenium meum erudiuit, & ab eo multa didici, cuius anima requiescat cum Sanctis Angelis, & præsentiam Dei videat. Et natu-
5 ralis ratio hoc suadet, quia propter fauorem impensum miserabilibus personis intribuendo eis priuilegium eligendi forum conueniendorum, vbi illi rei habent plures Iudices non est ipsis reis iniustitia facienda, vt not. *in cap. ex tenore de foro competent. & in cap. volentes de priuileg. lib. 6.* ibi quia certus Iudex datus est,

dicit

dicit etiam *Dominicus in d. c. volentes*, & idipſum quod iſtud quod dicitur, quod miſerabilis perſona habet ius eligendi Iudicem rei, vbi reus habet plures Iudices de Iure communi, vt eſt videre exemplũ in *auth. habita C. ne filius pro patre* ſi vero reus habet pluries Iudices de Iure communi,& alium ex priuilegio ſibi;& actori tributo, vt in miſerabilibus perſonis tunc ille qui elegit forũ, ſecundum ius commune præfertur eligenti forum, ſecundũ
6 priuilegiũ,quia fortior eſt cauſa vtentis Iure cõmuni, quam eius qui elegit forum, ſecundum priuilegiũ *C. de codicill. d. l. fin. & in authent. de conſanguin. & vte fra. §. final. & ſunt concor. in cap. ſuggeſtum de decimis*,& per alias rationes, vt per *Domin. in d. §.*& idipſum, & ceſſante priuilegio *dicta cõſtitut. ſtatuimus, & d. l. vnica C. quando Imper.* ſi reus habet pluries Iudices electio eſt rei, ſecundum *Bald. notanter in l. Clericis C. de Epiſc. & Cleric.* & idem *Bald. in l. cum longi C. de praſcript. longi temporis*, ſiue agatur actione perſonali, ſiue reali, de quo in *Specul. de compen Iud. ad §. 1. verſ 7. & habetur in l finali C. vbi rem acti & per Ioan. And. & Ant. de Butr. in c. ſi dilectus lo 11. de reſcript. & per Abb. Sicu. in c. ſi diligenti de foro compet.*

Additio Vrſilli ad eandem deciſionem.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, & perſona Eccleſiaſtica pro bonis tantum Eccleſiæ habet fori electionem, & quid in vniuerſitate.*

2 *Quæ dicatur perſona miſerabilis, vt habeat fori electionem, & an huic priuilegio poſſit renunciari, & ſi habet locum variatio ſemper etiam poſt iudicium cœptum.*

3 *Quando legatum factum viduæ dicatur pium, & in quibus caſibus aliquid dicatur remiſſum Iudicis arbitrio.*

4 *An perſona miſerabilis poſſit trahere aliquem, qui non eſſet cõpetens Iudex reſpectu rei conuenti, vt quando ſumus in cauſa feudi quaternati, cuius cognitio pertinet ad Magnam Curiam Vicariæ.*

5 *Quando eſt expreſsè derogatũ priuilegijs miſerabilium perſonarum per priuilegia conceſſa à Rege Baronibus, quod tunc ceſſat diſpoſitio d. l. 1. vt eſt in priuilegijs Ducis Sueſſæ, & aliorum.*

6 *Quando eſt quæſtio inter duos vaſallos, Dominus feudi nõ habet cognitionem de Iure conſtitutionum Regni, ſed Mag. Cur. niſi Baro iſtud haberet*

berit in priuilegijs cognoscendi de suis subfeudatarijs.

7 *Persona priuilegiata agentes Iure cesso an habeant priuilegium istud, & quando concurrunt quis præferatur.*

8 *In causa feudali an habeat istud priuilegium.*

1 DEcidit hic *Afflictus* Ecclesiasticam personam pro bonis Ecclesiæ habere fori electionē, & benè dicit, ꝙ pro bonis Ecclesiæ habeat istud priuilegium, nam nō pro propriis, prout affirmat *Felyn. in cap. Ecclesia Sancta Mariæ colum. 4. in verbo sic glos. 2. in versic. sic, sed nihilominus* vbi concludit, quod solum habet locum in casibus suis à Iure expressis, quod Clericus habeat priuilegium in bonis patrimonialibus, in alijs verò minimè vnum inter alia Clericus non habet in integrum restitutionem in prædictis sicut in rebus Ecclesiæ, sequitur *Roccbus de Curte in repetit. cap fin. nu. 507. de constitut. Curt. Sen. in consil. 22. magnificus colum. 11. vers. sed inferior ampliat. Capyc. in dec. 160.* quod istud priuilegiū non solum habeat persona Ecclesiastica, sed ipsa Ecclesia, vt ibi per eam hoc idē in vniuersitate, secundum *Gram in consil. 56. in ciuilibus,* quia est æquè priuilegiata, sicut minor, & mulier, vel senex, ad quod faciunt, quæ dicam in sequ. quæst. ideo quæro

2 quis dicatur persona miserabilis, iuxta constitutio Regni statuimus, quæ dat priuilegiū personis miserabilibus *Felyn. in cap significantibus nu. 6. de offic delegat* post *Bart. in d. l. 1. C quand. Imper. inter pup. & vid.* dicit hoc esse arbitrarium Iudicis *Guid. Pap. decisio. 566.* istud etiam, ex dictis omnium concludit *Sylua nuptial. in tit. quomodo in dubio sit iudicandum lib. 6. num. 3. fol. 243.* & quod vna Regina inspecta qualitate personæ possit dici miserabilis persona, & quod huic priuilegio non possit renūciari, imo quod admittatur variatio, & nonnulla alia adducit citando *Afflict.* hic voluit etiam ista *Tiraq. in tract. de nobilitate fol.* . & idem in *repetit l. si vnquam in verb. facultatem num. 1 circa fin.* qui citat *text. cap. ex parte de foro competent.* qui ait viduam Reginam Angliæ gaudere priuilegio miserabilium personarū, & propterea si est arbitrarium bene potest Iudex arbitrari, ex causa sibi visa Vniuersitatem habere istud priuilegium, cum ipsa Ciuitas, pupillus, viduas, & alias personas miserabiles cōprehendat, *l. veluti, & quod ibi per scribentes ff. de iustit. & iur. & habet per Tulium consuluit in specie Alex. in consil. 122.*

122.*viso puncto* 4.*col. in fine vol.* 4. omnium societatum cũ omnia ratione animoq; lustraueris nulla est gratior, nulla charior, quam ea quæ cum Republica est vnicuique nostrum chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium charitates patria vna complexa est, inquit *Cicero lib.* 1. *officiorum cap. de gradu humanæ societatis facit ex tex. l. minimè ff. de reliquis, & sumpt funer. circa singul.* 1. *&* 2. *tex. l. post liminij § filius quoque de capt. & postli. reuer.* decedens patriam parentibus præferri notat *Andr. in cap.* 1. *in* 1. *de form. fideli, idem in cap.* 1. *in princ q. sit prima caus. ben. amit.* & quod admittatur variatio etiam si primo vidua elegit Iudicem competentem corã quo cœpit agere, & mox accessit ad Magnæ Curiæ Vicariæ, & deinde iterum conualuit ad primum Iudicem ordinarium, quod possit facere determinauit Mag. Cur. Vic. in causa illorũ de Sessano, hodie qui est 17. Maij 1564. Actuarius Miglialdus, quę vera videatur, quamuis *Marant. in suo Spec. in* 4. *par. num.* 195. *fol.* 5. 6. *ex Alex cons.* 121 1. *vol.* dicat prædicta non procedere in viduis, & pupillis diuitibus, quia hi non habent prædictam fori electionẽ, & male quia relinquitur arbitrio Iudicis, vt supra

5 secundum *Sylua in l. supra allegat.* quæ etiam declarat ista procedere, etiã quod iste personæ miserabiles valeant petere hanc remissionem coram Iudice Ecclesiastico, & coram Pręside, alterius iurisdictionis, cum quo concordat etiam *Tiraquell.* quod ista remittantur arbitrio Iudicis, quæ sit persona miserabilis, iterum in *repetit. d. l. si vnquam in verb omnia, vel partem aliquam nu.* 30. *circa finem*, qui citat *Firmia-*
3 *num in tract. de gabellis* parte 7. *quæst.* 27. & quando dicantur legatum pium, hoc remisit arbitrio Iudicis, sed aduerte, quatenus *Silua* dicat posse variare coram Præside alterius iurisdictionis, nam cõtradicit *Afflict.* hic qui concludit hanc personam miserabilem nõ posse trahere aliquem
4 coram alio Iudice, qui non est competens rei, vt si essemus in causa feudi quaternati, cuius cognitio spectat ad Magnam Cur. Vic. nam tunc coram ipsa Mag. Cur. debet istum hęc persona priuilegiata conuenire, quem sequitur *Paris in tract. rei integr. fol.* 109. *in cap. quod incipit an citatus num.* 46. qui dicit, quod licet viduæ, & pauperes, & alij priuilegiati possunt forum declinare, & eligere Iudicem, non habet locum in causis feudalibus, quem videas, & secundum hæc *Sylua*, non

non bene dicit, prædicta bene verum est quod solent Barones habere in specie, prout de Iure requiritur derogationem istis priuilegijs miserabilium personarum, & tunc stante dicta derogatione in specie facta hæ miserabiles personæ non possunt forum declinare, prout concludit *Cyn. in d. l.* 1. sed latius *Felyn. in cap. nonnulli de rescript. col.* 25. *nu.* 19. verbo restat, & est de prędictis *decis Gram.* 20. *contra Capuanos*, quam derogationem in specie, & ego vidi in priuilegijs Ducis Suessæ, & aduocationem hanc obtineri, & insuper nota de eo quod fuit hic habitus sermo, quod coram Iudice Magnæ Curiæ arguitur causa feudi amplia procedere etiam si fuisset quæstio inter duos va-
6 sallos, prout concludit *Andreas in dict. constitut. Iustitiarij nomen, & normam in verbo de feudis, & in cap. Imperial. §. præterea si inter duos nu.* 81. *de probib feud. alien. per Feder. & Dominus Marinus in suo opere de subfeud. fol.* . . licet de Iure communi fuisset secus per dictum *§. præterea* & voluit *Castr. in consil.* 45. *factum tale num.* 1. vbi etiam, quid in feudo Ecclesiæ declarat *Ias. in cons.* 60. 1. *vol.* sed aduerte etiam, quia Barones hodie solent habere in priuilegijs, quod possint cognoscere de subfeudis, de quo per *Iacobinum in tract. feud. in vers. & dicti vasalli, pro dictis rebus feudalibus in princ. fol* 95. vbi etiam tractat, quando pares Curiæ sunt eligendi, habetur etiam per *Curtium in eodem tract. fol.* 44. & quod quan-
7 do istæ miserabiles personæ agunt Iure concesso gaudeant hoc priuilegio declarat hic *Auctor in dict. constit. statuimus*, quando autem concurrunt istæ personæ æquè priuilegiatæ, quid faciendam declaraui supra in *decis.* 6. *&* 221. secundum quæ etiam conuenit *Lucas de Penna in l. ne ad diuersa C. de silentialis in lib.* 12. per pulchram distinctionem, & quod ista electio fori procedat etiam existente Rege in loco, quod nihilominus possit vidua eligere Iudicem inferiorem etiam in facie ipsius Regis, declarat *Afflict. in d. constitut. statuimus post. Andr.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro Ecclesiasticis bonis aduersarij perborrescentiam allegans fori electionē habet, nō autem pro proprijs suis rebus nu.* 2.

3 *Clericus pro sua persona offensa fori electionem habet.*

4 *Remissio causæ per Regios Iudices, quot casibus non fiat.*

5 *Iniuria clerico illata Deum totamque Ecclesiam tangit,*

& am

& an ab offenso remitti possit num. 6.

7 *Clericus iniuriatus à laico, quando coram Ecclesiastico, & quando coram seculari agere debeat.*

8 *Iniuria clerico illata Ecclesia illata dicitur officioq; Iudici non implorato inquiritur, & num seq.*

10 *Clericorum priuilegia plurima.*

DECISIO XVIII.

Ex Viuio dec. 27.

ARGVMENTVM.

Clericus qui litigat de bonis Ecclesiæ fori electionem habet, secus vero quando de proprijs, sed in causa criminali Clericus habet semper electionem fori.

1 Clericus pro bonis Ecclesiasticis litiganti perhorrescentiamq; aduersarij alleganti competit dubio procul fori electionem *Afflict. decis.* 257. & ibi *Vrsill. in additt. & DD. omnes in cap. cum sit generale de foro conpet.* & tanto magis, cum nullatenus Clericus ipse contineatur in *l. vnica C. quand. Imper. inter pup. & vid. nec in constitut. Regni statuimus*, vt Magna Curia vbi recensentur, cum ibi notatis personæ miserabiles quibus electio fori competat, & est *text. in Regno in Rit.* 238. item Clericus generaliter loquens Clericum habere fori electionem agendo ciuiliter, vel criminaliter.

2 Sed vbicumque Clericus pro rebus suis proprijs ageret etiã data violentia rapina, & fraude tunc vtique non competeret modo aliquo ipsius fori electionem conuenire deberet reum in suo foro, *text. est in Rit. 229. item si Clerici, & ibi Carauit. Isern. & Affl. num. 16. in d. constit. statuimus de Nigris in c. Regni 42. quod decretum nu. 10.*

3 Et quemadmodum Clericus habet fori electionem vbicunque ageret pro rebus Ecclesiasticis, ita pariformiter haberet ipsius fori electionem, quotiescumq; per laicum fueret offensa eius persona, & sic ei illata periret iniuria, & percussio, prout sic assentitur cum suo necessario fastigio, & apparatu, in terminis *de Anna in alleg.* 146. *quia coram grauissimis nu. 1. cum alijs sequentibus lib.* 2. vbi opinionẽ hanc tanquam sacrosanctam amplificat etiam *Fab. de Anna in litt. C.* & ita extitit decisum in Regia Audientia Apuliæ de mense Ianuerij 1584. in causa Magnifici Prosperi Boccuti, & Pomphilij Ritij de terra Apricence, contra quos proposita

que-

querela per Reuerendissimum D. Donatum de Collecta Clericum, & Sacerdotem de percussionibus eidem illatis in eadem Regia Audientia, & petita remissione causæ ad ordinarium Iudicem secularem, fuit tunc prouisum causam remanendam in ipsamet Regia Audientia, me existente, tunc in ea Auditore, & præsentis causæ commissario, & ita itidē hodie 4. mensis Iulij 1590 fuit decisum in Sacra Regia Audientia Barensi, causam querele propositæ per D. Franciscum Ficcam Clericum, super percussionibus sibi illatis, & verbis contumeliosis contra eundem prolatis, per Horatium, & Vergilium Borgingerios de Mindertino remanendam in eadem sacra Audientia, & in ea terminandam, non obstante petita remissione ad Iudicem loci commissi delicti.

4 Nam remissio causæ per Iudices Regios non solet fieri, nec fit vllo quidem modo per eos in 60. casibus signatis, & diligentissimè discussis per *Io. Bessian. in consuet. Aluerniæ consuet. 3. art. 9 fol. paruo 21.*

5 Ac etiam ratio quæ me adducebat, ad ita decidēdū erat ista: nam iniuria illata Clerico Deum tangit *cap. nonnulli 3. quæst.* 1. tangit etiam totam Ecclesiam, & sic iniuria facta Clerico potest à quolibet de illo loco vindicari, ad quos principaliter pertinet, ita *Bal. & Paul. Castr. in l. 1. §. huius studij in fin. ff. de iustit. & iur.*

6 Et hinc est, quod si remittetur iniuria, hæc ab offenso non censeretur vtique remissa ea quæ est illata toti Ecclesiæ, *cap. si is qui 23. quæst. 4. & C. Salonitana 44 dist. Card. in clem. 2. in princ. de pœn & Doctores in cap. fin. de maled.*

7 Vnde Clericus iniuratus à laico debet agere coram Iudice Ecclesiastico, ad pœnam sacrilegij, verum ad pœnam interesse iniuriarum per modum actionis agere debet coram seculari, per modum vero exceptionis coram Ecclesiastico ita *Card. in clem.* 1. *§. ciuitas de pœnis.*

Quare concludo, quod Clericus iniuriatus haberet fori electionem, cum priuilegium

8 hoc principaliter concessum censeatur Ecclesiæ. Et inde est, quod iniuria illata Clerico videtur Ecclesiæ illata, potestque in iudicio deduci ab omnibus tanquam publicum crimen *l. si quis in hoc genus,* & ibi *Bart. C. de Episc. & Cler.*

9 imò itidem potest inquiri, & puniri isthæc iniuria, ex officio Iudicis non implorato, vt ibidem.

10 Alia vero quam plurima priuilegia Clericorum ponit, atque vtiliter discurrit, *Card.*

in clem.1.q.17.de vit.& honest. Cler. & quatuordecim ipsorum Clericorũ priuilegia refert cõmodè, quidẽ *Bertach seu potius Apost.ibi in verf.Clericus l. vltimo circ.finem in verf.Clericorum priuilegia sunt multa.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia habet fori electionem, quod amplia etiam vbi agit.*

DECISIO XIX.

Ex Capycio decif. 160.

ARGVMENTVM.

Ecclesia habet fori electionem.

1 IN causa N. cum Nicolao de Clara dubitatum est, an dictus Nicolaus conuentus à præfato N. nomine dictæ Ecclesiæ possit declinare forum Sacr.Consil. & petere se remitti ad Regiam Cameram, tanquam officialis Regiæ Dohanæ maioris Neapolis, fuit decretum non esse remittẽdum, eo quod Ecclesia habet fori electionem, etiam vbi agit per ea, quæ notat *Andr. in d. const. statuimus de offic. mag. iust.in 1.col.& addit.d.Maz. in decis.253.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici pro rebus Ecclesiæ habent electionem fori, non autem pro bonis proprijs.*

2 *Clericus, si in persona est offensus, habet electionem fori.*

3 *Clerici, & alia persona Ecclesiastica æquiperantur pupillis, & alijs miserabilibus personis.*

DECISIO XX.

Ex Præsid. de Franch. decis. 597.

ARGVMENTVM.

An Clerici pro eorum bonis, & offensis in eorũ personas factis habeant fori electionem.

1 SIne dubio Clerici pro rebus Ecclesiæ habent electionem fori, vt est dictum supra in *decis.* 234. Doctor. pro bonis verò proprijs non habẽt electionem prædictam, vt dicit *Ritus* 229. de quo in *d.decis.*& colligitur ex *cap. Regni de violentijs*, dum excipit bona viduarum, pupillarum, pauperũ, Ecclesiarum, non autem bona Clericorum, & ita in dies iudicamus, similiter quando persona Clerici est offensa iudicauimus, quod habet electionẽ fori per *Rit.*233.*incipiente*, *item Clericus*, ibi vel criminaliter aduersarios suos trahunt

cumque

cumque hic casus accidisset in Mag.Cur. & Mag.Cur.iudicasset quod causa Clerici remaneret in M.C.contra Illustriss. Ducem Hadriæ, idem Dux appellauit ad Sac. Consil. in quo pro parte dicti Ducis dicebatur quod Ritus dicit, Clericus pupillus, vel vidua, Clericorũ, vel viduarum priuilegio permittente, & sic loquitur per ablatiuum absolutum, & ideò est intelligendus, scilicet si cōpetit priuilegium, sed dicebatur Clerico de iure communi, etiam ratione bonorum Ecclesię non permitti pro iniuria in eum illata agere, seu eligere forum, nisi in certis casibus, de quibus per *Afflict.in decis.*257. *in princ. in const. Regni statuimus in 7.notab. vers. an autem Ecclesia fol.* 102. inter quos nō est iste casus ergo videbatur, quod agere non potuisset, & dicebatur non obstare ex alio Ritum prædictũ, quia ille Ritus declaratur per dictum aliũ *Ritum* 229. dum in eo dicitur quod pro bonis proprijs Clericus non habet electionem fori, succedit alius Ritus, quod Clericus agendo ciuiliter, & criminaliter habet electionem fori, sicut pupillus, & vidua, ergo ne dicatur ille alius Ritus contrarius est ritus hic intelligendus, quando agit criminaliter pro rebus Ecclesiæ, sicut quando ageret ciuiliter, si enim pro bonis proprijs electionem non habet, ergo nec etiam pro persona ipsius offensa. His non obstantibus videbatur decidendum contrariũ, ex Ritu prædicto, qui generaliter loquitur, & connumerat Clericum inter pupillos, & viduas, & Curiales Regios, com quos habere electionem fori, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, apud nos, non est dubium, & regula est, quod vna determinatio respiciens plura determinabilia, ea pariter determinat *l. iam hoc iure*, vbi *Iason colum. 3. in 6.notab. ff.de vulg. & pupill.* præterea dicebatur per capitula Regũ prædecessorum huius Regni æquiparari personas Ecclesiastica pupillis, & alijs miserabilibus personis, & præsertim in iudicijs criminalibus, vt apparet in *cap. quod incipit de iniurijs, sub rubr. de differentijs, vt in cap. pridem per diuersas, & in cap. si temporum, & Rex Robertus in cap. iniunxit nobis ponit sub protectione magistr. Iustit.* Ecclesias, Ecclesiasticas personas, viduas, & pupillos, & orfanos, & mandat quod si opprimantur, vel grauantur, ex officio inquirant, non obstante *Regni constitut.*

Et idem statuitur in *capit. Regni vt delatas*, si igitur personæ Ecclesiasticæ æquiparantur Ecclesijs, pupillis, & viduis

& orphanis, ergo eodem priuilegio gaudere debent, & dictum fuit ponderationem factam ad Ritum prædictum, non obstare, ex quo, vt dictum est, Ritus prædictus generaliter loquitur, & alius Ritus in bonis proprijs, & non Ecclesiæ distinxit: Ritus vero quando loquitur in criminalibus, in quibus tractatur de persona Clerici non distinxit, ergo nec nos distinguere debemus, *l. de pretio ff. de public.* & hæc diuersitas dicebatur, quod erat cum maxima ratione, quia persona Clerici est adeò connexa, & coniuncta Ecclesiæ, quod licet iniuria non sit facta Clerico in contemptum Ecclesiæ, quod nihilominus censetur offensa Ecclesia, vt dicit *Abb. in cap. contingit in glos. 1. de sent. excommunicat.* cum quo transit *Felyn.* ibi, & non est dubium Ecclesiam offensam habere fori electionem, vt est supra dictum postquam pupillis orfanis, & viduis æquiparatur, & dicebatur non obstare ponderationem factam Ritui, ibi priuilegio permittente dum declarabatur, idest si priuilegium permiserit, quia illa verba sunt intelligenda, scilicet quia priuilegium permittit, quod permittere est plenè declaratum per *cap. Regis Roberti*, quia nulla legis sanctio, vbi per hæc eadem verba loquitur, scilicet priuilegio permittente, & declarat priuilegia prædicta in ciuilibus, de quibus erat dubium competere pupillis, viduis, Ecclesijs, Ecclesiasticis personis, & alijs miserabilibus de criminalibus non loquitur, quia sine dubio videbatur, stante offensione quæ cẽsetur facta Ecclesiæ, dum Clericus offenditur, & ita fuit decisum sub die 11. Maij 1598. &c.

SVMMARIVM.

1 *Electione fori facta per viduam, & aliam personam priuilegiatam, Iudex coram quo litigabatur efficitur incompetens.*

2 *Iudex coram quo fit electio an possit præfigere terminũ eligenti ad comparendum coram Iudice, coram quo fit electio.*

DECISIO XXI.

Ex Præsid. de Franch. decis. 294.

ARGVMENTVM.

An facta electione fori sint ligatæ manus Iudicis, coram quo litigatur.

DVm esset accusatus in Regia Prouinciali Audientia Calabriæ, vnus de eadem Prouincia de homicidio, vidua, quæ in eadem accusauerat, variauit,

riauit, & elegit forum Magn. Cur. Vic. ex priuilegio eidem concesso, per *tex. in l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid. constit. Regni statuimus*, qua electione facta, & ea non obstante dicta Regia Prouincialis Audientia, sub prætextu, quod Magna Curia ei non inhibuisset, nec procederet, & quia vidua multo tempore steterat post electionem accedere Magnam Curiam, & procurare transmissionem actorũ processit ad receptionem testium inquisiti, Magna Cur. iudicauit has attestationes post dictam electionẽ, & variationem receptas fuisse nulliter receptas, à qua declaratione dũ inquisitus appellasset S.C. fuit

1 per nos idem decisum, quia eò ipso quod vidua, vel aliæ miserabiles personæ eligunt forum, alias Iudex coram quo litigabatur efficitur incompetens, nec habet se in aliquo intromittere, vt dicit *Andr. in constitut. Regni si quem nostrorum in verb. recepto termino*, & licet *gloss. fin. in constit. prædicta*, & super ea *Afflict.* dicãt

2 quod potest Iudex coram quo fit electio præfigere terminum eligenti, & varianti ad comparendum coram Iudice electo, dicit tamen ibi *Andr.* aliter seruari, & melius, & quia in præsenti causa, nec hoc erat factum per Regiam Audientiam, sed processerat in causa principali ad testiũ receptionem, idcirco fuit, vt supra iudicatum, licet vnus ex Dominis à principio dubitasset, vidi postea *Foller. in verbo audiantur excusatores fol. 83. nu. 90.* vbi plenè examinat quæstionem.

SVMMARIVM.

1 *Vidua potest declinare forum Principis.*

2 *Sententia lata per Iudicem ordinarium post declinatam causam est nulla.*

3 *Manus Iudicis ordinarij sũt ligata post declinatoriam.*

4 *Declinatio Iudicis æquiparatur recusationi.*

5 *Sententia lata pendente recusatione est nulla.*

6 *Acta facta pendente auocatione sunt nulla, amplia num. 7.*

8 *Virgo potest declinare forum Principis amplia numer. 9. & 10.*

11 *Iuramentum præstari debet per viduam declinantem forum Principis, quod perhorrescit potentiam aduersarij, & præstatur à tutore pro pupillo nu. 12. vel à procuratore generali ibid. limita in Regno num. 13.*

14 *Vidua non potest declinare forum Principis, vbi Curia ordinarij haberet priuile-*

 gium

gium in contrarium.

15 *Princeps potest derogare priuilegio de Iure communi concesso.*

DECISIO XXII.

Ex Mastrill. dec. 127.

ARGVMENTVM.

Manus Iudicis ordinarij sunt ligata post electionem fori, vnde sententia lata post declinatoriã fori est nulla.

1 Vidua potest declinare forum Principis, ad *text. in l. vnica C. quand. Imper. inter pup. & vid. & extat const. Regni Statuimus de off. mag. iust.*
2 in tantum quod sententia inde sequuta per Iudicem ordinarium redditur ipso Iure nulla, vt determinat *Andr. in constit. si quis nostrorum verb. recept. termino Vinc. de Franch. decis.* 294. subdens quod facta acta
3 per Iudicem declinatum fuerunt nulla declarata manus enim Iudicis ordinarij dicuntur ligatæ, & proinde quicquid agit nulliter agit, idem dixit *Cosm. Nepi. super consuet. Catina tit. 1. notab. 3. num. 26.* & ita obtinuisse testatur *Dom. Maur. Burg. de laudim. par. 3. insp. 4. num. 21.* & facit secundum *glos. & Bart. in d. l. vnica.*
4 quod declinare Iudicem ordinarium, idem est, ac eum recusare, & tamen communis est
5 conclusio, quod Iudex proposita recusatione dicitur ligatus, & sententia per eum lata est ipso Iure nulla *Lancellott. tit. de attent. recusat. pendente per totum Cauale. decis. 28. nu. 112. part. 2. Bursat cons. nu. 21. cum sequent. & bene Marchesi. in praxi tit. de auocat. causarũ part. 2. cap. 4 fol. 474.* vbi ponit declaratoriã inter auocationes causarum, & potest dici quod sit auocatio legalis facta per Principes vigore *d. l. eoque*
6 admisso inferebatur, quod acta facta ea pendente erant nulla *Lancell. de act. tit.* 10. *per totũ vbi nu.* 27. ampliat sufficere
7 quod Iudex de auocatione noticiam habeat, & fuit pluries
8 iudicatum in nostris tribunalibus, idque passim admisimus, etiam in virgine, secundum *Adr. in d constit statuimus de offic magn iustit.* vbi etiam *Afflict. quæst.* 8. dum ait quo de hoc amplius in Regno non dubitatur, & de communi testatur *Vincent. de Franch. decis.* 100. qui refert ita fuisse pluries iudicatum in Sacr. Consil. *Viu. decis. 65. nu. 5. Cum. super ritu* 38. *nu.* 460. *Muscatell. in sua praxi verb. & compet. nu.* 71. & procedit nulla habita
9 distinctione an habeat animũ perpetuo in virginitate permanẽdi, prout sunt sanctimoniales,

les, an verò nubendi, secundum *Tap. in d. constit. statuimus nu.* 10. vbi ampliat etiam, si esset
10 disponsata per verbo de futuro, vt dixit *Andr. in praallegato loco vers. item quid si vidua*, qui licet videatur in contrariam partē inclinare, quando esset desponsata per verba de præsenti, & si conclusionem non disputet, sed disputabilem dicat, quem ibi sequitur *Affl. nu.* 20. tamen expressè tenuit *Tap. vbi sup.* cum vel per obitum viri, vel ob alias causas possit matrimonium dissolui, sicuti per ingressum Religionis, vt ibi per eum qui multas congerit ampliationes, & limitationes est tamen aduertendum, quod ex dispositione *d.*
11 *constitut.* beneficium prædictū non competit, nisi iurauerit perhorrescere potentiā aduersarij, ibi corporali præstito Sacramento, & dixit *Thesaur. decis.* 177. *num.* 13. *post Caraust. super rit.* 219. & limitando tradit *Tapia nu.* 32. Subdens quod
12 tale iuramentum præstatur à tutore pro pupillo, vel per procuratorem generalem, cum libera, secundum *Afflict. ibi nu.* 37. & practicari in Sacro Consilio testatur *Franch.* 257. licet
13 in Regno nostro hoc non seruetur, sed indistinctè emanantur litteræ declinatoriæ fori à Magna Curia secundum prædicta fuit iudicatum in con-
14 sistorio declarādo sententiam nullam: licet quando Curia inferior haberet super hoc priuilegium particulare, prout in Regno quamplures habent, tunc declinatoria non admitteretur, vt tradit *Afflict. in d. constit. statuimus nu.* 15. *Rebuff. in const. Gall. tit. de sent. prouis. art.* 3. *glos. vlt. de Frāch.*
15 *decis.* 187. *&* 192. potest enim Princeps derogare priuilegio per ipsum, vel per legē communem concessum, vt late ostendit *Tapia in l. fin. ff de constit. princip. in* 2. *part. cap* 9. *& in d. constit. statuimus nu.* 30. & ita pluries fuit iudicatum, & ego iudicaui pro Curia Straticotiali Ciuitatis Messanæ.

SVMMARIVM.

1 *Pauper inter miserabiles personas connumeratur, earumque priuilegio gaudet.*
2 *Paupertatem, piam causam esse, eiusque priuilegiij gaudere.*
3 *Paupertas prodest fauorabilisque est, & an fori electione, vt pupillus, & vidua gaudeat.*
4 *Pauperi in mala causa nemo misericors esse debet.*
5 *Pauperis causa prius tractanda, quam diuitis, nu. 9.*
6 *Paupertas non est de genere malorum, nec contemnenda.*
7 *Paupertas vti in rebus tempora-*

poralibus innumerabilia priuilegia confert, sic in spiritualibus sept in bona & qua.
8 *Iudex pauperum causas tractando quid agere debeat.*
10 *Diuitiæ quibus exitiales sint.*
11 *Iudex pauperibus miserabilibusque personis gratis iustitiam ministret.*

DECISIO XVIII.

Ex Viuio decis. 222.

ARGVMENTVM.

Pauper inter miserabiles personas connumeratur, & gaudet fori electione.

1 PAuper connumeratur inter personas miserabiles, ita *Ioan. Andr. Abb. Felyn. & alij omnes in cap. significantibus de offic. deleg. Cauens. in rit.* 290 *sub num.* 8. *& Cornel. Benincas. in tract. de pauper. q.* 5. *num.* 11. vbi concedit etiam pauperem ipsum miserabilem personam fore, & *Ioan. de Neuizan. in Sylu. nupt. libr.* 6. *sub num.* 27 & hunc in locum confluunt etiam scripta per *Plautum in duobus captiuis, vbi ita inquit miser homo est, qui ipse sibi quod edit quærit, & id ægre inuenit sed ille miserior qui & ægre quærit, & nihil inuenit ille verò miserrimus, qui cum esse cupit, quod adat non habet,* gauderque etiam pauper priuilegio ipsorum miserabiliũ, secundum *glos. Bald. Ang. &c. omnes in l. siue autẽ §. si duobus ff. de publiciana Mars. sing.* 82. *volo tibi dare in* 5. *lim. & Cornel. Beninc. in d. tract. de paup. qu.* 5. *in fin.* vbi fertiliter quidem demõstrat, & probat cau-
2 sam paupertatis piam esse, & simul gaudere omnibus, & quibuscunq; priuilegijs, & immunitatibus quibus piæ causæ vtuntur, & cõsequenter pauper nõ solũ gaudet priuilegijs pro prijs, & sic paupertati à legibus concessis discussis, & recitatis, per *Cauens. in d. rit.* 290. *num.* 9 *per Afflict. in constit. mulieres in fin. & per Cornel. Benincas. in d. tract. de paupertate fere per totum*, sed gaudet etiã priuilegijs piæ causæ concessis, & elargitis quæ recensuit, & discussit, *Tiraquell. in tract. de pijs causis per totum.*
3 Et sic paupertas prodest *l. si quis ad declinandum § fin. autem C. de Episc. & Cler. & l. illicitas § fin ff. de off. Præsid.* immò fauorabilem fore paupertatem ipsam, latè demonstrat, & probat *Cornel. Benincas. in d. tract. de paupertate quæst.* 4. *per totam*, vnde hoc obseruaui quamplurimis quippe vicibus in practica, in Regia Audientia Apuleæ, in anno 1583. cum alijs sequentib. dum assidebantur in ea auditor, vbi admisi varios diuer-

fosq; pauperes ad fori electionem, tam in causis ciuilibus, quam etiam criminatibus, ad instar viduæ, & pupilli, & licet aliquando ab aliquibus Baronibus, & partibus fuerit appellatum in Magna Curia Vicariæ, & demum in Sacro Consilio prætendendo pauperes non habuisse fori electionē, tamen semper extitere remissæ causæ ad eandem Regiam Audientiam.

4 Est bene verū quod pauperi in mala causa nemo debet esse misericors *cap si res* 24. *q. vlt. & Deuter.* 23. nec personis ipsis miserabilibus tantum fauendum venit, vt alijs personis iniustitia fiat *cap. ex tenore de for. compet. & Ioan. de Neuizz. in Sylua nupt. libr.* 6. *num.* 28.

5 Immò pauperis causa primò tractāda est quam diuitis, ita *glos. cap. in primis* 2. *q.* 1.

6 Quoniam paupertas non est de genere malorum, ita *glos. in cap. vna in verb. mendicantes de relig. dom.* & paupertatem, & ignobilitatem ægritudinē, & mortem nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte superauit, quia necessaria ista in bonis habētur maximis quorum nobis alia ex natura, alia ex commoditate accidere videntur, secundum *Ambros. in exameron, & habetur in cap. illam.* 15. *quæst.* 1. & sic paupertas non est contemnenda, quia eam Christus dedicauit, *c. gloria Episcopi* 12. *quæst.* 2. & eo magis cum omnis philosophię magistra nobis est inopia, & non ita laudamus Ioseph cum frumentum distribuerat, sicut cum carcerē habitabat, vt discurrit *Augustin super Psalm.* 96. immò qui despicit pauperem exprobat factori eius, vt habetur *prouerb. cap.* 17. & in pauperibus magis est attendēda religio, quam paupertas *cap. vlt.* 16 *quæst.* 1. quoniam scire vti paupertate maxima fœlicitas est *text sen. libr de morib* nec nō hi sunt beati quorum diuitias nemo nouit, secundum *Lucium Apuleium de asin. aur lib.* 1.

7 Et quemadmodum paupertas conferunt in rebus temporalibus innumerabiles ferè immunitates, & priuilegia, ita in reb. spiritualibus confert etiā septem bona scilicet peccatorum recognitionem virtutum conseruationem cordis quietem desiderij impletionem spiritualium bonorum dulcedinem meritorum exaltationem, & cęlestem hæreditatem, ita *Sanctus Thom. super Isa.* 48. *Lect.*

8 Cæterum ad institutum redeundo aduerte tu Iudex quid agis dum tractas causas pauperum, nam eo tempore repetendum, discurrendumq; tota memo-

memoria est quam miserum, & calamitosum sit genus iudicantium, & similiter quod tūc Cœlum, vel Infernus emitur, & reminiscendum, demum est etiam quod venenum in auro bibitur, prout non stulte, & fabulariter verum prudenter, & vt expertus loquebatur *Ouid. in lib. amor. 4. eleg. dum ita cœpit fluctuare*.

Curia pauperibus clausa est dat census honores.
Inde grauis Iudex, inde seuerus Equis.

Sed hoc intellige apertius à viuo oraculo *Isid soliloq. lib. 2. cap. 52. & à lege ipsa in cap. pauper 11. quæst. 3.* dum ita exprimit, quod pauper dum non habet, quod offerat in iudicio non solum audiri cōtemnitur, sed è contra veritatem opprimitur, cito violatur auro iustitia nullamq; reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat, immò ait *Ecclesiast. cap. 9.* quod sapientia pauperis contempta est, & verba eius non sunt audita.

9 Et sic offerenda, atq; exhibenda est ipsis pauperibus cōsolatio in reddendo eis ius prius quam alijs remoto quolibet timore, vel amore, hi enim Iudices, qui dū hoc agūt laudant Deum, dum vero contrarium obseruant in iudicando in causis pauperum se ipsos accusant, & eis ex nunc annuntio æternam damnationē, & licet hoc malū iam dudum humanis influxit mentibus, vt pecunia honori sit, & animi hominum diuitiarum admiratione digni, vt nemo nisi diues honore dignus putetur, ita *Ambr. off. lib. 11. cap. 21.* tamen

10 aduertendum est, secundum *Isid. soliloq. lib. 2. cap. 52.* quod multi propter opes periclitati sunt, multi propter diuitias in discrimen venerunt, multis exitiales fuere diuitiæ, multis etiam mortē generauere opes & sic denique testatur *glos. in l. si debitori in versic. damnum est ff. de Iud.*

Omnia sunt hominum tenui pendentia filio.
Et subito casu quæ valuere ruunt.

11 Vnde tu Iudex pauperibus ipsis, & miserabilibus personis gratis iustitiam administra secundum consilium, & præceptū tibi traditum à *glos. in §. si tibi quoque in vers. gratis, in authent. de mand. Princip. & à Gayl. in obseruat. 43. de patrocinio aduocatorum, & procuratorum Cameræ sub nu. 15. & seq. lib. 1.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium l vnic. C. quand. Imperat. ampliatur etiam procedere in muliere maiore, vel minore, cœlibem vitam ducente.*

2 *Priuilegium d l vnic. procedit in causis mulierum, quarum maritus est eis inutilis, vel ad triremes condemnatus.*

3 *Priuilegium d. l. vnic. Ecclesijs sicut Reipublicæ competit.*

4 *Priuilegium d l. vnic. commune est senibus decrepitis, debilibus, diuturno morbo fatigatis & alijs personis miserabilibus Iudicis arbitrio declarandis.*

5 *Priuilegium d. l. ac restitutionem in integrum meretricibus competere, ex decisio. S.R.E.*

6 *Meretricum miseria, & calamitates.*

7 *Priuilegiũ d. l vnic. vt ñ cõpetat viduis, alijsq; similibus personis diuitibus, & nu. 8.*

9 *Alimenta esse priuilegiata, etiam quod diuiti relinquantur.*

10 *Dotium priuilegia sic in paupere, vt in diuite locum obtinent.*

11 *Experientia est rerum magistra.*

12 *Priuilegium dict. l. vnic. viduis, pupillis alijsque fortuna miserabilibus spectare.*

13 *Viduas (si deest secularis iustitia) de foro Ecclesiastico esse.*

14 *Legatum factum viduæ intelligitur ad pias. causas, & num. 15.*

16 *Pauper quis dicatur.*

17 *Priuilegia d l. vnic. potiantur miserabiles personæ in initio litis, ipsa contestata, & in progressu causæ.*

18 *Priuilegio d. l. vnic gaudere omnes litis consortes miserabiles personæ, & nu. 21.*

19 *Præscriptio centenaria currit contra priuatum, rem communem habentem, cum Eccles. Rom.*

20 *Clericum criminis consocios (in fori declinatoria) ad Iudicẽ Ecclesiasticum trahere, communem esse opinionem, ac in praxi seruatam.*

21 *Priuilegium ob numerum duodecim filiorum prodesse fratribus in commune bonorum stantibus.*

22 *Matrem viduam pro iniuria facta filio priuilegio fori gaudere.*

23 *Iniuria facta vni fratri, censetur facta alteri fratri.*

24 *Iniuria facta vni de domo, cũ omnibus facta censeatur omnes ad accusandum admittuntur.*

25 *Iniuriarũ actio inimicis competere, cum ex iniuria inimicitia oriatur.*

26 *Iniuria facta vxori, viro illata*

lata dicitur, & pro ea vir agit.

27 *Iniuria data patri filio data censetur, & filium ad patris defensionem posse insultãtem impune occidere.*

28 *Iniuria filij patris est eo viuẽte, eo mortuo matris quando filius tutore careret, vel si haberet, & esset negligens in proponendo querelam.*

29 *Amor maternus, maior est paterno.*

30 *Mater pro iniuria illata filio maiori (recusante querelam dare posse iniuriãtes) accusare, ac gaudere priuilegio fori.*

DECISIO XXIV.

Ex Viuio decis. 521.

ARGVMENTVM.

Priuilegium l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. in quibus personis locum obtineat, & num in pupillo, & vidua diuitibus.

1 OPinio *Azonis* extat adeò verissima, atque receptissima, vt de ea in præsentiarum nullatenus dubitari accidat, quod scilicet priuilegium *l. vnica C. quand. Imperat.* obtineat locum etiam in ea fœmina, quæ cœlibem vitam ducit, nec vsquam virum habuit, nec de nuptijs tractat; quamuis maior sit, immò itidem grauis ætate reperiatur, quicquid in hoc maximè dubius fuerit, *Accur. in l. malum verf. viduam ff. de verb. signif.* quam nempe *Azo sententiã in summ. C. quand. Imperat. inter pupill. & vid.* digestè quidem approbauere ibi *Cyn. Oldrad. Alber. & Fulgos.* & cõmmuniter alij *Doctores* omnes antiquiores, qui existimauere huiusmodi beneficium competere, huic mulieri veluti competit verè viduæ honestam agenti vitam, & sequuti sunt etiam eandem sententiam *Lup. in rep. ad cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. 2. notab. nu. 12. Isern. num. 10. Afflict. & alij in constitut. statuimus in tit. de off. mag. iustit. lib. 1. Rebuff. in commentar. ad l. Regias in 1. tom. tract. de sent. prouis. art. 3. glos. vlt. col. 2. Guid. Pap. decis. 566. Carauit. rit. 19. num. 21.* & illhæc opinio similiter cõmuniter recepta extat, vt post *Fulgos. in d. l. vnic.* exprimit *Couar. in lib. practicarum quæstionũ cap 7. post nu. 2. qui libere eo in loco in ver. cæterum*, intelligit opinionem istam communem, tunc locum obtinere, vbicumq; aliqua fœmina iam grauis ætate, honesta quidem, & æquè vitam cœlibem à iuuentute castissimè duxerit, & potissimum vbi ex hoc non immineret illi, qui in iudicio voca-

vocatur grauissimum præiudicium, vt respondeat actioni præpositæ, subditq; etiam secundū opinionē, hanc sæpè numero in Granatensi prætorio vidisse iudicatum, sacra verò Audientia Barensis superioribus temporibus in casibus tūc in ea occursis, sanctè porrò iudicauit opinionem istam procedere etiam in ea fœmina, quæ iuuenis sit, ac nullam admodum habendam fore ætatis rationem, quam opinionem atque decisionē fortificat *Imperator in d. l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* vbi si pupilli, vel viduæ, alijsq; fortunæ iniuria miserabiles iudicium nostrę serenitatis oraueriut, quæ profectò opinio adeò vera discernitur, vt contraria sententia concurrere debeat qualitas ætatis, nullo modo defendi possit, quia non tantum ratione, ex quo similes personæ, pupilli, vel viduæ extent concessum eis extitit priuilegiū *d. l. vnica ab Imperatore*, quam etiam quoniam reperiuntur iniuria fortunæ miserabiles, vt planum facit ibi textus idcirco cōsideratio illa ætatis inutilis quippe redditur, vt verius vtiq; appareat, vt fœminæ etiam non grauis ætatis, sed potius iuuenilis existentes, dummodo honæstè ęqlibisq; vitæ fuerint, & fint com petat priuilegium *d. l.*

2 Nam eademmet ratione hoc ibidem priuilegium concedi etiam fœminis, quę maritum habent, si is sit eis inutilis existimant scribentes veluti, quia maritus reperitur captus ab hostibus exul, vel damnatus ad triremes, vt in terminis sensit *Pely. in c. significantibus nu.* 8. *de off. deleg. Rebuff. in d. glos. vlt. col.* 2. *glos. & Bald. in l. final. C. ad leg. Flauiam de plag. Alexan. consl.* 104. *volum.* 1. *Couarruu. in d. cap.* 7. *versic. est in hoc eodem tractatu Carauit. rit.* 19. *de Franch. decis.* 100. *num.* 18. *cum alijs aggregatis in decisione nostra* 197. *maritum non habere num.* 1. *& sequentib. lib.* 1. vbi assignauimus rationes, & insimul ita non semel tantum, ita decisum extitisse in Regia Audientia Apuleæ, prout ita obseruatū quoque extitit toto tempore quo versamur in hac sacra Audientia Barensi, & obseruatur hodie.

3 Immò eadem quoq; ratione verius receptiusque discernitur, hoc idem priuilegium cōpetere etiam Ecclesiæ, quia qua ratione in ea Republica Ecclesia habebit priuilegium istud, quod vidua, & pupillus habent, quamuis hoc de Iure communi minimè probari possit, quoniam *d. l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid.* non loquitur, nec tractat de Eccle-

Ecclesia, quæ nec videtur intelligi miserabilis persona, licet quando Ecclesia fuerit re propria priuata, ac spoliata, possit spoliatorem etiam laicum, coram quo maluerit Iudice Ecclesiastico, vel seculari conuenire, ita *Ioan. Andr. & alij vnanimes omnes in cap. cũ sit generale de foro compet. Aleman consil.* 103. *in fin vol.* 5. qui itidem eo in loco testatum dereliquit hanc opinionem communiter receptã esse, & *Imol. etiã in c. si clericus de foro compet.* idcirco cũ hoc priuilegiũ competere Ecclesiæ exploratissimum sit, veluti existimauit *Isern. in d. constitut. statuimus* 3. *& Afflict. num.* 16. vbi testificatur etiam in Regno Neapolitano decisum hoc olim fuisse, atq; determinatũ à Rege Roberto filio Caroli II. cũ esset is sui patris Vicarius, & eandem opinionem amplexus quoque est *Couar. in pranotato cap.* 7. *post. num.* 5. vbi in medium similiter reseruauit eiusmodi priuilegiũ ex vsu forensi receptaque praxi competere cuilibet Ecclesiæ, quia res Ecclesiarum minoribus, & pupillis, quorum res sub tutorum arbitrio sunt, æquiparantur de Iure, vt notatur in *cap.* 1. *de in integr. restituen.*

4 Quo circa eisdem rationibus patet, non tantum receptiorem esse, sed etiam verissimam opinionem *Azonis et priuilegium d. l. vnica*, competat etiam fœminæ, quæ cœlibem vitam agit, nec vsquequã virum habuit, etiam quod non sit grauis ætatis, sed iuuenilis, quicquid senserit *Couarr.* sed sufficiat, quod æquiparetur pupillis, & viduis, ac similiter miserabilibus personis, vt senibus deceptis diuturno morbo fatigatis, debilibus, & alijs omnibus, de quibus mouetur natura ad miserandum, vt explicauit *Azo. ipse in summa eiusdem l. vnica C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* quem referunt, & sequuntur *Soccin. in cap. ex tenore volum.* 1. *de foro compet. & Odofred. in rubr. eiusdem tit. Innocent. in cap. significantibus de officio delegat. Afflict. decis.* 257. *in princ. & Vrsillus ibi addit. sub num.* 2. *& sequ. & Roland. à Valle consil.* 20. *in princip. vol.* 2. vt porrò istis, & alijs personis miserabilibus arbitrio tamen Iudicis declarandis competat priuilegium *d. l. vnica*, vt probat *Menoch in comment. de arbitr. Iudic. casu* 66. *in princ lib.* 2. *centur.* 1. *Calcan. consil.* 57. *nu.* 12. *Guid. Pap. decis.* 566. *Neuizan. lib.* 6 *Sylu. nuptial. num.* 34. *& sequent. & Vrsill. in addit. ad Afflict. decis.* 257. taliter quod expeditum in iure apertissimè quippè discernitur, in arbitrio Iudicis residere istã declarationem

tem faciendam, quæ nam dicantur personæ miserabiles.

5 Prout his nostris temporibus determinauit quoque Sacrum Consilium meretrices etiam fore miserabiles personas habereq; restitutionem in integrum gaudereq; posse priuilegio, *l. unica C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* vel miserabiles personas cognoscat, & ne exhibeantur, attestante *D. Vincentio de Franch. decis.* 233. couenta meretrice, & nihil mirum, nam quædam personæ dicuntur miserabiles habitu, & nô actu, vt viduæ, & pupilli, quedam vero aliæ personæ extant miserabiles, non tantum actu, sed etiam habitu, vt istæ infelicissimæ meretrices, quibus natura mouetur ad miserandum *cap. 1. de postul.* vbi dicitur quod miserabilis persona ea est, quę non potest causam promouere, puta propter defectum paupertatis, vel alterius impotentiæ, ita *Abb. in cap. significantibus de offic. delegat. in glos.* 1.

6 Immo non solum extat pauper ipsa meretrix, sed etiã reperitur in tam periculoso statu atque misero, vt nullus alius status miserior inueniri queat nam secundum *Augustinum de verbis Domini*, qui nequiter vult viuere, nonne tanto miserior esse conuincitur, quanto facilius mala eius voluntas impletur, immò secundum *Gregoriũ super Ezechielem* peccantes tunc consideremus amplius miseros, quando eos conspicimus in culpa sua sine flagello derelictos, taliter quod non immerito aiebat, *Augustin. de libero arbitrio*, ita scribens eo in loco considera quãtum potes quam magnum bonum ipsum esse quod & beati, & miseri volunt, nam si hoc bene consideraueris, videbis in tantum esse te miserũ, in quantum non appropinquas, quod summum est, & sic palpas quã iugum graue sit super meretrices à tẽpore earum ingressus in lupanari, vsque in diem sepulturæ, in matrem omnium, immò status earũdem mulierum tam miserrimus venit cõtinuò etiam deplorandus ab omnibus, cum *Innocent. de vilitate conditionis humanæ*, vbi sic afflictè omnes mortales cõmouet, quis ergo det oculis meis fontem lacrimarum, vt fleam miserabilẽ humanæ conditionis ingressum, culpabilem humanæ conuersionis progressum, damnabilem humanæ dissolutionis egressum, considerauerim, igitur cum lacrimis, de quo factus est homo, quid faciat homo, quid facturus sit homo: sanè formatus est homo de terra, conceptus in culpa, natus ad pœnam, agit praua, quæ non licent, turpia non decent

vana,

vana, quæ non expediunt.

7 Hac igitur opinione retenta per sacram Audientiam Barensem, quod ipsi Lauiniæ de David, quæ cœlibem vitam egit, nec vsquam virum habuit competat priuillegium *dict. l. vnica*, superest resoluere, num quid huiusmodi priuilegium competat viduæ, & alteri, ex similibus personis diuitias possidenti veluti particulariter eidem congruenter quippe diuiti, in qua quæstione non nihil equidem dubitaueris, non tantum antiqui, sed etiam hodiernis nostris temporibus recentiores scribẽtes, opinantes priuilegium, hoc eiusdemmet *l. vnica*, non competere modo aliquo viduæ, alteriq; personæ miserabili, quãdo diuitias possidet, quoniam ad hoc vt vidua vel pupillus similisque persona possit gaudere beneficio ipsius *l. vnica* requiritur, quod sit pauper, & non diues, vt sensit *Paul. Castrens. in rub. illius tituli prope finem*, iuxta notata formaliter ab *Innocent. in cap. significantibus de offic. delegat.* quam opinionem sequuti sunt *Specul. in tit. de instrumentorum editio §. nunc vero aliqua vers quod inter relicta*, vbi ait, quod pupilli, & viduæ, & miserabiles personæ habent nonnullas in iure prærogatiuas, quod verum extat in viduis, atque pupillis miseris, & pauperibus, non autem indiuitibus, & potentibus *d. cap. significantibus, & c. ex tenore de foro competenti, Alex. consil. 121. nu. 4. colum. 1. & cons. 126. col. 2. volum. 4 & in l. ff solut. matrim. Innoc. Panorm. Imol. Card. Zabarell. Barbat. Felyn & alij vniuersaliter omnes in d. cap. significantibus Ias. in l. Titia textores ff de leg. 1. Tiraquell. in l. si vnquam in vers facultatum colum. 2. C. de reuocan. donat. Rebuff. in comment. ad cõstit. Regni Franciæ tom. 1. tit. de sentent. prouis. glos. vlt. col. 2. Andr. de Isern. in constit. Regni statuimus, & Afflict. etiam eo in loco, in 3. not. Marant. in tract. iudiciorum in 4. par. fol. 204. num. 78.*

7 Vbi inquit, quod licet causa pauperum, & miserabilium personarum, prout sunt viduæ, & pupilli dicatur summaria, viderique debeat de plano, & sine strepitu, & solutione sportularum, vt est *tex. in §. sit tibi quoque in auth. de mandat. Iudic.* vbi *Bart & alij omnes*, nec non quod istæ personæ miserabiles trahere queãt suos aduersarios coram Imperatore, & facere causas suas ab eo decidi *d. l vnica* tamen quod illa procedat in vidua, & pupillo pauperibus, secus verò in diuitibus, quia tunc non dicerentur miserabiles personę, nec viduarum priuilegijs potirentur, &

hisce

hisce, atque similibus rationibus authoritatibus, quæ adductis istã opinionem, ꝙ scilicet priuilegiũ *d.l.vnic.* non cõpetat viduę diuiti, pupillo, alijsq; similibus diuitibus personis approbat *Rolan. à Valle cons.* 20. *post nu.* 12. *vol.* 2. vbi planum quoque fuit hanc sententiam communiter receptam fore, eiq; assentitur etiam *Paris. in addit. ad Bart. in d.l. vnic. in addit. incip. si contra pupillos*, sacra vero Audientia Barensis superioribus temporibus, non semel tantum in casibus, in ea occursis maturè quidem obseruauit contrariam sententiam, tanquam tutissimam, quæ fuit originaliter *Azo. in sum illius tituli in fin.* & probatur per *text.* etiam eo in loco, dũ dicit ibi Imperator, quod si pupilli, vel viduæ, alijsq; fortunæ iniuria miserabiles iudiciũ nostræ serenitatis orauerint, cogãtur aduersarij examini nostro sui copiam facere, ex his igitur verbis summopere aduertendum est, quod Imperator appellat viduas fortunæ iniuria miserabiles, quia vidua virum amisit pupillus vero patrẽ similiter amisit, siue patriã exiuit potestatem intra decimũ quartũ annum, & hæc extat re vera fortunæ iniuria, vtpotè, quia ex hoc contingit, quod nõ possent similes personæ in caussis sibi auxiliari, viduę inquam propter sexum, pupilli vero propter ætatẽ, nam magna quippe in miseratione huius generis personæ dignæ sunt, dum maritorum filiorumque destitutæ reperiuntur, quæ porro miseratio locum obtinet dato itidem ꝙ opprimi ab alijs minimè dubitarent, vt probat similiter *Imp. in d l. vnic.* ibi præsertim, cum alicuius potentiã perhorrescant, nam illa implicatiua præsertim ostendit idẽ esse in casu contrario, vt etiã si diuites sint, & nullius formident potentiam, nihilominus respectu viduitatis pupillarisque ætatis fori priuilegio faciliter fruuntur, pollicetur. n. Imperator illis in litibus opẽ ferre.

9 Et pro hac sententia plurimum nempè facit *text. in l cũ hi § nihil ff. de transact.* vbi alimenta sunt priuilegiata, etiam quod ea diuiti relinquãtur, ex quo illud tantum attenditur, quid sint alimenta ipsa, non autem cui ea relinquantur, dum alimenta dantur pro vite sustẽtatione, nec dicatur ꝙ diues potest fieri euadereq; pauper, quia hoc iura non præsumunt *l si defunctus C. de arbitr. tutel. & l. cura § difficientium ff. de muner. & bonor.*

10 Nec non dos etiam quamplurimis re ipsa potitur priuilegijs *l. 1. ff. sol. matr. & c. fin. de re iudic.* quæ nempè priuilegia habet dos ipsa, vel quod

 diuiti,

diuiti, vel quod pauperi detur, quia causa ipsius dotis inspicitur, nō autē persona cui datur.

11 Idcirco nō diuitiæ viduarū, aut pupillorū, sed potius conditio viduitatis, & pupillaris ætatis attendi debet, quia huiusmodi personę quibus hę cōditiones insunt solēt regulariter opprimi, vt patet ex experientia, quæ est rerū omnium magistra optima, & ꝓbat *text. in c. regum.* 23. *q.* 5. *§. pen. instit. de satis.* vbi *Angel. & in c. quam sit de elect. in* 6. & hinc rationabiliter canebat *Francisc. Petrarcha cantilena* 35 *stantia* 7.

Non fa ꝑ te di star fra gēte allegra.
Vedoua sconsolata in veste negra.

12 Ex hisce igitur rationibus, quibus etiam in terminis hanc opinionē defendit *Natta cons.* 590. *post nu.* 3. *cum alijs sequentibus vol.* 3. *& in add. ad Alex. cons.* 127. *in vlt addit. vol.* 1. patet liquidissimè esse firmiorē, atq; veriorem, quidquid in aduertenter quippe responderit, *Rol. d. Vall. cons.* 10 *post nu.* 12. *cum alijs sequ. vol.* 2. cuius rationes quibus ipse mouetur, adeò debiles reperiūtur, vt illę neutiquam attendendæ veniāt contra tam robustissimas prærmemoratas rationes, quibus hęc opinio à *Natta*, ac ab alijs munita extat, quam etiam non tantū stabiliorē, ac ab veriorē esse, sed etiam, vt pateat hodie sine difficultate aliqua receptiorē fore deuenitur ad Authores, qui eam comendauere, in primis *Azo in sum. illius tit. C. quand. Imp. inter pup. & vid. vel miserabiles personas cognoscat in fin.* vbi concedit, ꝙ pupilli, licet diuites habent priuilegiū illius legis, & eodē modo etiam reliqui, qui propter debilitatem corporis, vel mentis rebus suis superesse nō possunt, sicuti pupilli, & huic opinioni assentiuntur quoq; *Alberic. in* 1. *par statutorum q.* 112. *& in d. l. vnic. vers. sed nūquid si tales Bal. cons.* 449. *quaritur vtrum vidua vol* 5. *Affl. decis.* 257. & ibi *Vrsill. in addit. sub nu.* 3. *& seq. Abb. in c. ex parte de for. compet. Bulgar. in l.* 1. *nu.* 115. *ff solut. matr. Neuiz. in Sylua nupt. lib.* 6. *nu.* 34. *& seq. Io. Lup in repet. c. per vestras in* 2. *not. nu.* 12. *de donat. inter vir. & vxor.* qui omnes opinantur viduam, quantumuis diuitem, dici personam miserabilem, & in terminis approbauere *Couar. lib. practicar. quaest. c.* 6. *nu.* 2. *vers. obtinet Natta cons.* 590. *nu.* 3. *& seq. vol.* 3. *& in addit. ad Alex. cōs.* 121. *in vlt. add. vol.* 1. *D. Menoch. in cōment. de arb. Iud. casu.* 67. *post n.* 4. à qua nēpe opinione suadet discendendum, nullatenus fore *Affl. post And. de Iser. in const. statuimus nu.* 5. idcirco facile probatum esse opinor hanc opinionem, quod

quod scilicet beneficium *d. l. vnic.* cōpetat viduis, pupillis, alijsq; fortunæ iniuria miserabilibus personis, non tantū pauperibus, sed etiam diuitibus, & ita secundū eam vidimus etiā superioribus annis iudicatum Romæ, in facti contingentia, in vna Reatina D. Virginię viduę similiter Reatinæ, p signaturā iustitiæ coram Alexandro Cardinale Sfortia suo tēpore dictæ signaturæ præfecto, referente R.P.D. Hieronymo Melchiorio Episcopo Maceraten. & ita iudicauit quoq; Senatus Pedemōtanus, vt per *Ant Thes. dec. 177. n. 3.* & firmat etiā *D. Francisc. Milanens. dec. 5. n. 2. lib. 1.*

13 Hac igitur opinione tot tantisq; illuminata facibus in præsentiarum nō obstant rationes quibus *Roland.* mouebatur ad dissentiendum, & primo nihil refragatur illud, quod notauit *Innoc. in d. cap. significantibus* cui innixi fuere alij prænominati, quia *Innoc.* ipse per illum *text.* loquitur in Iudice ecclesiastico, ex quo viduæ non sunt principaliter de foro Ecclesiastico, nisi quando deest iustitia secularis, vt probatur in *c. ex tenore de foro compet.* vel nisi forsan sit pauper, vel spoliata, ac oppressa, istis etenim cessantibus vidua dicitur de foro seculari *cap. Regum 23. q.* & notat *glos. in d. c. significantibus*, & tradit *Natta in a. cons.* 390. *num. 9.* vbi porrigit, quod ita distingui debet: inter Iudicem Ecclesiasticū, & secularem, vt Ecclesiasticus competens videatur, vbicunq; vidua extat pauper, & ita isto casu vidua repetens dotes suas, si pauper quippè sit potest adire Iudicem Ecclesiasticū, non autem si sit diues, & ita subdit loqui *Alex. in l. 1. ff solut matr. & text. in c. ex parte de for. cōpet.* si autem reperiatur diues, & intendat causam suam agitari coram Tribunali Cęsareo, tunc profecto potest, quia viduitas, quo ad priuilegiū facit etiam miserabilem, cum in earum causis magis, magisq; versetur periculum, ne opprimātur, quam in causis cæterorū, & ob rationem hanc de iure diuino commendantur iudicibus aduenæ, pupilli, & viduæ dum ore Prophetarū exclamat Deus, & præsertim *Exod. c. 22.* viduæ, & pupillo non nocebis, si læseris eos vociferabuntur ad me, & *Ecclesiastici cap. 31.* nonne lacryme viduæ ad maxillam ascendunt, & exclamatio eius super deducentes eas à maxilla quoque ascendunt in Cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in eis.

14 Nec ad rem pertinet, q̄ protulit *Spec. in tit. de instrument. editio §. nun vero aliqua vers. q̄ inter relicta*, quia illud procedit quantū ad effectū, de quo

ibi videlicet ad hoc, vt legatũ factum ad earũ fauorem intelligatur factum ad pias causas, sed quantũ ad effectũ fori, omnis vidua dici pōt indistinctè miserabilis, ita *Abb. in c. cæterum §. ex quo ergo col. 6. de iudic. Bal. Nouell in tract. de dotibus 9. q. princ. 16 priuileg. & Natta in pręmemorato cōs. 590 post nu. 11.* vbi similiter annectit posse alterã quoq; afferri respōsionem, ꝙ *Spec.* in eo loco loquitur de iure Pontificio videlicet, quantũ ad forũ Ecclesię requiratur in viduis paupertas, ꝙ probari is existimat ex *text.* quẽ ipse speculator citat in *d. cap. significantibus, & in cap. ex tenore de foro compet.*

15 Postremo nihil similiter perturbãt aliæ auctoritates supra citatæ pro contraria parte, & potissimũ *consf. Rol. à Vall. 20. post nu. 12. & seq vol. 2.* vbi prodidit prędictã opinionem contrariam esse cōmuniter ab omnibus approbatã, quia respondetur, ꝙ nullum admodũ fundamentũ fieri debet in huiusmodi auctoritatibus, & rationibus, tanquã lubricis, & indigestis, prout hoc satis firmiter supra ostensum extitit, ac istã itidem opinionẽ fore sacrosanctissimam, vt affluẽtissimè demonstrauit *Natta in d. cons. 590. post. nu. 3.* cum sequente, & signatura iustitiæ, secundum eam religiosè iudicando in casu præcitato, & Senatus Pedemontanus etiam attestante *Ant. Thesaur. dec. 177. nu.*

16 Remanet igitur ex allegatis firma conclus. quod prædictæ Lauiniæ, quamuis diuiti cōpetat priuilegiũ *d. l. vnic.* ꝙ tanto magis concedendum venit, quia attenta etiam opinione *Rolan. & sequacium*, ꝙ viduæ diuiti non cōpetat priuilegiũ ipsius *l. vnica*, nihilominus tñ eidem Lauiniæ, etiã veluti pau per illud concedendũ est, cum non solum non dicatur pauper ille qui nō habet necessaria ad sustentationẽ vitæ, verũ etiam ille, cui deficiunt cōuenientia, qũo ad sui status conditionẽ; vt per *Bart. in l. si constante 2. qu 1. princip. ff solut matr. & Bald. in l. si quis ad declinandã col. 2. versf. circa tertiũ C. de Ep. & Cler. Tiraq. in l. si vnquam in versf. facultatẽ sub nu. 1. C. de reuoc. donat* vbi affirmat quoq; viduã Reginam Anglię gaudere similiter posse miserabilium personarũ priuilegio, & *Vrsill. etiã in addit. Affl. dec. 257. sub num. 2.* & in terminis tradit *Natta in d. consf. 590. post n. 14.* vbi etiã declarat post *Bal. imò Ang. Alex. & Aretin.* quos allegat, ꝙ egere dicitur qui non potest viuere secundũ dignitatẽ, & conditionẽ suæ personæ, & quod debet tunc considerari quantũ ex sui patrimonij fructibus colligi potest, non autẽ quan-

quantum pretij, ex venditione rerũ redigeretur, ad not. à *Bar. in l. qui bonis ff. de cession. bonor. Bald. in l. fin. §. ipsum autem, per illum text. C. de bonis qua liber.* cum itaque ipsa Lauinia talis notoriè discernatur, vt attenta porrò eius nobilitate cõditioneq; sui status non habeat bona cõuenientia, vtique sine scrupulo, aliquo etiam ipsi vti pauperi competit priuilegium *d. l. vnica*, etiã acceptata opinione *Rolandi, & sequaciũ*, tanquã intricata.

17 Nec reluctat q̃ pro parte eiusdem Lauiniæ, fuit in statũ huiusmodi priuilegiũ illi impartiri post litem cõtestatam corã Iudice ordinario, quia ad hoc respondetur, q̃ ipsę personæ miserabiles, non tantum in initiolitis sed etiam post litem cõtestatã, & ingressu causæ possunt aduersarios suos ad Tribunal Principis euocare, vt ẽt in his terminis sensit *Nacta in praalleg. cons. 590. post nu. 15. Carau. in ritu 219. & 128. Affl. in const. statuimus, & Domin. Thesaur. dec. 177. n. 6.* vbi commemorat ita ob istorũ scriben tiũ opinionẽ, tanquam cõmunionem, ac frequentiorem extitisse iudicatum in Senatu Pedemontano, prout ita etiam quotidiè obseruatur in Regno, & sic ob huiusmodi obseruantiam communemq; doctrinam coarctatur *l. vbi acceptum ff. de iud.* disponens quod iudicium vbi semel acceptum est ibi finẽ accipere debet veluti etiã eadẽ lex limitatur quoq; per *Felyn. vndecim alijs modis in c. ex tenore de rescript. col. 7. & seqq.*

18 Neque demum ad rem pertinet, quod ipsa Lauinia habeat præsentem causam communem cum alijs personis nõ miserabilibus, quia in hoc serena extat *Doctorũ decis.* quod huiusmodi priuilegio potiuntur etiam personæ non miserabiles existentes, quo ad eandem causam in communione, cum alijs personis miserabilibus, vt omnes tunc gaudeant eodem priuilegio propter cõmunionẽ, vel societatẽ, ob quã inhabiles gaudẽt beneficio habiliũ, *iux. l. si cõmunem ff quemadm. seruit. amitt. & l. si qui duos*, & ibi *Bar. ff de libe legat.*

19 Et hinc constanter quippe deliberat *Abb. in cap. ad audiẽtiam de præscription.* quod cõtra priuatum habentem rem communem cum Ecclesia Romana currit solummodo præscriptio centenaria.

20 Nam idem quoque videmus quod si plures reperiantur capti inquisitiq; à Iudice seculari, quorum vnus extat Clericus, & ipse petat, tunc se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, iuxta *cap. si Iudex de sentent. excommunicat. lib. 6.* quod hoc casu omnes laici remitti de-

bene ad Iudicem Ecclesiasticum, per *d.l.si communem*, ne cōtinentia causæ diuidatur, & ne sequatur absurdum, quod in eadem causa variæ ferantur sententiæ, & fortasse contrariè, ita *Soccin. in l cum Senatus in fin. ff. de reb. dubÿs*, vbi addidit etiam, ita se vidisse obtentum in practica, quod nempè dictū fuit originale *Anton. de Prato Vetere Doctoris Bononiensis in l.1. in fin. qua sentent. sine appellat rescind.* quem referūt sequunturq; *Socc. in cap. 2. colum. 15. vers 8. fallit. de mut. petit Thom. Ferrat. cautela 10. post Georg. Nat. in cap. quamuis de pact in 6. & Ias. in l. Imperium num. 3. ff. de iurisdict. omn. iudic.* & ibi etiam *Sapia num. 83 Cassaneus in consuetudinib. Burgund. rubr. 1. §. 15. num. 70.* vbi fatetur etiam se vidisse hanc *Anton. de Prato Veteri decisionem seruari in Ducatu Mediolani*, & sequuntur etiam *Felyn in cap. 1. col. 4. de præscript. Neuizan. in Sylua nuptiali lib. 6. nu. 38. vers. hinc infertur Bart. in l. præcipimus in fin. C. de appellat. Alciat. in l. 2. in princ. ff. de verb. obligat. Paris consil. 154. col. 1. volum. 4. Soccin. Iun. cons. 34. colum. 1. vol. 2. Natta in proprÿs terminis consil. 590. num. 19. vol. 3. Riminal. Iun. consil. 202. num. 12. & sequ. volum. 2.* quæ opinio extat communiter approbata, attestante *Foller. in pract. crim. in 1. part. secunda partis in versic audiant excusatores num. 79. & Boss. in titul. de foro compet. 147.* quicquid scripserint *Petr. Rebuff. in authent habita priuileg. 106 C. ne filius pro patre Capy. dec. 173. Caber dec. 103. nu. 10. Couar. pract. quæst c. 34. n. 1. vers. nos vero Igneus in l. 1. §. si quis in villa n. 27. ff ad Sillan. Ant. Gomes. c. 10. delictorū nu. 6. & Clarus lib. 5. sententiarū §. fin. qu. 36. col. penult.* qui eam falsam fore fragiliter irregulariterq; scripsere, nā vt instruximus est communis, & seruatur in practica, quam etiam verissimam, receptissimamq; esse tradit *Marsil. singul. 180.*

21 Vbi etiam subdit se vidisse consultū per Excellentissimos Dominos D. Ludouicum de Ludouicis Prothonotarium Bononiensem, & Dominum Archidiaconum Bononiensem, quod immunis ab oneribus, ob numerum duodecim filiorum hanc immunitatem impartiebatur fratribus socijs, in commune bonorum commorantibus, & simul habitantibus veluti, tradit etiam *Natta cons. 1. num. 10. vol. 1.* ob quas profecto rationes hanc opinionē quod scilicet priuilegium *d. l. vnica*, competat non tantum viduæ, sed alijs etiam non miserabilibus personis habentibus

bus causam communem, cum ipsa vidua, in proprijs terminis nostris amplectitur idem *Natta d.consil.590.post nu.16. & sequ.* eamque in hoc quoq; casu tenuerit similiter signator iustitiæ coram Alexandro Cardinale Sforzia præfecto, referente annis superioribus R.P.D. Hieronymo Melchiorio Episcopo Maceratense.

22 Et licet vidua habeat fori electionem in casibus recitatis atque super diffusè magistraliterque determinatis, tamen disquirendũ hodie necessario quoque venit, notatur vidua ipsa pro offesa iniuriauè facta eius filio viuenti eligere queat Iudicem proponereq; pariter querelam coram eo, pro tali causa,& sic gaudere, tunc *d. l. vnic. priuileg.* quia igitur in re animaduertendum est viduã ipsam indistinctè quidem gaudere posse huiusmodi fori priuilegio tam in vita filij iniuriati, quam post eius necem,& ratio ea est, nam iniuria facta vni de domo illata censetur omni dubio quidẽ procul toti familiæ, & cognationi, *l.2. & 3 ff.de liber.caus. & l.lex Cornelia ff.de iniur.* & ibi *glos.in l. vnica C. de raptu virg.* & ibi *Bald.col.2. Bart.in l.lex Cornelia ff. de iniur. Alex.cons.24. num.7.volum.2.Dec cons.163. colum.3.Crauet.consil.41.nu.3. Rimin.Iun. consil.101. nu.23. & seq.volum.1.* vbi hoc amplificat similiter procedere etiã si tractaretur de leui iniuria.

23 Et sic iniuria facta vni de fratribus alteri quoque fratri facta censetur *l.1. & 2. ff de liber.caus.*

24 Pro qua nempè iniuria vni de domo facta omnes de familia, & cognatione possunt criminaliter agere, vt per *Crau. cons.119. Blan in l fin. nu.173. ff de quæst. Grammat.decis.23. num.1.& seq.*

25 Et ratio est, nam isti de familia dicũtur inimici tanquã offensi,& inimici,porrò dicuntur qui possunt agere actionem iniuriarum contra aliquem,vt per *Felyn.in cap.cum P.Mancanella in princ. de accusat. & in cap.cum oporteat eod.tit.*

26 Immo iniuria illata vxori intelligitur quoq; illata viro, & ideò pro illa agit etiam vir. *§. patitur autẽ in tit. de iniur.*

27 Necnon iniuria facta patri dicatur illata filio taliter quod filius, ob defensionẽ patris potest impune insultantem partẽ vulnerare,ac occidere,vt consuluit *Petr. de Barbob.de Soncino cons.97.nu.27. & seq. inter consilia diuersorum criminalia collecta per Ioann.Bapt. Zilettum volum. 1. paruo*, vbi amplificat,hoc quoque procedere, non solum in filio legitimo, & naturali, sed etiam in filio naturali tãtũ,& ratio est,

nam iniuria patris est iniuria filij *l.* 1 *ff. de iniur.* taliter quod filius potest prosequi iniuriam patris, vt ibi.

28 In tantũ quod quemadmodum pater in eo veniente agit pro iniuria filij, in iudicio ita post eius mortem agit mater vbicunque filius ipse careret tutore, vel tutor foret negligens in proponendo querelam de iniuria facta filio minori, ita *glos. in vers. ad eam in fin. l. Senatus consult. C. de his qui accusare non possunt Bart. Ias. in l. alienam nu.* 2. *in* 2. *limitat. C. de procuratorib. & D. Vincent. de Franch. dec.* 182. *nu.* 4.

29 Et ratio quippe viuax potest allegari ista, nam amor matris erga filios, absq; scrupulo aliquo maior quidẽ extat amore patris, vt per *Cornel. cons.* 175. *num.* 12. *vol.* 2. *Ioan. de Lign. in tract. de amicitia §. & fungit per totum, & Dec. in cap. ex par. il* 2 *nu.* 27. *de appellat. & est text. in l.* 1. *C. vbi pupill. educ. deb.*

30 Et hoc idem dicendũ est in iniuria illata filio maiori recusanti proponere querelam pro tali re, vt mater vidua tũc valeat subintrare, atque accusare, & prosequi propriã querelam coram Iudice electo per eam, ex authoritate *glos. communiter recepta ab omnibus in d. l. Senatus consulto, & Ias. in d. l. alienam sub num.* 2. *limit.* 5. vbi concedit matrem viduam admitti posse in iudicio pro causa filij, quando proceditur ex æquitate, & sine apicibus iuris, vt proceditur in Regno, & ita iudicatum extitit in sacra Audientia Barensi die 2. Iunij 1597. in causa Cassandræ de Barulo viduæ illã remittendam in eadem sacra Audientia, ob querelam in ea per illam propositam de vulneribus illatis per Tonnum Comontẽ, Octauium Cognetta, Camillũ Pignatellũ, Horatiũ Comontẽ, & Carolum de Angelis, Tonno eius filio maiori recusantique pariter de huiusmodi insultu, & vulnerũ illatione accusare, referente D. Didaco de Pareza causæ Commissario, in discussione causarũ tractabilissimo, & in iudicãdi munere ordinatissimo, atque innocentissimo, & nihil mirum cum simus in casu speciali matris viduæ querelantis accusantisque, ac eligentis forum prosequentisq; iniuriam proprij filij, ob causam allegatam, prout huiusmodi specialitatis, & generalitatis aliarum mulierum, tanquam de cognatione, & familia, materiam non steriliter, quippe discurrit, atque resoluit in actu practico *Carauit. in ritu* 191. *sub nu.* 8. *& sequ.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Princeps si primo loco concessit priuilegiũ, seu exemptionem viduis, seu pupillis, si demum concessit aliud priuilegium alteri, quod derogaret præfato priori priuilegio scribens in eo, illud concedere priuilegio aliquo, non obstante, non ex hoc erit derogatũ priuilegio viduis concesso, nisi de eo specialis mentio fieret, etiam si dicatur, nõ obstãte priuilegio aliquo, de qua oportet specialem mentionem facere.*

2 *Priuilegium concessionis si habeat clausulam derogantem priuilegijs, non facientibus speciale mentionem de præcedenti concessione, sufficiet dicere non obstantibus priuilegijs quibuscunque, etiam si essent talia de quibus facienda esset mentio, de verbo ad verbum, licet aliter non specificetur.*

3 *Papa dum dicit in priuilegio, seu bulla, vt tenor obstantiũ habeatur pro expresso, & scripto de verbo ad verbum nulla obstantia efficit rescripto, quia contra plenitudinem potestatis Papæ nihil statui potest.*

4 *Priuilegium impetrans contra personam miserabilem, vt possit trahi extra Prouinciam, non sufficit in eo clausula, non obstante, nisi de qualitate personarũ fiat expressa mentio.*

5 *In priuilegio debet fieri expressa mentio de viduis, & pupillis ibi nu. 4. 5. & 6. alias eorum priuilegium non dicitur derogatum nu. 7.*

DECISIO XXV.

Ex Grammatic. decis. 20.

ARGVMENTVM.

Priuilegio miserabilium personarum non censetur derogatũ, nisi expressè dicatur.

PEndente querela viduæ, & pupillorum, in Magn. Cur. Vic. fuit pro parte Magnificæ Vniuersitatis Capuæ petita remissio ad Curiam Capitanei Regij Capuani virtute priuilegiorum eidem Vniuersitati, & hominibus concessorum per Serenissimos retro Principes Regni, per quæ prætenditur derogatum priuilegio viduarũ, & pupillorum, dum in eisdem adsit clausula non obstante lege in contrariũ faciente, nam 1 si Princeps primo loco concessit priuilegium, seu exemptionem viduis, aut pupillis, & demum concessit aliud priuilegium alteri, quod aduersaretur, seu derogaret præfato priori priuilegio, seu concessioni

ſioni dicendo in eo illud concedere priuilegio aliquo, non obſtante, non ex hoc erit derogatum priuilegio viduis conceſſo, niſi in eo ſpecialis mentio fieret de priuilegio ipſo viduarum. Quod procedit etiã, ſi diceretur non obſtante aliquo priuilegio, de quo etiam oporteret ſpeciale facere mentionem, adhuc dicunt quidam non ſufficere, ita dicit *Abb. in l. vnic. C. quand. Imperat. inter pupill. & vid.* verum tamen ſubdit, quod contrarium vidit ſeruari, & quod ibidem dicat contrarium obtinuiſſe mentitur, & ipſo *Alberico* patrocinante in facto fuit iudicatum pro ipſo *Alberico*, & contra opinionem *Cyn.* & quod tunc ſatis de mente Papæ, ſeu Principis apparere videtur, per notat. *in l. ſi quis in princip. ff. de legat. 3.* & idem *Alb.* tenet fuiſſe conſultum per *Federic. de Senis in ſuo conſ.* 47. habita ſuper caſu præfato collatione, & idem ſequitur *Ioan. de An. in ſuo conſ.* 56. hiſque in facto pro ponuntur, ſubdens hanc eſſe communem opinionem videlicet, quod quando in priuile-
2 gio exemptionis, ſeu alterius conceſſionis, ineſt clauſula derogans priuilegijs non facientibus ſpecialem mentionem de præcedenti conceſſione, ſufficiet dicere, non obſtantibus priuilegijs quibuſcunq; etiam ſi eſſent talia, de quibus facienda eſſet mentio de verbo ad verbum, licet aliter non ſpecificetur, idem tenet *Imm. in l. licitatio §. earum ff. de publ.* & ſequitur *Alex. in conſ. incipiens nec arguendi ſumus verſ. 8. fortificãtur*, & idem notat *Bald. poſt collecta in cap. cum dilecta in fi. extra de reſcript.* dum
3 dicunt, quod vbi Papa dicit, vt tenor obſtantiũ habeatur pro expreſſo, & ſcripto de verbo ad verbum, nulla obſtantia efficit reſcripto, quia contra libertatem plenitudinis poteſtatis Papæ nihil ſtatui poteſt, & licet fuerit per patronum cauſæ allegatum, idem tenuiſſe *Felyn. in cap. nonnulli extra de reſcript. ſalua pace, cum ibi Felyn.* formaliter teneat contrarium, dum dicit, quod ſunt nonnulli alij caſus, in quibus non ſufficit, quod reſcriptum dicant, non obſtante lege in contrarium faciente, ſed debet fieri mentio ſpecialis, & vnum ponit *Bald. in l. vnica*,
4 videlicet quando impetratur priuilegium contra perſonam miſerabilẽ, vt poſſit trahi extra Prouinciam, quia non ſufficeret clauſula, non obſtante. niſi de qualitate perſonarum expreſſa mentio fieret, allegat *cap. ſignificanti de offic. delegat.*
5 attamen quod non ſufficiant clauſulæ præfatæ, etiã debeat fieri ſpecifica, & expreſſa mentio

tio de viduis, & pupillis,& sic secundum opinionem *Cyn*.cõsuluit idem *Feder.de Sen.* consulendo contrarium eius,quod primo dixerat in suo *cons*.233. casus talis est Monasterium, &c. licet, subdat quod vario modo diuersis tẽporibus fuerit, super hoc Romæ iudicatũ, & idem secundum opinionem *Cyn tenuit Card. satis abundè consulendo in suo cons*.53.*Greg. Pap. Cald.in suo consil*.11.*sub rubr. sed tit. de priuileg. habet ordo Sancta Clara*, Idem *Cardin.in clem*. 1. 3.*opp. de sepult*. idem consuluit *Laurent. de Radul. in fauorem Cartusia Pisana*, prout refert, & sequitur *Paul. de Castro idem consulendo in cons*. 312. quoniam adiectione, & idem *Paul plenissimè in suo consil*. 32. passus iste dubitabilis videtur *Caroc. in cons*.137.*factum sic se habet Abb.in cap. cum instantia de consilit Ludouic. Ruin.in cons*. 323. *ista sunt rationes,& in cons*.436.*indultum Petri Socc. in suo tract.de visitat. vers.sed circa hoc quaro*, & ita post omnes quos congerit,refert,& sequitur *Felyn.in cap.accedentes de prab*. & ibi in speciem subdit, quod non sufficiunt verba
6 dit, quod non sufficiunt verba præfata, sed requiritur fieri specialis mentio, & quod ita multi teneant, quos si vidisset *Ioan.de An. in d.suo cons*. forte non dixisset illam esse opinionem communem,& idem plenius sequitur *Ioan. de Syl. in suo aureo tractatu de beneficijs in 3. part. quast*. 14. vbi insistit per plures columnas referendo *consil.Ias*. & idem firmauit *Decius in l. certum ff. si certum pet*. vbi licet videatur aliquantulũ subsistere, ex quo similis causa pendebat,tunc de facto coram eo, ob quod clare non decidit, attamen consulendo, idem tenuit,& firmauit in suo *cons*.163.*viso tenore priuilegij*, & vltimo loco idem reperio tenuisse *Neuiz. in suo consil*.12.*inter cons. Alb.Brun. patres cõmederunt vuas acerbas*,vbi subdit,quod omissa cõtrarietate *Fed*.in consulendo, & varietate *Doctorum* communior opinio est, quod non sufficiãt præfatæ clausulæ, nisi expressa mentio fiat maxime respectu pupillorum, & viduarum, & quod non sufficit etiã derogatum sufficienter,nisi de ipsis fiat specialis mentio, ex quibus fuit decisum per Mag. Cur.Vic.non esse locum remissioni petitæ, sed in causa ipsa esse procedendum in eadem Magna Curia.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio l. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. vt derogetur non sufficit generalis derogatio*.

2 Pri-

2 *Priuilegio l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. quamuis non sit in specie derogatum sufficit, quod sit dictum in priuilegio conceptionis iurisdictionis, non obstante quod sint miserabiles personæ.*

DECISIO XXVI.

Ex Præsid. de Franch. decis. 187.

ARGVMENTVM.

Priuilegio l vnic. C. quand. Imp. inter pup. & vid. quando censeatur derogatum.

1 QVamuis vt derogetur dispositioni *l. vnic. C. quād. Imper. inter pupill. & vid.* non sufficiat generalis derogatio, secundum *Cynum, & alios*, ibi, sed sit necessaria specialis, nihilominus si sit in priuilegio dictum non obstante quod sint
2 miserabiles personæ, quamuis non sit in specie derogatum legi prædictæ, nec de ea facta mentio iudicauimus in causa vtilis Domini Terræ Spinazzolæ, quod hæc derogatio prædicto modo facta sufficiat, ex verbis *Paul. de Castr. in d. l. vnic.* qui dicit idem esse, vel quod in priuilegio apponatur clausula, non obstante *l. 1.* vel quod dicatur, non obstante quod sint miserabiles personæ. Idem videtur velle *Afflict. in const. statuimus in 7. notab.* & licet diceretur priuilegium dicti vtilis Domini fuisse concessum per Illustrissimū D. Proregem, de cuius potestate dubitatur circa derogationem priuilegij concessi miserabilibus personis, nihilominus quia pluries per Serenissimos nostros Reges in gratijs cōcessis Neapolitanis fuerunt confirmata omnia gesta per Proreges, & signanter alienationes, & præstationes assensuum, & hoc priuilegium erat ante istas confirmationes, & ex causa onerosa de prædictis non fuit habita ratio. Fuit hoc ad relationem Magnæ Curiæ die 2. Octobris 1578. referente D. Marthos Iudice ipsius M.C. de hac *decis. & seq. & dum decis.* 192. meminit *Alex. Rau. in tract. de analogis. lib. 1. cap. 33. num. 83. fol. 312.*

SVMMARIVM.

1 *Feudum reuersum ad Regem ob culpā vasalli reddit absq; onere, in tantum quod derogatio facta alicui priuilegio in corpore iuris clauso extincta dicitur, adeò at si denuo concedatur feudum per Regem, nisi expressè iterum derogetur, non intelligitur facta derogatio.*

2 *Priuilegio l. vnica. C. quand. Imper. inter pupill. & vid. nō intelligitur derogatū per concessionē iurisdictionis primarum,*

marum, & secundarum causarum, in omnes, & quoscunque ciues, & habitantes in Castro, etiam alibi delinquentes.

3 *Priuilegio d.l.vnica non tollitur per generalem concessionem iurisdictionis, cum clausula, non obstante quod de priuilegio deberet fieri expressa mentio, & de communi nu.4. & quid accedente clausula motus proprij.*

6 *Priuilegium concessum miserationis gratia, nunquam tollitur per secundum priuilegium generale, nisi expresse derogetur.*

7 *Priuilegio d.l.vnica, personæ quibus illud est concessum non possunt etiam expresse renunciare.*

8 *Clausula motus proprij non supplet defectum intẽtionis, licet tollat defectum surreptionis.*

9 *Clausula prout melius, & plenius prædecessores tui tenuerunt, & possederunt operatur derogationem priuilegij d.l.vnica, si in concessione prædecessorum facta, illi fuerit expresse derogatum, & an & quando procedat nu. 11.15.16.17. & 19.*

10 *Iurisdictio causarum ciuiliũ, & criminalium, primarum, & secundarum causarum non venit in concessione Castri, nisi expresse fuerit concessa.*

12 *Concedere qui noluit id, quod est minus, credendum non est, quod noluit concedere id, quod est maius.*

13 *Priuilegium nõ dicitur, dum in eo aliquid detrahitur, vel additur.*

14 *Clausula exceptis iurisdictionibus nobis, & nostra Curia reseruatis ratione supremi dominij, an concessione iurisdictionis apposita, operatur quod priuilegium d.l.vnica sit expresse reseruatum Principi.*

16 *Derogatio per relationem ad aliud priuilegium dicitur ficta derogatio, quæ in dubio si est vera, vel ficta, iudicandum erit pro miserabilibus personis, quibus priuilegium l.vnica subuenit.*

18 *Clausula ex certa scientia refertur ad ius, non ad factum.*

DECISIO XXVII.

Ex Præsid. de Franch. decis. 192.

ARGVMENTVM.

In eodem articulo concernentia.

1 EO ipso quod Ferdinandus Sanseuerinus olim Princeps Salerni, & vtilis Dominus Terræ S.Seuerini, defecit à fidelitate Regia Terra prædi-

cta deuenit ad Regem liberè, & absque aliquo onere, quia res sua nemini seruit, pulchrè *Andr. in §. huius autem generis col. pen. vers. vel duas ex quib. caus. feud. amitt.* ideoque derogatio facta priuilegio *l. vnica C. quando Imper. inter pupill. & vid.* in priuilegio concessionis factæ dicto Ferdinando estincta est, & quæsitũ ius personis in *d. l.* comprehensis, ita vt si existente Terra prædicta pœnes Regem conuenirentur in foro Terræ prædictæ, non possent vti priuilegio *d. l.* etiã si postea alteri concederetur sine derogatione *l. prædicta*, hinc dicebatur quod, & si dicta
2 Terra concessa sit Illustris. D. Ferdinando Gonzaga, cum cognitione primarum, & secundarum causarum, an omnes, & quoscunque ciues, & habitatores Terræ prædictæ, etiam alibi delinquentes, non intelligetur, ex hac noua concessione, quamuis generali derogatum dispositioni *d. l.* quæ miserationis gratia, hoc priuilegiũ dedit personis in *d. l.* comprehensis, ita *Cyn. in d. l. 1. & Cyn. sequitur ibi Bal. 1 col. vers. adde quod Princeps, Paul. de Castr. Ang. & Fulg. Antibolus tract. de mun. et bono. in 3. par. princ. 1. col. vers. sed pone quaestionem. Rom. consil. 269. non est dubiũ 1. col. versic. quod autem specialis,* idem tenet *Bellug. in Specul. Princip. in rubr. 38. §. conqueruntur num. 2. versic & quia*, nouissimè *Afflict. in constitut. Regni statuimus in 7. notab.* & hæc opinio est sine scrupulo, & procedit etiam,
3 quod in secundo priuilegio dicatur, non obstante quod de priuilegio deberet fieri expressa mentio, vt dicunt ibi *Cyn. Fulgos. Bellug. Vitalis in tract. clausularum in vers. clausula generalis, non obstantibus quibuscunque priuilegÿs Afflict. vbi supra, & Gramm. decis. 20.* vbi etiam allegantur *Fely. & alÿ qui in proprÿs terminis d. l. vnica loquuntur, in quibus terminis loquitur Dec. consil. 165.* & ante eum optimè *Alex. consil. 122. viso puncto, & accurate pensato col. 4. vers. confirmo etiam 4. vol.* de quo meminit *Rebuff. in tract. de sentent. prouisional. artic. 3. in glos. vlt. in 15 priuileg.* & pulchrè *Ruy. consil. 226. præmissa 3 col. vers. præterea dictus Nicolaus, & col. seq. volum. 1.* Vnde dicebatur pro parte Regij Fisci, omnino hanc causam debere tractari in Magna Curia. Dicebat Aduocatus Don Ferdinandi, quod ipse primas duas conclusiones habebat pro veris, sed quod vltima cõclusio habebat difficultatem, quia *Alber. in d. l. 1. in specie tenet cõtra Cyn.*
4 quando adest concessio cum clausula derogatoria, etiam quod

quod de priuilegio deberet fieri expressa mentio, & quod *Alber in d. l. sequuntur*, alij quos recenset *Felyn. in d. cap. accedẽtes. Aym præ cæteris in cons. 119. 1. vol. per totum Andr. Tiraq. post ll. connub. in glos. 5. in 12. genere expresiè*, & quia non poterat negare primam esse veriorem opinionem, & communem, vt dicit *Felyn. in d. cap. accedentes*, imò communionem vt dicit *Neuizan. inter consilia Bruni cons. 12. in 3. ratione in versic. non obstat clausula, quod tenor &c* & post illos *Grammat. in d. decis. 20. & nouissimè nostri Campani in cap. Regno quod decretam 1. col.* dicebatur hanc opinionem non procedere, vbi in priuilegio cõcessionis cũ derogatione prædicto modo facta apparet facta cõcessio motu pro-
5 prio, ita prędictam opinionem cõmunẽ limitat *Rom. in consil. 327. istæ sunt rationes 3. col. vers. 2. respondeo*, quem refert, & sequitur *Felyn. in d cap. accedentes, & in cap. nonnulli in 2. limitat. extra de rescript.* sed ad hoc dicebatur *Roman. in d. consil. loqui per vers. fortè*, & sic non se firmat in hoc, & in responsione præcedenti ponit conclusionem *Cyn.* pro vera, & in ea persistit, & *Felyn.* simpliciter transit eum *Rom.* non facta discussione de veritate limitationis. Item dicebatur limitationem prędictam posse procedere, & sic videri; loqui *Rom.* quando sunt duo priuilegia concessa, inter quæ duo non adest, aliquod priui-
6 legium concessum personis miserabilibus causa miserationis, & hoc maximè refert, quia priuilegium concessum causa miserationis nunquam tollitur per generales derogationes, nisi expresè derogetur primo, secundum *Cyn. & Raman. in d. cons. 169.* & præ cæteris *Alex. in d. cons. 122. vers. confirmo etiã*, & ideo nõ tollitur per secundũ generale, quia est concessum in vim singularis priuilegij, cui nunquam derogatur per generalem dispositionem *glos. in l. si grauis C. de dignitatib. libr. 11.* quam in propria materia ad hoc allegat *Ballug. in prædicta rubr. 38 vers sed videtur obstare fol. 172. qui eam in rubr. 23. f. 121.*
7 dici hæc esse reseruata Principi in vim supremæ dignitatis, & hoc priuilegium est adeò potens quod personæ quibus est cõcessum in *d. l. 1.* non possunt, nec expresè huic priuilegio renunciare, secundum *glos. ibi in vers. excedere*, quam omnes sequuntur, & maximè *Syluæ nuptial. in vers. in dubio*, quomodo iudicandum, & est ratio, quia modico dato, renunciarent, & renunciatio prædicta tolleret misericordiam, quod

esset

esset contra bonos mores, ita dicit *Felyn. in cap. si diligenti 3. correllar. 4. fallent. de foro compet* de quo meminit eumq; sequitur *Rebuff. in tract. de sentent. prouisional. artic. 3. in glos. vltim. in fin. vers. postremo singulariter fol. 299.* vnde postquam tanta difficultas est in tollendo hanc dispositionẽ re-
8 quiritur, ex prædictis specialis mentio, & clausula motus proprij non operabitur, nec supplebit defectũ intentionis, licèt tollat defectum surreptionis, vt dicit *Andr. in c. si motu proprio de prabend. in nouell.* quem refert, & sequitur *Vital. in tract. clausularum in vers. clausula motu proprio*, ad idẽ *Felyn. in cap. cæterum num. 9. de rescript. Tellius Ferdin. in l. 12. Tauri n. 41 f 115. à ter.* & quod in casu, de quo agitur deficiat intentio vltra prædicta apparebit, ex alijs infra dicendis, & sic apparet limitationẽ datam communi opinioni, ex mente *Roman. & Pelyn.* non obstare dicebatur tamen pro parte dicti Illustriss. D. Ferdinandi, ex alio tollit prædictam difficultatem, ex concessione
9 facta D. Ferdinando erat facta cum clausula, prout melius, & plenius terram prædictam tenebat, & possidebat D. Ferdinandus Sanseuerinus vtilis Dominus Terræ prędictę, qui eam possidebat, cum derogatione *d. l. vnic.* & regula est relatum esse in referente, cum omnibus suis qualitatibus *l. asse toto cum vulgari ff. de hared. inst.* quibus conterunt plenè cogesta per *Tiraquell in glos. 5. vers. 11. genus expressè fol. 174.* pro parte
10 Regij Fisci dicebatur clausulam prædictã fuisse appositam in concessione introytuum præheminentiarum, & iurisdictionum, deinde verò fuisse deuentum in specie ad concessionẽ iurisdictionis causarum ciuilium, & criminalium, primarum, & secundarum causarum, quæ aliter non veniebant nisi fuissent expresse concessa, iuxta *constitut. Regni ea quæ*
11 *ad decus*, & in concessione prædicta non modo non apposuisse clausulam prædictam, imò apparere priuilegium concessionis prædictæ esse valde difformè à priuilegio retrodimorum, & restrictum. In priuilegio Principum erat concessa iurisdictio primarum causarũ, necnon primarum, & secundarum appellationũ, & Regi non erat reseruata, nisi tertia appellatio. In hoc non est concessio, nisi primarum causarum, & primæ appellationis, item ibi non reseruãtur, nisi crimen læsæ Maiestatis in primo capite, & tertiæ appellationes, in hoc reseruantur crimen læsæ Maiestatis hæresis, & falsæ monetæ, homicidia clandestina, &

na, & omnia spectantia ratione supremi dominij, item ibi datur cognitio contra vasallos etiam delinquentes extra territorium simpliciter in hoc autem dicitur dummodo non fuerit prauentum per Iustitiarium Regionis, vbi delinquerent. Item in priuilegio prædicto fuit dictum quod citati per alia tribunalia non teneantur comparere, nec reputari contumaces,& in hoc priuilegio adest in specie clausulam quod ipsis comparentibus remittantur, & reuera hoc secundũ in prædictis,& alijs differt à primò, vnde non potest dici concessio facta, prout per prius olim Princeps possidebat,sed diuerso modo,& si Rex in priuilegio, in casu præuentionis per Iustitiarium noluit dare hoc priuilegium D. Ferdinando,nec promittere remissionem nisi ipsis comparentibus,quæ, & aliqua ex prædictis minus sunt quã derogare *d.l.*1.
12 non est credendum, quod cui noluit concedere,quod est minus concesserit,quod est maius *arg. text. in l. cui pacto ff. de seru. exp.* vbi *glos. allegat concord. & Andr. in cap.*1.*§.turpiter in princip. quibus modis feud. ammitt.* vbicunque enim
13 aliquid detrahitur, vel additur priuilegio, dicetur nouum priuilegium *l.Ius.ciuile ff de ll. in additis, vel detractis*, vt dictum est in *decisio.*7. *num.*3. vnde cum respectu iurisdictio nis appareat maxima detractio,hoc priuilegium nouum iudicandum est. Item dicebatur, quod si verum est id, quod dicit *Bellug. in d.§.*23 cui non inuenio extradictorem, quod
14 hæc sunt reseruata Principibus in hoc secundo priuilegio adsunt hæc verba exceptis iurisdictionibus nobis, & nostræ Curiæ reseruatis ratione supremi dominij, ergo expressè est reseruata dispositio *dict. l. vnica*,& si de hoc dubitaretur, postquam est vera opinio su-
15 pra relata, quod huic legi requiritur specialis, seu singularis derogatio, aut hæc derogatio per relationem ad aliud dicetur ficta, & impropria expressio *l.Titia §.fin.* vbi *Francisc. Aret. de verb. obligation.* colligit *cæteros Tiraquell. vbi supra num.* 188. & non com-
16 prehendee hunc casum, aut dubitatur si est vera, vel ficta, & in casu de quo agitur est iudicandum in fauorem harum miserabiliũ personarum, quibus est hoc priuilegium datum ex ijs quæ colligit *Silua nuptialis in proprijs terminis vbi supra in dubio etiam est iudicandum pro viduis*, & nouissimè dicebatur, quod si miserationis causa est quod ideò in generali derogatione non intelligitur derogatum disposi-

 tioni

17 tioni *dicta l. vnica*, hoc etiam procedit, quando fit relatio ad aliud priuilegium, non facta hac expressione, postquam non apparet Regiam Maiestatem, non habuisse notitiam, quod in dicto priuilegio, ad quod fit relatio aderat clausu-
18 la prædicta, etiam si in priuilegio dicatur, ex certa scientia, quia hæc clausula refertur ad ius, non ad factum, vt per *Alexan. consil.* 122. *colum. final. versic.* 3. *hoc confirmo* 1. *volum.* & quatenus diceretur per Don Cæsarem, quod licet priuilegium nouissimè concessum sit restrictum debet tamen restrictum remanere, in quo Rex restrinxit, in cæteris vero debet remanere in suo robore, iuxta concessionē fa-
19 ctā olim Principis Salerni, dictum fuit quod ex prædictis in tentio Regis clarè apparebat, quod noluit concedere iurisdictionē, prout Princeps tenebat, quia in concessione iurisdictionis habemus, quid est cōcessum, & quando dispositio fuisset generalis, prout non fuit, in hoc casu esset restricta, ex speciali enumeratione concessorum, in materiam iurisdictionis, in priuilegio prædicto, & sic decisum fuit de mense Nouembis 1578. pœnes Secretarium, *D. Petri Foller. in pract. crimin. in versic. audiantur excusatores post num.* 114. *vers. plures in Regia Audientia fol.* 92. loquens in hoc eodem priuilegio dicit contra D. Cæsarem fuisse decisum, & cum hanc decisionem ea plenè relata conuenit decisio Senatus Pedemōtani, vt refert *Thesaurus in decis.* 77. *penult. col. vers. limitatur praterea fol.* 151 *in magna impressione.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid. nunquam censetur derogatum, nisi expressa de eo fiat mentio.*
2 *Priuilegium d. l. vnic. est reseruatum Principi, & non censetur in alium translatum, nisi expressè dicatur.*
3 *Priuilegio l. vnic. non censetur derogatum, nisi per specialem derogationem & non sufficit per relationem ad aliud priuilegium, in quo adesset expressè non obstante l. vnic.*
4 *Foro non gaudet, nisi quis fuerit matriculatus in officio, & quod probetur per ipsum qui vult gaudere exercitium, & continuatio officij.*
5 *Continētia causa facit, vt causa remaneret in M. R. C. ab eius prabeminentiam.*

DECI-

DECISIO XXVIII.

Ex Castill.decis.39.

ARGVMENTVM.

Priuilegio l. vnic. C.quando Imperator inter pupill. & vid. non censetur derogatum, nisi specialis de ea fuerit facta mentio.

TRibus rationibus fuit per Tribunal confirmata senten tia, seu interlocutoria lata in M. R. C. in fauorem Agathæ Tudisæ, contra Frabitium Buffardo Commissarium Magni Admiratus, qui prætendebat remitti ad dictum forum, & tamen fuit decisum quod procederetur in M.R.C. & non remitteretur.

1 Primo quia dicta Agatha erat vidua, & elegerat forum Principis, quo casu nunquam censetur derogatũ priuilegio *l.vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid. neque constitutioni statuimus*, nisi priuilegium expresse diceret non obstante *l. vnic. & constitut. statuimus*, vel quod diceret, non obstante quod essent ad instantiam miserabilium personarũ, nec sufficiunt alia verba, ita dixit *Paul. de Castro in dict. l. vnic. num.* 1. vbi etiam *Bald. Grammat.in decis.* 20. per totam, vbi testatur ita fuisse decisum *Bongiorn.in dict. l.vnic Afflict. in d. constitut. statuimus num.*15. *Milanens decis.* 5.*num.*14.*part.*2. *Menoch. de arbitr. Iudic.casu* 66. *in vltim. impress.* & hoc priuilegium est reseruatũ ipsi Principi, ob pie-

2 tatem erga miserabiles personas, ideò nunquam censetur translatum in alium, nisi expresse dicatur, latè *Viuius in decis.* 521. *libr.* 4. *& Doctores præcitati*.

3 Et in tantũ requiritur vera, expressa, & specialis derogatio, quod non sufficeret per relationem ad aliud priuilegiũ, in quo adesset expresse, non obstante *l. vnic.* vel quod sint Miserabiles personæ, *Vincent. de Franch.in decis.*192.*per totam*, vbi attestatur ita fuisse decisum *Thesaur. decis.* 77. *nu.* 12. vbi allegat *Bellug.*

Quæ verba in priuilegijs præsentatis ex parte dicti de Buffardo, non solum non aderant, imò vno ex eis aderant duæ limitationes, prima ne cõtinentia causæ diuideretur, secunda quando petitio fieret ad instantiam miserabiliũ personarum, & licet exindè fuerit præsentatum aliud priuilegiũ, absque prædictis limitationibus, imò cum clausulis prædictis, tamen non erat authenticum, nec in Regno, cum debitis sollemnitatibus exequutoriatum, nec dicebatur ex-

presse, non obstante *d.l. vnic. nec constit. statuimus*, vel priui- legio miserabilium personarũ, prout requiritur de iure per supradicta.

Secunda principalis ratio, ex qua Tribunal confirmauit sententiã latam in M.R.C. fuit quia prædictus de Buffardo, nõ seruiebat continuè dicto eius officio Actuarij; imò alijs inuigilabat negotijs, & tamen de
4 iure adhoc, vt quis possit gaudere foro, requiritur nõ solum quod sit matriculatus in dicto officio, sed quod probetur per ipsum, qui vult gaudere exercitiũ dicti officij, & continuatio ipsius *Bar in l. scrinearios*, vbi *Franc. de Aret in 2. notab. Corn. vol. 1. vers. nota secundũ Bar. Dec. in 2. notab. C. de testamen. milit. Vinc. de Franch. qui benè loquitur more suo dec.* 481. *per totam Imol. in clem. vnic. nu. 9. de Relig & venerat. sant.*

Et tanto magis, quia se describi fecit in dicto officio, postquam fuerat conuentus in Reg. Cam. Præturæ, quo casu prædicta erant indubitata.

Tertia, & vltima ratio illa
6 est, quia in hoc iudicio, non solum erat cõuentus dictus de Buffardo, sed etiam quidam alius de Cara, Tutorio nomine quorundam pupillorum, quo casu obstabat ei continen
7 tia causæ *Alber. in l nulli C. de iudic. Afflict. decis.* 354. & ex
8 præheminentia M. R. C. ita
5 fuit semper obseruatum, quod in casibus, in quibus datur cõtinentia causæ, semper causa remanet in ipsa M. R. C. ob eius præheminentiam, prout in his terminis officij Magni Admiratus, dixit *Capyc. decis.* 112. *per totam*, vbi *Iacob. Masull.* qui alios allegat, quæ interlocutoria fuit per nos lata sub die 11. Iulij 1608.

SVMMARIVM.

1 *Cuiusuis, hac vocula generalis est, & continet, quamuis personam.*

2 *Iurisdictiones à Rege fluunt, & refluunt, sicut flumina ad mare.*

3 *Aqua fluminis reuersa ad mare, nõ amplius dicitur aqua fluminis.*

4 *De natura dictionis, etiam est adiungere casum magis dubitabilem, & implicare minus dubitabilem.*

5 *Personæ miserabiles in electione fori habent maius priuilegium, quam Fiscus.*

6 *Fiscus Regius in Regno, non nisi in certis casibus exceptis, & patrimonialibus nõ potest conuenire, nec accusare delinquentes in Magna Curia Vicariæ.*

7 *Actor sequitur forum ipsius rei.*

8 *Vasalli in Regno pro primis causis*

causis non extrahuntur extra proprium domiciliu, licet per miserabiles personas in talibus causis extra propriu domiciliu trahi possint.

DECISIO XXIX.

Ex Præsid. de Franch. dec. 517.

ARGUMENTUM.

Miserabiles persona habent fori electionem etiam si per Regem fuerit iurisdictio concessa, cum derogatione l. unic. C. quando Imp. int. pup. & vid. & conditione postmodum intermedia in demanium iurisdictio reuersit vniuersitati concessaque cognitione quarumcunq; causarum primarum.

POssidente Illustrissimo Duce terræ Summæ terram prædictam, & vt eadem terra prætendebat cum cognitione primarum, & secundarum causarum criminalium, & mixtarũ, cũ derogatione *l. unic. C. quan. Imper. inter pup. & vid.* cum clausula abdicatiua, etiam quo ad causas Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, quia Princeps hoc potest, quia non in toto denegatur audientia, sed dicit quod sit Iudex iste vel ille, vt dicit *Capyc. in inuestitura feudali in verb. etiam ad instantiam Ecclesiarum fol.* 128. vbi dicit hoc fuisse decisum in causa Sanctæ Mariæ de Tremiti, cum Galeatio Caracciolo, possidente igitur dicto Duce vt supra terram prędictam vẽdidit, spectabat Comiti Triuenti, cum eisdem iuribus, & iurisdictionibus, quo Comite possidente vniuersitas petijt ad Regium demanium admitti, & per Regiam Cameram admissa fuit, mediante decreto, cuius decreti vigore tria instrumenta celebrata fuerunt vnum venditionis introytuum terræ prædictæ, in beneficium Vniuersitatis, aliud iurisdictionis, & dominij, in beneficium Regiæ Curiæ, & nouissimum inter Regiam Curiã, & terram prædictam, per quod Illustrissimus, & Excellentissimus Vicerex illam admisit ad Regium demanium, & ei priuilegium cõcessit, quod in primis causis ciues terræ prædictæ habitantes, & habitaturi in ea, pro quibusuis causis ciuilibus, & criminalibus (exceptis certis casibus) non possint conueniri, nisi in Curia terræ prædictæ, ad instantiam cuiusuis, etiam ad instantiam Regij Fisci, vidua exposuit querelam in Magn. Cur. Vic. contra ciuem terræ prædictæ, comparuit Vniuersitas, & petijt remissionem causæ ad Curiam terræ prædictæ Summæ, & dicebat omnino fieri debere primo virtute priuilegiorum

dicti Illustris. Ducis, quæ cum priuilegijs etiam prædecessoris presétau t, n quibus priuilegijs prædecessoris erat clausula prædicta, secundo virtute dictę cōcessionis nouissimè factę eidem Vniuersitati, cum
1 prædicta clausula, ad instantiã cuiusuis, quod verbum generale est, quia comprehendit, quamuis personam, quæ ciues prædictos conueniret, & nouissimè, quia dum similes casus accidissent inter Fiscũ, & Vniuersitatem, fuit iudicatum in fauorem Vniuersitatis, & causæ fuerunt ad Officiales dictæ terræ remissæ, & præsentata fuerũt authentica exempla decretorum prędictorum, quibus non obstantibus, fuit decisum contrarium ex *textus in dicta l. 1. C. quando Imperator*, dante electionem viduæ eligendi forum, & ex *constitut. Regni statuimus*, & dictum fuit in contrarium allegata, non obstare, & ad primum dicebatur concessa in priuilegijs prædictis, reuersa iurisdictione concessa per Regem, ad eundẽ Regem, & in pręsenti casu, ex Iuris necessitate iurisdictionem cōcessã fore, & esse extinctã, seu cōfusã, ex dictis supra in *dec. 192.*
2 eo ipso, & cum à Rege fluant, & refluant iurisdictiones, sicut flumina ad mare, vt dicit *Bal. in c. 1. §. adhuc de pact. iuram. firm.* hac iurisdictione reuersa, non dicitur amplius iurisdictio diuisa, quemadmodũ
3 aqua fluminis reuersa ad mare non dicitur amplius aqua fluminis, item dicebatur, quod si non esset extincta, vel confusa, non est translata in Vniuersitatem, seu in Curiam Vniuersitatis prædictæ, quia non fuit facta derogatio in specie *d. l. vnic.* nec sufficit clausula generalis, vt est illud verbum cuiusuis, requiritur enim vt dispositioni *d. l. vnic.* deroget in diuidua, & specialis prouisio, vt est plenè dictum in *d. decis. 192.* vel saltem oportebat dicere, non obstante priuilegio miserabilibus personis concesso, vt est dictum in *decis. 187.* & dicebatur illud verbum, cuiusuis nullo modo posse comprehendere personas viduarũ, vel miserabilium personarum ponderando dictionem, etiam in dicto instrumento appositã;
4 de nautra enim dictæ dictionis etiã est adiungere casum magis dubitabilẽ, & implicare minus dubitabilem, iuxta *glos. in l. si contendat ff. de fideiuss. cum concord. per Soccin. in cons. 23. circa 5. colum. verb. probatur authoritate Bart. vol. 1. Ias. plenè in l. 1. C. vnde legitim.* hinc dixit *Alex. in cons. 23. viso processu causa 3. col. vers. 60. nec ad hoc obstat quod in concess. vol. 4.*
5 quod facta reuocatione omniũ, & singularum concessionũ

seu

seù inuestitutarum, per quoscunque etiam Sedis Apostolicę legatos, non intelligitur cõcessio facta per summum Pontificem, quia dictio etiam non potest implicare, nisi concessiones factas ab his qui fuissent inferiores legatis Sedis Apostolicæ, non autem de illis qui essent maiores, quia alias esset inepta loquutio, & interpretatio, si ergo dictio prædicta etiã est huius naturæ eũ necesse est dicere quod illud verbũ cuiusuis, intelligitur de personis habentibus minus priuilegium,
5 quam Fiscus, qui dictæ dictioni adiungitur, sed sic est, quod personæ miserabiles in electione fori, habent maius priuile-
6 giũ, quam Fiscus ergo de eis priuilegiũ loqui non potest, ꝙ autem habeant maius priuilegiũ, patet, quia Regius Fiscus nisi in certis casibus exceptis, & patrimonialibus non potest conuenire, nec accusare delin-
7 quẽtes in Regno, in Mag. Cur. Vic. tum de iure cõmuni, quia actor sequitur forum rei *l. qui accusator C. de edend.* tum etiã virtute Regiarum Pragmati-
8 carũ huius Regni, quibus prouisum est, quod pro primis causis vasalli non extrahantur extra proprium domicilium, & tamen personæ miserabiles trahunt vasallos extra proprium domicilium etiam in primis causis, imò à Magna Curia variant alia Tribunalia, etiam Fisco contradicente, si ergo personę miserabiles habẽt maius priuilegium, ergo contra illas priuilegium concessum terræ Summæ operari non potest, & vltimò non obstat, quod alias in eodem priuilegio fuerit iudicatum in fauorem terræ Summæ contra viduas, postquam fuit effecta Demanialis, quia volui videre processus in quibus fuit iudicatum, & reperi in eis fuisse præsentata priuilegia prędecessorum Dominorum, & licet in priuilegio dicti Ducis non appareat expressè derogatum dispositioni *d. l. vnica*, & forsan dubitari potuisset, an ipse etiam hanc cognitionem haberet, & in ipsum fuisset translatum, apparebat tamen derogatio in priuilegio concesso prædecessori Ducis, & Iudices forsan credẽtes in Vniuersitate Summę, quæ ex eius pecunia se redemerat, in beneficium Regis, procurasse eadem priuilegia prædecessorum absque illius præsentatione, in eius beneficiũ iudicauerunt, quod fieri nõ debebat, stantibus prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus habet electionẽ fori.*
2 *Pupillus potest variare etiam quod causa sit appuntuata.*
3 *Pupillus non declinat forum quando conuenitur lis est*

cœpta cum maiore.

4 *Pupillus non declinat forum, quando conuenitur ex contractu defuncti, vel ex quasi contractu, vel administratione tutela.*

5 *Variatio datur de pluribus.*

6 *Variare is potest, qui potest eligere.*

7 *Sententia terminat iudicium.*

DECISIO XXX.

Ex Præsid. de Franch. dec. 364.

ARGVMENTVM.

Miserabilis persona non declinat forum, quando conuenitur ex contractu defuncti, vel ex quasi contractu, vel administratione tutelæ.

1 INstructo processu, in Curia terrę Nusci, vna cum maiore super administratione tutelę, & diuisionis rescissione, mortuus fuit conuentus superstite hærede pupillo, qui obtulit supplicationem in Sacro Consilio eligendo illud in Iudicem, & iurando perhorrescere potentiam aduersarij, iuxta terminos *l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid. & constitut. Regni statuimus*, & commissa mihi causa, fuerunt per me expeditæ literæ inhibitoriales, quibus intimatis cōparuit altera pars, & petijt illas reuocari, pupillus dicebat bene fuisse expeditas, ex quo licet processus fuerit instructus, cum maiore, ipse aduersus gesta, cū eodem maiore, nihil prętendebat, quia etsi maior ipse esset læsus nihil prętendere poterat, ex dictis per *Bar. in l. cū filius §. in hac ff. de verb. oblig. cum concord. per Afflict. in dec. 212.* in qua deciditur mortuo maiore lite cum eo contestata, minori ei succedenti, cum quo nihil est gestum beneficium, seu restitutionē in integrum, non concedi verebatur, tamen lædi in sententiæ prolatione, quæ cum eo debebat proferri, & propterea in hoc eligebat in forum Sacrum Consilium, & iurabat perhorrescere potentiam aduersarij, & clarum

2 erat de Iure, quod pupillus potest variare, etiam si causa sit appunctuata ad ius, vt est dictū in *decis.* 100. *num.* 20. *in verbo quomodo iudicandū 2. col. vers. in dubio*. Ex aduerso dicebatur, quod de Iure erat verum, prout in *decis. præcedenti est dictum, & in decis.* 234. quod

3 quando pupillus succedit maiori, & lis cœpta est cum defuncto; quod pupillus nullo modo declinat forum, etiam quod ei competeret electio, ex priuilegio in corpore Iuris clauso, per *text. in l. hæres absens ff. de iudic.* vbi *Bart. Iacob. & alij in d. decis. 234. allegati, & ex*

& ex Ritu Magn.Cur.Vic. similiter in dictis decisionibus
4 *allegatis*, non declinat forum, etiam quod lis non esset incepta, quando conuenitur ex cõtractu defuncti, vel quando ex quasi contractu, vel ex officio tutelę, vel alterius administrationis defuncti, vt dicit *Carauit.super Rit.predicto in verb. officio*, & propterea cum non posset declinare forum, eligendo alium Iudicem, quam Iudicē defuncti, cuius est hæres nõ habet variationem de vno ad
5 alium forum, quia variatio datur de pluribus, & si non potest variare, non cadit, perhorrescentia, quæ cadit, vbi pupillus posset habere plures Iudices, iuxta terminos *d.l.1.& d.constitut. statuimus*, quos non potest habere in præsenti causa, in qua ex Iuris dispositione tenetur stare Iudici, coram quo est cępta lis, cum defuncto, cuius ipse est hæres, & cum non
6 possit eligere, non potest variare, quia ille potest variare, qui potest eligere *l eum qui certarũ §.1 ff de verb oblig* quam ad hoc allegat *Afflict. in d constitut Regni statuimus notab. 6. quæst.* 13. & cum possit variare, nõ cadit iuramenti perhorrescentiæ, quod cum variatione, & electione, est necessarium ad fori electionem, vt est dictum in *decis.* 157. & quamuis possit lædi in sententia, quę cum eo proferenda est, hoc attendi non debet, cum processus sit expediendus per Iudicē
7 defuncti, per sententiam quæ terminat iudiciũ, vt dicit *Bal. in l error in 3.opposit.C de iur. & fac. ignor.* & ab ea poterit appellare minor, vnde ex his mihi visũ fuit litteras inhibitoriales reuocare, posui hanc decisionē, quia in dies videmus ad impiendam litium decisionem, & vt aduersarios fatigent sæpè sæpius personas *d.l.1. & in const. statuimutus* cõpręhensas variare. Item vt Domini Consiliarij quando in eorum domibus faciunt prouisiones; & postea non videntur iustę, vt ex se eas reuocent. die 26. Septembris 1585. Longo Actuario, & fuit lis inter Suauiam Rosam, cum Saluatore de Cena, in quo reperietur decretũ per rationes.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus ex iuribus ei cessis pro causa lucratiua nõ trabit, secundum Ritus M. Cur. Vic.*
2 *Miserabiles persona eligunt forum etiam in causis cessis, nisi interuenerit simulatio. Contrarium tamen num. 3.*

DECI-

DECISIO XXXI.

Ex Præsid. de Franch. dec. 195.

ARGVMENTVM.

An miserabiles personæ habeant fori electionem in causis ipsis cessis.

1 QVamuis *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* 228. & 290. prouideant quod priuilegiatus pro iuribus ei cessis, ex causa lucratiua, non trahat, hoc tamen non procedit quan-
2 do cessio est facta miserabilibus personis, ita tenet *Andr. quem sic intelligit, & sequitur Afflict. in constitut. Regni statuimus in 6. quæst.* data tamen cessione vera, non simulata, & dicunt prædictos Ritus non obstare, quia non comprehendunt has personas priuilegia-
3 tas, & ita iudicauimus die 3. mensis Nouembris 1578. me referẽte in causa quorundam. At contrarium tenet *Iacob. in l. 2. in 6. col. versic. item quæro nunquid num. 39. C. ne lic. potent.* & aliter distinguit *Foller. in d. constitut. Regni num. 74. versic. quæris insuper Afflict. fol. 120. 2. col. cum seq. sed apud nos Andr. magna est authoritas.*

SVMMARIVM.

1 *Pupillus, & virgo habent fori electionem ampilia nu. 8.*
2 *Iudicium ibi terminari debet, vbi fuit cœptum superueniente fori priuilegio non obstante contrar. nu. 7.*
3 *Priuilegium Regis Ludouici de non extrahendis ciuibus Cathinensibus inuitis declaratur.*
4 *Priuilegio l. 1. C. quand. Imp. inter pupill. & vid. derogatum non censetur, nisi specialis de eo facta sit mentio declar. nu. 6.*
5 *Priuilegio l. 1. C. quand. Imper. inter pupill & vid. renunciari non potest.*
9 *Muta Rit. 133. num. 28. declaratur.*
10 *Afflict. decis. 210. declaratur & num. 14.*
11 *Citantis iurisdictio citationis tẽpore inspicitur, vt ad eam lis spectet.*
12 *Regula cessante causa cessat effectus latè exornatur & numer. 15.*
13 *Vidua quæ inde nupsit fori priuilegium non amittit.*

DECISIO XXXII.

Ex Giurba decis. 82.

ARGVMENTVM.

Virgo si ex priuilegio l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid. coram

coram M. R. C. egit, & lite pend. aduersario, idem superuenit priuilegium an ad primũ Iudicem, à quo declinauit terminanda sit aduersario ipso stante, & M. R. C. forum declinante.

1 PVpillum, & virginem Principis, & M. R. C. forum posse eligere, non est dubium, de pupillo, est *text. l. 1.* vbi *DD. notant C. quando Imper. inter pupill. & vid. Afflict. & reliqui in constitut. statuimus, & decis. 257. Rolan. consil 76. nu. 36 volum. 1. Azeued. lib 4. recopil. tit. 3. l. 9. per totum Cumi. Rit. 38. num. 855. rit. 82. num. 10. Viu. decis. 65. num. 1. Gratian discept. 63. nu. 15. discept. 182. num. 1. 2. & 5. Intrig. decis. 22. num. 5. & 6. Schrad. de feud. par. 10. sect. 5. num 200. Couarruu. pract. quæst. cap. 7. num. 20. Menoch. de arbitrar. iud. ad casu 66. num. 5. Franch. decis. 100. num. 2. Thesaur. decis. 177. de virgine*, sic pluries contra *Gail. iudicatum refert Viu. decis 65. num. 3. & decis. 521. Peregrin. decis. 129. nu. 6. Aloys. de Leo in d. l. 1. num. 5. Anton. Sola ad decret. Sabaud. tit. de caus. miserab. glos. 1. rub. num. 6.* & dixit *Franc. d dec. s. 100. num. 3.* Consilium Neap. consueuisse indistinctè iudicare virgines enumerandas esse inter personas miserabiles, quoad fori priuilegium nulla habita distinctione an habeat animum perpetuò in virginitate permanendi, vt sunt sanctimoniales, aut nubendi, & *decis. 599.* quod nec abnegauit *Couar. d. cap. 7. Rebuff. ad. Reg. constitut, tit. de sentent. prouis. artic. 3. glos. final. num. 4.* licet non admiserint hoc esse scriptum in *d. l. 1. C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* sequuntur *Cumia d. rit. 38. num. 460. Carauit. rit. 19. num. 25. Burg. de Laudem. par. 3. inspect. 4. Menoch. d. casu 66. in addit. num. 11. 12. Couarruu. d. c. 7. nu. 2. D. Tap. de iur. Neapol. lib. 2. rubr. 12. de officio Magistr. Iustit. ad constitut. statuimus num. 12. 20. Castill. decisio. 48. num. 1. Natt. cons. 559. Podius ad rit. 133. glos. viduarum Roland. consil. 76. colum. 1. Masull. ad Capyc. decis. 160 num. 1. & ibi Petr. lit. B. Marcell Calà de mod. articulan. & proban. §. 1. glos. 1. num. 111.* & est singularis *Afflict. doctrina post Isern. in constitut. statuimus quæst. 8. nu. 29.* quod iuris priuilegium prodest etiam omnibus litis consortibus non priuilegiatis in re communi, *Barbat. cons. 84. volum 4. Aret. consil. 83. num. 7. Afflict. decis. 227. decis. 354. num. 13. Natta consil. 590 Ruin. consil. 77. num. 3. vol. 4. Burg. d. inspect. 4. Alexan. cons. 122. num. 16. volum. 4. Capyc. d. dec.*

*d.dec.*160.*Couar.pract.quaestionum cap.*6.*Thesaur.d.dec.*177. *num.*5. *Cumi.rit.* 82. *num.*25. *Aloys.de Leo in d.l.*1.*num.*19. 20.*Viu.decis.*521.*nu.*18.

Cumque in anno 1591.Donna Hieronyma Ruffo virgo, & D.Ioseph tutor pupillorum, filiorum, & hæredum D. Andreæ Ruffo Catineñses M.R.C. forum eligentes, Petrum & Mariam Ansalone iugales in ea conuenerint, & pendente iudicio Maria demum effecta sit vidua morte Petri eius viri. Quæritur an M.R.C. forum declinare possit Mariam,& ad forum Ciuitatem Catinæ remittit.

2 Pro negatiua quod causa remittenda non sit, sed etiam coram eo Iudice fieri debeat, vbi lis cœpta, ad *textus l. vbi ceptum ff. de iudic. de Ponte consil.*30. *num.*1.2. *Ceual.com. quaest.*36.*num.*3.*Thesaur decis.* 213.*num.*2. *Valasc.decisio.*57. *Intrigliol decis.*49. *nu.*15. *Couarruu.practicar. quaest.cap.*8. *Gomez.*2. *tom.var.cap.*2.*num.* 39. *Afflict.decis.*227. *& alij in decis.* 23. *num.*1. *&* 2. adeò vt superueniens Mariæ viduitas, neque sit consideranda *glos.in l.si quis postea ff.de iudic.l.nulli prorsus C.ad cap. proposuisti de foro compet. Cagnol. Castr. Dec.Ias.& reliquis in l cum quadam puella ff. de iurisdict. omn.iudic.*idem *Cagnol.in l.*2. *nu.*249. *C. de pact. inter empt. & vendit.* alios citat *Trentacinq. consil.*46. *nu* 2. *volum.*2. ideo pupillus qui ex priuilegio in corpore iuris clauso variandi habet facultatem, nec declinat forum quando lis est cœpta, cum maiore, cuius est hæres *Franch.decis.*234.*& decis.*364.*num.*3. *Carol Tappin d. constitut. statuimus nu.* 29. *per text. in l.hæres absens ff. de iudic.* sic quoque Clericus seculare iudicium subire cogitur, si hæres est laici,cum quo contestata fuit lis *Gayl. libr.*1. *obseruat.* 34. *num.* 8. *Farinac. quaest crimin.*8.*num.*46. *Lopez ad l.*57.*tit.*6 *part.*1. *Auendan. de exequen.mandat. cap.*1.*nu.* 35.& contra omnes *Olan in antinom iur lit.C. I. num.*26. *Ceual.commun quaest.*36.*nu.*9. 10 11. *Fusc.lib.*1. *conclus.*451. *nu.*37.38 39 *Aull ad prator. cap.*10.*glos la execution num.* 66.*Spin.de testam gloss.*33.*nu.* 75. *Villalob. in verb. Clericus num.*40. *& in tract. comm.* 3. *Did.Perez in l.*3.*tit.*15. *libr.*3. *ordin. num.*26. *Parlad libr.*2. *quotidian cap. fin.* §. 1. *nu.* 10. *Paz in prax. in pralud tom.* 2. *num.* 41. *Surd. decisio.* 110. *decis.* 222. *Suar. in l. post rem iudicatam ampliat.* 1. *num.* 4. *ff. de re iudic. Quessad.quaest.*4. *num.*4. *Peregrin.de fideicomm. artic.*53. *nu.* 20. imo iudicium inter laicos coram seculari Iudice

dice cęptum, si lite pendente eorum alter fiat. Clericus coram Iudice seculari finiri debet clericatura, non obstante latè *Trentacinq. consil.46. volum.2.* & causa quæ à sui initio est summaria, ex superuenienti facto assumptam naturam non immutat *Cum. Rit. 45. num. 2.* & lis cœpta cum maritata, quæ inde effecta est vidua, adhuc erit appellabis, vt ex *Surd.consil.222. nu. 15. & Afflict. decisio. 210.* concludit *Muta Rit.133.num.28* quia principium attenditur non finis causæ decisum, ideò refert *Franch.decis.544.* priuilegium superueniens, nec mutare forum, siue concessum motu proprio sit, siue ad postulationem, vt dixi in *decis.24.*

3 Nec obstat clarissimæ Ciuitatis Catinæ priuilegiũ à Ludouico Rege concessum, ciues non esse ab ea extrahendos in causis ciuilibus, criminalibus, & mixtis, præter in feudalibus, & crimine lęsę maiestatis, adeò vt cum duo tantum excepti sunt casus cęteri omnes comprehensi videãtur *Cumia Rit.82.num.6. Milanens. decis.13.num.21.libr.2. Intrigliol. decis.49. num. 14.* nam fori priuilegium per viam recursum ad supremum Principem, pupillis, viduis, & alijs fortunæ iniuria miserabilibus personis tributum, de quo in *l.1. C.quand. Imper. inter pupill.& vid.* sublatum non censetur, quamuis supremus Princeps per titulum feudi, aut donationis concesserit alicui inferiori Domino Castrum, aut Ciuitatẽ, & per verba ampla, ita vt vidua, pupilli ad supremum Principem possint recurrere ad effectum sibi auocandi eorum causas, quas alicui magistratui, non suspecto iudicandas committit, nisi priuilegiũ

4 *dict.l.1.* ipse derogauerit *Cyn. Bald. Angel. & Fulgos. in d.l. 1. & ibi Aloys.de Leo num.15. Roman. consil.169. Grammat. decis.20.num.1.* latè *Boss.tit.de princip.num.315. Afflict.in constit.statuimus 7. notab. Bellug in Specul.Princip.rub.38. § conqueruntur Campan. in R.N. cap. quando decretum num.14. Gratian. discept.182. num.10. Rolan.cons.38. col. 1. Thesaur. decis.177. num.9. & ibi Addit.* sic iudicatum testatur *Menoch. d. casu 66. in addit.num.40. Gonzal ad regul. Cancell glos.36.num 71. Capiblanc.de Baron.pragmat.8.nu. 154. Enriquez consil.30.num. 3.4 5. Petra ad Capyc. decisio. lit.B. Peregrin decis.129. nu. 7. & de iurisdict. ordin. num. 18. Milan decis.5 num.14. lib. Franch.decis.187.& decis.192* vbi ampliat, licet in priuilegio derogationes sint generales per verba amplissima, cum clau-

clausula, & si de eis specialem mentionem fieri oportet, nam adhuc *d.l.1.* priuilegio derogatum nec erit cum indiuidua eius requiratur derogatio *Bal. Castr. & reliqui Classici in d.l. 1. Alex.consil. 122.num. 16. volum. 4. Ruin.consil. 226 vol. 1. Castr.consil. 278. volum. 1. Federic.consil. 230. Crot.in cap. 1. num. 48. & 49. de constitut. in 6. Vital.verb.clausula generalis Grammat.d.decis. 20. Menoch lib. 6. præsumpt. 40. nu. 6.*
5 *Peregrin. d. decis. 129. num. 7. & d. tit.de iurisdict. ordin.nu. 18.cum nec d.l.1.* priuilegio renunciare expresse possit pupillus, ex *glos.d.l.1.verb.excedere quam omnes ibid. sequuntur post Aloys. de Leo num. 16. Natt.consil. 590.num. 15. Gratian. discept. 182. num. 22. Carauit. Rit. 231.num. 4. Couarr. practicar. quæst. cap. 6. 7. Masull. ad Capyc. decis. 160.nu. 2. Cost.de scient. & ignorant. inspect. 98 num. 9. Franch.decis. 187. & decis. 192.num. 7. Capiblanc.d. pragmat. 8. num. 156. Viuius decis. 521. Thesaur. de-*
6 *cis. 177.* nisi aliter de mente Principis constaret, tunc enim generales clausulæ sufficient ad tollendum etiam priuilegiũ miserabilibus personis concessum *Rip. in cap. 1. num. 54. de rescript. Gabriel tit.de regul. iur. conclus. 9. num. 6. 7. Gratian.d.discept. 182.num. 13. ad num. vsque 20.* vbi coniecturas quibus Principis non hoc in casu probetur ostendit.

Pro D. Maria quod imò ad forum Ciuitatem Catinæ à M. R. C. remittenda sit adducitur P. licet priuilegium viduale lite in M. R. C. iam cœpta ci-
7 tra actum eius voluntarium illi superuenerit ab illius tamen Iudicis iurisdictione, coram quo cœptum fuit iudiciũ eximit litis pendentia, nõ obstante *glos. in l. qui autem ff. si quis caut. Angel.in l. si quis postea ff de iudic. Bal.in l. si quis quanquam ff si quis caut. eamque communiter approbatam dixit Rip. in cap. 1. num. 81. de rescript. Gabriel titul. de iudic. conclus. 4. sub num. 20. Lanfranc.decis. 70. Aufrer.ad Cap pell. Tholos. decis. 147. Lancellott.de attent.lit.pendent. lim. 20. num. 21. Mazol.consil. 22. num. 25. atque ita in M.R.C. decisum alias fuisse testatur Graff.except. 3.num. 38. cum alijs in d.decis. 24.* & tradit in terminis *Alexan. ad Bart. in l. 1. lit. C. ff de pen.* quod si pendente causa contra mulierem moritur vir viduale priuilegiũ superueniens, nõ procuratum ad pendentem litem extenditur *d.l.* cum quædam puella, non obstante quia ibi fuerat procuratum recipiendo virum alterius domicilij, sicuti de criminoso effecto clerico voluit

fuit *Bart. in l. 1. num. 3 ff. de pen.* qui si S.P. motu fiet clericus à seculari Iudice eximitur coram quo processus fuerat inchoatus, secus si procuratū ab eo fuerit clericale priuilegium, vt de clerico facto post delictum commissum, ex voto ante delictum, loquitur *Cagnol. in d. l. cum quadam puella num. 34. Valasc. decisio. 48. Franch. dec. 209. Farin. quæst. crimin. 8. à num. 104. Caball. resolut. crimin. 108. num. 7. & 8.* quam remissionem Mariam posse petere ne dum lite capta, & in qualibet parte iudicij scripsit *Silua nuptial. num. 38. fol. 576. Capyc. dec. 173. Franch. decis. 53. num. 3. & decis. 100. Aloys. de Leo in d. l. 1. num. 17.* sed causa etiam conclusa allegata, & votata dixerunt *Aloys. de Leo in d. l. 1. nu. 10. C. quan. Imperat. inter pupill. & vid. Viu. decis. 521. num. 17. Petr. ad Capyc. decis. 160 lit. B. Cumia Rit. 38. num. 466. Franch. decis. 100. num. 20. & decis. 214. nu. 2. Capiblanc. de Baron. pragm. 8. num. 165. 166.* qui mutandi fori priuilegium semel bis, & *text.* viduæ concedi testantur, & facta fori electione prior Iudex statim fit incompetens *Franch. decis. 294. Petr. ad Capyc. decis. 160. lit. B. Vrsill. dec. 257. Carauit. d. Rit. 233.*

8 Cæterum causa hæc à virgine, & pupillis contra vxoratam fuit capta, quæ cum vidua existendi sit, effectu fori gaudere etiam debet priuilegio, ex *l. 1. C. quand. Imperat. inter pupill. & vid.* siue diues, aut pauper sit *Abb. in cap. ex parte 15. num. 14. de foro competent. Felyn. in cap. significantibus num. 6. de officio delegat. Natt. consil. 590. nu. 3. Muta ad consuetud. Panorm. cap. 13. nu. 19.* quicquid *Innocent. Imol. Bero. & alij*, contrarium sentiant cū contra eos sit verior opinio, vt multis comprobat *Menoch. de arbitr. casu 66. in addit. nu. 17. ad num. vsque 19.* quod tamen priuilegio cōtra equè priuilegiatum, gaudere nemo potest, *Aloys. de Leo in d. l. 1. nu. 13. Enriquez consil. 30. nu. 7. Couarru. practicar. quæst. cap. 7. colum. penult. in fin. Menoch. de arbitr. Iud. casu 66. in addit. num. 47. Franch. decis. 188. Gratian. discept. 182. nu. 21. Masull. ad Capyc. decis. 160. in fine*, quia priuilegia priuilegijs conquassantur, & ius cōmune seruandum est *l. sed & milites §. coequalitas ff. de excusat. tutor. Barz. decis. 74. nu. 10. Capiblanc. de Baron. pragmat. 8. num. 170.* exornat *Foller. in praxi crimin. verb. audiantur excusatores num. 102. Ancharan. consil. 37. Rimin. Iun. consil. 278. num. 17. Mart. singul. 99. singul. 681. Soccin. Iun. consil. 74. num. 21. vol. 1.*

Azeued.

Azeued. l. 2. *num.* 241. *tit.* 10. *lib.* 8. *recop. Auilef. in proem. ll. prator num.* 20. *Parlad. libr.* 1. *rerum quotid. cap.* 17. *num.* 28. *Petra ad Capy. in decis.* 160. *lit. B. Thesaur. decis.* 553. *num.* 4. *Tusc. lit. P. conclus.* 760. *Trentacinq. var. libr.* 2. *resolut.* 7. *nu.* 18. sed Iuris est actorem forum rei insequi debere *l iurisdictionem ff. de iurisdict. omn. iudic. cum simil.* ergo D. Hyeronima coram Catinensi magistratu D. Mariam conuenire oportet.

9 Non obstat *Mut. Rit.* 133. *qui cum dixerit num.* 27. causam miserabilium esse summariam, & *num.* 28. quod si lis cœpta est cum maritata, quæ effecta demum sit vidua, sententia appellabilis, ex *Surd. in consil.* 222. *num.* 15. *& Afflict. in decis.* 210. quia principium, & non finis causæ attenditur.

Nam respondit *Surd. d. nu.* 15. de pupillo herede loqui respectu defuncti, qui legis authoritate priuilegium *dict. l.* 1. non habet quando cœpta est lis cum dicto maiore *Castrens. in l. si hares absens, & in l qui Roma ff de iudic.* plenè *Frãcb. decis.* 364. *per tot. Aloys. de Leo in d. l.* 1. *num.* 12. *Gratian. discept.* 181. *num.* 27. quidquid aliud sit, quando ante litem cœptam persona miserabilis, tanquam non priuilegiati hæres fori priuilegio frui vellet, quasi hoc tunc ei permittatur *Carauit. Ritu* 234. *num.* 2. 3. *Menoch. de arbitr. Iudic. casu* 66. *in addit. num.* 43. *Gratian. d nu.* 26. 27. sed D. Maria viri sui hæres non est, conuenitur namque suo nomine proprio, ergo gaudere debet fori priuilegio, quia vidua.

Nec obstat *Afflict. decis.* 210. dum de restitutione in integrum illi concedenda loquitur, qui post litem contra eum cœpta in minori ætate factus est maior, sed hoc admittit, illic *Afflict. num.* 5. si dolo, & malitia actoris lis fuerit protracta in longum, vel in culpa Iudicis, qui casum non expediuit, comprobat ibidem *Vrsill. num.* 1. sed nullus actoris dolus hoc in casu interuenit, quo litem protractam fuisse dicamus, præsens ergo D. Mariæ status considerandus est, quæ cum sit vidua fori habet declinatoriam.

Quid dicendum censuit M. R. C. D. Mariam ad Iudices Catinenses remittendam esse ex viduali priuilegio, quod cœpto iam in iudicio superuenerat.

11 Consistorium re ipsa maturius, & diligenter perpensa, ac discussa existimauerat D. Mariam remittendam non esse, quia tradit *Valasc. dec.* 57. satis esse quod tempore citationis

tionis pertineat lis ad iurisdictionem citantis, *l. si quis postea ff. de iudic.* & ibi omnes cumque citatio litis pendentiam inducat *glos. in cap. vt debitus de appellat. clement. 2. vt lit. pendent. vbi cęptum est iudiciũ ibi debet finiri l. vbi cęptum ff. de iudic.* sed D. Hieronyma virgo, & pupilli M.R.C. adeuntes, eamque in suum Iudicem competentem eligentes priuilegio *d. l. 1. C quando Imperat. inter pupill. & vid.* ibi orauerint, & ibi cogantur eorum aduersarij ad alium inferiorem etiam magistratum trahi non possunt, ex viduali priuilegio, quod D. Marię conuentæ superuenit, nam licet cesset qualitas priuilegij, quæ produxit litem ad illud iudicium, non ideò debet transferri ad aliud Tribunal *l. fin. C. de veter. lib. 10. Foller. in constit. statuimus num. . . Valasc. d. decis. 57.*

12 Nec obstat regula cessante causa, quam in priuilegio procedere, probat ibi *Tiraq. par. 1. num. 210. Menoch. cons. 727. nu. 1.* alios citat *Monald. cons. 149. à num. 1. & per tot.* quia verum est, nisi ex causa ipsius acquisitum ius sit, quod nec cessat, imo illud quis retinet *l. si post mortem § 1. l. non potuit §. sed si mortẽ ff. de bonor. poss. contr. tab. l. cum vxori C. quando dies legat. ced. cap. ab eo de elect. in 6. clem. constitutionem eod. tit.* latè *Tiraqu. tract. cess. causa tit. 11. Foller. d. constit. statuimus num. 41.* nunquam enim effectus causæ consumatus cessat cessante causa *l. fin. in princip. ff. de vnd. l. b. l. inter stipulantem §. sacram*, & ibi *Ias. not. 4. ff. de verb. obl. g l pater furioso ff. de his qui sunt sui vel alien iur. l. qui res §. aream. ff. de solut. cap. quærit,* & ibi *glo. contrahitur de consecrat dist. 4. & notat Butr. in cap. de bigamis tit. de bigam. Casanat. cons. 4. num. 102. consil. 16. nu. 41. consil. 41. num. 74.* cessante causa efficiente non cessat effectus iam impressus *Cyn. in l. generaliter,* & ibi *Bal. colum. 3. C. de Episc & Cler. Corn. cons. 24. colum. 5 vol. 3. Couarru in 4 resolut. cap. fin. num. 5. vers. his ita Gallin. lib. 10 de verb. signif. cap. 7. nu. 12. 13. Peluez. de maior. par. 2. quæst. 6. nu. 12. par. 1. quæst. 9. nu. 7 Grammat. decis. 27. num. 4. 5. Schrad. de feud. par. 10. sect. 7. nu. 115. 118. Pacet. cons. 134. num. 13. Foller. d. constitut. statuimus num. 45. Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 33. num 5. decis. 163. num. 12. Tiraquell dict. tract. limit. 12. num. 1. in l si vnquam glos susceperit liberos num. 155. C. de reuoc. donat. Soccin cons 81. colum. 4. vol. 3. Illustriss. D. Carol Tapp. ad l fin. par. 2. cap. 4. num. 13. & cap. 9. nu. 123. ff. de*

constit. princ. Marta in rubr. ff. de solut. matr. quæst. 5. *nu.* 21. *exornat Cassanat. consil.* 4. *nu.* 101. & nedum effectus omnino consumatus, sed inchoatus tantum, nec cessat cessante etiam illius causa *l. & si non sint* §. *infectis ff. de aur. & argent. leg. Curt. Iun. in l. more nu.* 12. *ff. de iurisdict. omn. iud. Tiraqu. d. limit.* 12. *num.* 19. *Foller. d. constitut. statuimus num.* 44. *confert text. l. si quis haeredem. C. de instit. & substit.* vbi momento temporis adimpletam fuisse conditionem satis est *l. patre furioso ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. quecumque* § *vitio ff. de public. in rem act. Tiraquell. d. tract. limit.* 4. *nu.* 1. *& limit.* 35. *D. Tapp. d. cap.* 3. *num.* 124. *Felic. de moment. cap.* 10. *nu.* 5. *Surd. d. quæst.* 33. *num.* 10. *Cassanat. d. consil.* 25. *num.* 25. plura congerit similia *Foller. d. num.* 44. 45. *cum sequ.* quo fit vt darent adhuc priuilegia cessante etiam causa propter quam illa fuerunt cócessa *l. eos,* vbi *Ioan. Bapt. Plat. l. maximarum,* & ibi *glos. Bart. Ang. & Plat. C. de excus. num. lib.* 10. *Foller. loc. cit. num.* 15. *exornat.* 6. *Carol. Tapp. d. cap.* 4. *à nom.* 30. *cum sequ.* ideò vidua exinde nupta *l.* 1. *C. quan. Imper. inter pupill. & vid.* priuilegium retinet, cuius causa remittenda, nec est *Franch. decis.* 157. *num.* 7. *Afflict. d. decis.* 56. *Rot. decis.* 61. *tit. de rescript. in antiq. Carauit. Rit.* 233. *quæst.* 4. *Foller. d. constit. statuimus nu.* 27. & ibi *D. Tappia num.* 19. *Menoch. d. casu* 66 *in addit. num.* 36. nec pupilli, qui lite cępta maiores sunt facti ad alium Iudicem trahendi sunt *Thesaur. decis.* 177. *num.* 4. *Menoch. d. nu.* 36. & virgo stuprata fori electionẽ habet pro stupro *Franch. decis.* 599. *Carauit. Rit.* 19. *quæst.* 2. ideò causa in prima sui instantia summaria pariter etiam debet esse summaria in secũda, & alijs instantijs *Put. decis.* 426. *nu.* 2. *decis.* 438. *num.* 3. *lib.* 2. *Gonzalez ad Reg. Cancell. glos.* 6. *nu.* 176. *Franch. decis.* 520. *num.* 2. & causa semel facta ordinaria remanet semper ordinaria, & appellabilis *Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 3. *in præfat. nu.* 572. *& cap.* 12. *limit.* 24. *num.* 18. *Rot. diuersorum decis.* 132. *num.* 1. *par.* 1. *Pontan. de alim. cap.* 19. *num.* 7. *Gonzal. d. glos.* 6. *num.* 191. & vbi commissa fuit causa, quod summariè procedatur semper durat clausula, summarieq; repetita censetur in commissionibus aliarum instantiarum, quamuis expressa non sit *Cassad. dec.* 8. *nu.* 1. 6. *de rescript. Rot. diuers. decis.* 43. *num.* 2. *par.* 2. *decis.* 277. quia primus rei status qui in exordinario fuit inspici necessè est, nec aduenticij casus considerari.

rari debent *l. in ratione ff. ad l. falcid. l. Iulianus ff. qui & à quibus l. filius famil. l. insulam ff. de verb. obligat Tiraquell. ad l. si vnquam glos. omnia, vel partem nu. 36. C. de reuocand. donat. Franch. decis. 599. nu. 2.*

14 Ideò tradit, & meritò *Affl. decis.* 210. restituendum esse maiorem illa, in causa quæ tẽpore suæ minoris ætatis ab eo fuit cępta, quia sufficit vt qualitas in actu aliquo requisita tẽpore actus gesti, adsit quodque actus gestus non vitietur, licet illa qualitas postea cesset *l. ad testium §. conditionem ff. de testam. l. mela ff de aliment. & cibar. leg. l. in substitutione ff. de vulg. & pupill. Bart. in l. ex facto num.* 1. & ibi *Iason. & Doct. ff. de eod. Schrad. d. sect. 7. num.* 111.

15 Certi etiam iuris est, vt eo in casu, in quo qualitas determinato tẽpore requiritur mutatio qualitatis, postea superueniens nihil noceat *l. sciendum § fin.* & ibi *Doct ff. qui satisd. cog. l. in delictis §. si damnum ff. de noxal Ias. in l. 1. §. veteres num 32. ff. de acquiren. possess. Tiraquel. dict. tract. cess. caus. limit. 4. num. 3. Schrad. dict. 7. num.* 113. nec cessat effectus si qualitas certo aliquo tempore requisita illo etiam tempore adfuit, & postea cessauit *Bal. in l. generaliter col. 3. C. de Episc. & Cler. Imol. clem. 2. colum. 2. de rescript. Felyn. & Dec. in cap. cum cessante de appellat. Schrad. d. sess. 7. num. 114. Marta quæst 5. num. 21. Tiraquell. d. limit. 4 num. 1. & limit. 35. argum. l. si quis haeredem C. de instit. & substit.* quia sufficit momento tẽporis adfuisse *l. quæcunque §. vltio. ff. de publ. in rem act. D. Tapp. in d. l. fin. par. 2. cap. 9 num. 123. Surd. d. quæst. 43. num. 10. Felyn. de moment. tempor. cap. 10. num.* 5. tum quia inhabilitas superueniens actum consumatum non nocet, nec in consideratione habendus est *Anchar. consil. 404. num. 10. Schrad. d. sect. num.* 111. 116. tum quia cessante causa non cessat effectus respectu temporis præteriti, eo casu quando ille defectus causæ non retrahitur, nec tempus præteritum respicit, ex *Bal & Salyc. adnotauit Tiraquell. d. tract. par. 2. lim. 34. Schrad. d. sect. 7. nu.* 143. Consistorium cum in hanc posteriorẽ inclinaret sentẽtiam ob D. Proregis diuersam à Panormo ad Messanam Vrbem quęstionem, hanc maturiori deliberationi reseruauit indecisã existimaui, idcirco boni interim consulendam, quod cęteris in mediũ dubitandi causis collatis, de hac ipsa quæstione accuratius discutiẽdi causa subministrauerim.

DECISIO XXXIII.

Ex Fabro in C. tit. quando Imperator definit. 1.

ARGVMENTVM.

Vidua dotem repetens habet priuilegium sui Iudicis, etiam si contra pupillum agat.

PRiuilegium, quod datum est viduæ in dotis repetitione, vt primum Iudicem habere Senatum possit, non idcirco ei denegandum est, quod aduersus pupillos agat, quamuis pupillorum interfit, cum conueniuntur, vt duplicis instātiæ beneficio fruantur, nam & pupillorum interest, vt de eorum causis Senatus cognoscat, maiores vtique & ampliores dilationes pro rerum, & personarum qualitate concessurus, si id æquitas postulare videbitur, neque distingui oportebit, an egregia dos sitque excedat summam quingentorum aureorū, necne. Quātulacumq; enim dos sit, quā vidua petit, fauore dotis, & conditio personæ facit, vt priuilegio digna existimetur. Ita Senatus ex tempore in secreto auditorio contra liberos, & hæredes *N. Amedei Mihal magistri computorum* 6. *Cal. Februarij* 1593.

1 Ex placito Senatus nostri, & modificatione per eum facta ad Serenissimi Ducis nostri Diui Emanuelis Philiberti edictum, quod vulgo edictum Niciæ appellant.

2 Licet dici soleat priuilegiatum, non vti priuilegio contra alium æquè priuilegiatum, id enim fallit aliquando, ex causa *l. verum* 11. *§. vlt. D. de minor. l. vlt. D. ex quib. caus. maior.*

3 Propter eam rationē quam attuli *Def. num.* 3 *sup tit. prox.* facit tamen pro pupillis *l. vnica C. hoc tit.* sed hæc definitio intelligenda est de vidua dotem repetente, quo casu duplex priuilegiū concurrit, personæ scilicet, & causæ, vt mirum non sit, si vidua pupillo præferatur vnum, dumtaxat priuilegium habenti: alioqui sanè non præferretur *arg. d. l. vnic.* quæ non solum de pupillis, priusquam de viduis loquitur *arg. l. quoties* 34. *D. de vsufruct. l. generaliter* 24. *§. quid ergo* 17. *D. de fideic libert.* sed & pupillis ipsis, & viduis, eo potissimum casu priuilegium dat, quo huiusmodi personæ aduersarij potentiam perhorrescant, quod vix euenire potest vidua contra pupillum agentem.

Fauor enim personæ, vel causæ est, vt maiores Iudices habere debeat *l. non distinguemus* 32. *§. de liberali D. de recept.*

rept. qui arbitr. vnde est quod de restitutione in integrum minorum solus prætor olim cognoscebat, cum ex alijs cau sis iudicium, & Iudicem dare soleret *l. 1. D. de minor. l. 1. de eo quod met. caus. l. 1. D. de dolo l. vlt. C. vbi, & apud quem cognit. in integr. rest.*

5 Est enim id positum in arbitrio, & religione iudicantis eoque iure vtimur *arg. l. oratione 7. D. de for. & dilat.* licet contra constitutum videatur in *l. 1. & vlt. C. eod.*

6 Illa namque distinctio per Senatus modificationem adhibita est, quod ad alias personas attinet, quæ priuilegium nullum habent.

7 *L. vnic. C. hoc tit.* neq; sanè, lex aut ciuilis, aut prouincialis nostra distinguit, quanta sit dos. Proinde, nec nos distinguere debemus *vulgat. l. de pretio 8. D. de publician. in rem act.*

Finis Decisionum omnium ad materiam Electionis, & Variationis fori Collectarum à D. Nouario Praxis præcedentis Authore.

SIT LAVS DEO.

Imprimatur. *Alexander Episcopus Carin. & Vicarius Generalis Neapolitanus.*

Alexander Russus Canonicus Deputatus vidit.

Aloysius Riccius Canonicus Deputatus vidit.



ELENCHVS

Decisionum omnium

AD MATERIAM ELECTIONIS, & Variationis fori cumulatarum.

Taliter dispositus, vt litera p. paginam demonstret, litera c. columnam.

INDEX

INDEX

Rerum omnium,

De quibus in Decisionibus materiæ Electionis,& Variationis fori continentur.

Taliter dispositus vt litera d. Decisionem significet, litera p. pagiuam.

A

B

Baro

FINIS.